Ocho confesiones generales he oido en 7 ó 8 lugares donde he predicado; hoy se han comulgado aquí 40, y en otro lugar 60, y en otro 70; lo qual era insólito. Algunas de las confesiones eran de 70 años.

Muchos clérigos vienen porque cada dia se predica.

Se hazen los ex.^{cios} con abundantes lágrimas.

Concurren los lugares circunvecinos.

Es de manera que por gra. de nro. S.^{or} se hazen tres prédicas,

¹ *Historia varia*, vol. I, fol. 150.

cas algunos dias, y se dexan las usuras, se hazen pazes, los bailadores vienen á pedir perdon, los pueblos escriben á V. R. por esta quaresma, los heréticos callan, el S.or se sirve, etc.

Un otro escribe rengraciando en nombre de toda la tierra:

Quien quisiese dar á V. p. las gracias debidas dignamente, otra facundia é ingenio habria menester que el mio; mas con todo ello, como sabré y podré con la divina gracia, lo haré, á lo ménos en parte.

Primeramente con voz humilde infinitas gracias doy á nro. S.or Jesu X.º de tan gran don y gracia concedida, de haver á V.ª P.º commovido á mandarnos el nro. dilecto en el S.or Micer Don Silvestro; despues, postrado de rodillas, á V.ª p.º doy muchas y muchas gracias de haverse dignado y querido volvemos el nro. muy amado y deseado P.e

Cierto no nos podria mandar cosa de nos más deseada. Dios, que es Remunerador de todo, por nosotros remunere á V.ª P.º que á nosotros seria imposible.

El nro. sembrador del verdadero simiente multiplica y haze fruto céntuplo en las obras buenas y pias; sepa V.ª P.º que á sus trabajos no perdona, y con gran solicitud cultiva la viña del S.or, y aun trae á ella harts operarios, en tal modo que no podrán dezir *nemo nos conduxit*.

En la augmentacion del monesterio comenzado de las vírgenes no se cansa jamas, ántes siempre con más presteza y fortaleza se trabaja, donde primero con tepideza de los corazones de los nros. casolanos no se trabajaba, y *quodammodo* como cosa olvidada estaban las nras. pobres vírgenes desconsoladas y desamparadas, mas no de Dios, ni que faltasen en la confianza ni en el obrar; ántes siempre con viril ánimo, fiel y constante han estado; mas solam.te temian no se acabase el monesterio, y que á su buen deseo y santo no pudiesen venir; y así perseveran de bien en mejor.

En una tierra aquí cerca ha dado los ex.^{cios} el nro. charísimo P.e Micer Don Silvestro á 8 clérigos, y nunca cesa de predicar la palabra de Dios, haciendo cada domingo confesar y comulgar y hacer otras obras divinas. *Sit nomen dni. benedictum.*

Quando llegó aquí la nra. trompeta del Spu. s.^{to}, todos los

símplices, mochachos, y niños y niñas, jubilavan con grande gaudio y grande amor y le fueron á recibir *exultantes, laudantes, et benedicentes Deum, et dicentes alta voce: benedictus qui venit in nomine Domini*, etc.

De otra de Casuli.

En otra dize de ciertas personas que, haviendo hecho los exercicios, se han ido por los lugares y villas, exhortando á la multitud del pueblo *alta voce* al hazer bien, servir á Dios, y confesarse, comulgarse, y hazer penitencia y no esperar al jui-zio ni á la muerte, seyendo siempre tanto propinqua; y andavan con alforjas pidiendo limosna para dar por Dios; seyendo ricos, han despreciado sus riquezas con todo el mundo y dádose al servicio de Dios; y el mismo (que es sacerdote) se ha ofrecido, pidiendo ser recibido en la Compañía, por servidor y mozo del hortelano, ó del coziner, ó para escobar la casa.

Y despues con grande instancia de la tierra se pide el p.^e don silvestro para la quaresma.

L

Pater Leonardus Kessel
 Patri Ignatio de Loyola.
 Colonia, 20 Augusti 1549^{1.}

IHS[†]

Gratia et pax X.ⁱ semper crescat in omnium cordibus.
 Amen.

Reverendissime in X.^o Iesu Pater:

Litterae ex mandato P. V. per Reverendum Patrem Joannem de Polanco ad nos scriptae, cum litteris confratrum nostrorum, magno cum gaudio sunt lectae, quibus intelligimus qua dilectione paternoque amore P. V. nos omnes in filios amplectatur charissimos. Quam hoc nuncium omnibus laetum fuit, ex eorum litteris P. V. facile perspicere poterit.

Bullam quoque accepi per Magistrum Adrianum Lovanio ad nos missam, qua P. V. plurima nobis confert beneficia. Spero in Domino nos bonos fore executores. Multas P. V. agimus gratias totumque quod habemus et possumus, in Domino offerimus P. V., semper ineffabilem Dei clementiam paternamque liberalitatem, qua nos omnes hic Coloniae agentes², qui magis nostro desiderio videtur inservire, quam nos ejus gratiam inquirere. Tanta est ut verbis explicare non possim.

Mei confratres in studiis magnam adhibent diligentiam, eundem servantes ordinem qualem ad longum aliquando scripsi; ad obedientiam promptissimi semper, simplices et recti corde; eorum conversatione multorum studentium animas ad

^{1.} Autographa tota manu P. L. Kessel, folio unico n. 624.

^{2.} Deesse hic aliquod verbum videtur, sc., *prosequitur, amplectitur* aut aliud simile.

meliora excitantes, diligentius studia tractantes; quare nostri primas obtinent in scholis in argumentando, quin et ipsos professores in admirationem ducant.

Tanta est etiam ad domum nostram, in qua modo habitamus, frequentia studentium, confitendi aut consulendi gratia ad nos accedentium, etiam Patrum spiritualium monasteriorum et congregationum, ut mala reformatur et in pace X.ⁱ unanimiter vivere valeant. Tanta offertur in vinea X.ⁱ operandi materia, ut saepe vix exeundi aut celebrandi sacrum tempus detur. Matronae quoque aliquae ad nos saepe veniunt, quas in Domino consolamur et ad frequentem communionem admonemus.

Multi libenter se Societati totos resignarent, ex quibus aliqui tam ferventer instant, naturalibus bene dotatis, ut eorum tam sanctae petitioni amplius reluctari non audeam. Dominus Opt. Max. det mihi semper facere secundum voluntatem P. V.

Octo mecum manent in domo studiosi, tres mei confratres, reliqui ad Societatem se resignantes; multi extranei idem cunctientes sunt, ex quibus aliquos in domum suscipiemus brevi. Diebus dominicis viginti aut decem et octo sunt numero, aliquando etiam plures, qui publice communicant; sed qui in occulto propter melius, quatuor numero, et hoc feria tertia in camera aurea sic dicta quod plena reliquii Sanctorum Virginum, Sanctae Ursulae et ejus sodalium undecim millium virginum; quibus semper commendo P. V. atque Re.^{dos} Patres fratresque nostros in Xpo. Jesu nobis charissimos, quorum orationibus nos committimus.

Bene valeat P. V.

20 Aug. 1549.

Tuus servus minimus.

LEONARDUS KESSEL.

Superscriptio. Re.^{de} in X.^o Patri Dno. Ignatio de Loyola, Societatis Jesu Praeposito.

Alia manu: Colonia, 20 d' ag.^{to} 1549. Leonardo Kessel ¹.

¹ Prius scriptum erat Rossetto; sed manus alia, quae videtur P. Sacchini, obducta linea leavit, et subscrispsit Kessel.

Et alia: Che le scuole et la chiesa nostra in Colonia sono molto frequentate et si fa gran frutto nelli studii et nello spirito; Et che molti ricercano d' entrare nella Compagnia.

Nihil aliud ad historiam.

LI

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 4 Octobris 1549¹

JHS.[†]

Gratia et pax X.ⁱ sit semper in omnibus nobis.

Reverendissime Pater: quo in statu res nostrae se habeant
Coloniae, paucis P. V. explicabo.

Immensam Dei Opt. Max. erga nos clementiam multis expli-
care non possem. Pacifice hic vivimus; corpore sani, Dei gra-
tia, sumus adhuc omnes, animo paratissimo ad obediendum
P. V. in omnibus. Confratres nostri in pace cordis et in sancto
eorum proposito in dies proficiunt magis; studia diligenter tra-
ctant; in disputationibus se exercent assidue, tam publice quam
privatim domi habitis, cum aliis eis cohabitantibus, quorum
numerus in dies augetur. Quatuordecim modo simul sumus, nec
omnes capere domus posset, etsi magna et ampla sit, quot liben-
ter habitarent. Omnes naturalibus sunt bene dotati, inter quos
unus, Theodorus Peltanus nomine², etiam in graecis studiosus,
qui precibus multis instituit ut se totum Societati resignare pos-

¹ Autographa in folio unico n. 625.

² Théodore van Pelt (Peltanus), né à Pelt (Pays de Liège) en 1528, admis à Cologne en 1549, mort à Augsbourg en 1584. DELPLACE, l. c.

set, cuius votum ad P. V. mitto, ad se in studiis sustentandum satis dives, physicas lectiones cum aliis brevi auditurus.

Multorum studiosorum animos confratres ad meliora trahere; quemdam brevi in artibus promovendum eo perduxerunt, ut amare incipiat deplorare annos vitae praeteritae cum frequenti confessione, nihil desiderans aliud quam se totum X.ⁱ jugo submittere. Ejus quoque socium, in artibus ante aliquot annos promotum, nobilem prosapia, eo pertraxit ut, omni societate reicta, se totum X.ⁱ servitio dare cupiat et aliis in minimis humilitatis associari.

Quidam pastor¹, peractis exercitiis cum magna sui ipsius cognitione et satisfactione aliorumque admiratione de tam subita viri hujus mutatione, ad oves proprias rediit, in publico suggestu suae praeteritae vitae errorem confessus est, quoniam valde scandalose vixerat, petens sibi condonari offensam vitae praeteritae, alium eis ductorem Dei gratia futurum promittens.

Numerus confitentium augetur in dies. Noster pastor concessit nobis omnium suae parochiae confessiones audiendi licentiam, sacram quoque administrandi eucharistiam in omnibus ecclesiis nostrae parochiae.

Concilium provinciale Coloniae celebratum est², in quo specialiter agitur de reformatione vitae et studiorum, omniaque sunt per Caesaream Majestatem confirmata. Saepe studia reformare tentarunt, sed nihil effectum est, quoniam hic rari sunt qui scientia et vita aliis praeluceant studiosorumque animos ad vere studendi modum pellicant. Optima tamen adhuc spero non solum de reformatione vitae sed etiam studiorum tam cleri quam totius populi; si eo perventum esset ut confratres publice legere inciperent, maximum fructum inde sperarem, immo totam juventutem Christo lucrandam putarem, quorum exemplo caeteros facile sequuturos.

Haec sunt quae P. V. scribenda occurrerunt, ut beneplacitum P. V. in omnibus Dei gratia impleamus, quod unicum et solum X.ⁱ Jesu amore cordis nostri est desiderium.

¹ Qui materiem historiae aptam ex iis litteris extrahebat, hunc, quem *pastorem* Kessel nominat, *Episcopum* fuisse affirmat; quod, si verum est, non ex his litteris sed aliunde habere debuit.

² Finis huic Coloniensi Synodo fuit impositus, acta signata et decreta promulgata die 2.^a Octobris.

Bene valeat P. V. nosque omnes P. V. aliorumque Patrum
ac Fratrum orationibus juvari precamur.

4 Octobris 1549.

Indignus servus

LEONARDUS KESSEL.

Superscriptio. R. Patri Dno. Ignatio a Loyola, p^{re}posito
Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 4 d' Obre. 1549, Leonardo Kessel, Colonia.

Et alia: Vista.

Teodoro Peltano s' è obligato alla Compag.^a

Due altri giovani si riducono a buona vita con l' esempio
delli nri.

Un Vescovo scandaloso con gli essercitii spirituali si riduce,
e sul pulpito dimanda perdono al suo popolo della mala vita
passata; promette di esser loro buon pastore per l' avenir.

Si fa profitto nelli studii et nello spirito.

Nil aliud ad histor.

LII

P. Andreas de Oviedo
 Patribus Fratribusque Conimbricensibus.
 Gandia, 15 Novembris, 1549 [†].

IHS[†]

Charíssimos Hermanos y Padres en el Señor nuestro.
 La summa gracia y paz de X.^o N. S.^r sea siempre en nues-
 tro continuo favor y ayuda , amen.

Unas de Vras. R.^{as} de 22 de Septiembre recibimos á 11 de
 Noviembre con otras cartas de la India y copia de una que yba
 para el P.^e Santa Cruz ; y con todas ellas mucho en el Señor
 nro. nos consolamos por ver las misericordias del Señor esten-
 didas por tantas partes en tanta abundancia , dignándose de
 servirse dese santo collegio, segun el fructo que se coje ahí en
 Portugal y otras partes. Maravillosa cosa es ver cómo obra
 Nro. Señor y se diffunde en las almas que á Él solo buscan con
 amor.

Y pues ellos , charíssimos hermanos, assí procuran de des-
 pojarse de sí mismos para dar entrada á su Creador, siendo Él
 tan liberalíssimo, henchirlos ha de su divino y suave amor, el
 qual si una vez bien gustásemos, con gran fuerza persiguiríam-
 os nro. proprio amor, el qual es tan apegadizo que se esconde
 hasta lo más interior, buscándose en todas las cosas. Si no,
 véase en el apartar bien una sola intencion en lo que se haze , y
 hallaremos que, assí en el dejar el mal como en el bien hazer,
 muchas veces se mezcla el evitar nro. daño, ó buscar provecho.
 Como lo más perfecto sea obrar por amor sin interesse de pro-

[†] *Historia varia* , vol. I, fol. 165 et 166.

pria utilidad, ó padecer en tiempo ó en eternidad por sólo hazer la voluntad de Nuestro Señor poniendo en Él entera confianza, desconfiando de nosotros mismos, en que consiste el obrar con perfeccion, y entonces está el alma á seguro; porque nunca viene peccado sino por confiar de nosotros mismos más de lo que debemos, ó confiar de nuestro Señor ménos de lo que debemos. ¡Quántas obras hay en que se mezcla el proprio amor! Quándo por edificar, ó no desedificar á otros, aunque sean de los nuestros; quándo por no padecer confusion, ó remordimiento de la consciencia, ó suffrir alguna repension; quándo por no desplacer, ó por contentar á nuestro superior (aunque se deben tener en lugar de Dios y no como de sólo hombre tomar su mandado); quándo por alguno oculto favor, ó ser specialmente amados, como debamos mortificar el affecto de ser alabados ó amados, teniéndonos (porque es justicia) por indignos de la gracia y consolacion y dignos de toda persecucion, porque esto es debido al peccado y la honra á Nro. Señor, y dize un santo *ama nesciri*; quándo por el gusto que se halla en el obrar, ó por no carecer en la oracion de consolacion, ó por tener sensible devocion y consolacion, como quiera que en todo nos debamos resignar en las manos de Nuestro Señor, holgándonos con la desconsolacion y tribulacion, porque la justicia dé á cada uno lo que le conviene, y porque la honra y alabanza es debida á Nro. Señor, pesarnos quando somos alabados por la injuria que se le haze á Nro. Señor y á nosotros injusticia: y lo mismo paresce injusto pensar en alguna complacencia ó estimacion; y pues la justicia es Virtud de las quatro cardinales, quién no procurará de ser justo, mayormente viendo á nro. Señor que, siendo inocente, por haber tomado sobre sí los peccados de todo el mundo, abrazaba las penas y holgábase con las injurias, como debidas á Él, que se tiene por gran peccador por el nro. personaje que tomaba? Y assí lo dize por David: *longe a salute mea verba delictorum meorum*; y entre los peccadores se fué á baptizar como peccador, *qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore ejus*, y dixo á San Joan, que le habia de baptizar: *Sic decet nos adimplere omnem justitiam*, aunque por otra parte le era gran tormento el padecer injurias, porque era inocente y muy justo, y era injusto padecer el que nunca pecó. Tambien fué muy justa Nra. Señora que, siendo tan pu-

ríssima, se tiene por esclava de Dios, y siendo tan magnificada de santa Elisabet, en continente refiere las alabanzas á su Creador en el cántico de la *Magnificat*. Y quando los santos amaban las persecuciones y injurias, pienso yo que no solo era por la imitacion de Xpo. y la virtud de la humildad, pero por verse tambien constrengidos de la justicia por deberse la pena al pecador.

Y aunque todas las cosas sobredichas no se juzgen por pecado, ¿quién quita que no sean proprio amor las obras hechas con tantos respectos y que así cierran la puerta á Nuestro Dios con tantos impedimentos como ponemos de nuestra parte para que su divina Magestad no obre todo lo que nos quiere dar? Es cierto que el alma que en todo busca á Nro. Señor, gran necesidad tiene de utilíssimamente examinar y purificar su intencion, y conocer sus movimientos y affectiones á que es inclinada, para haberlas de mortificar, y assí tomar la oracion ó meditacion por fin de alcanzar el amor de Nro. Señor y por exercitacion del propio conocimiento y abnegation, procurando por la gra. de Nro. Señor de echar grandes raíces de humildad, para que suban y crezcan las obras de amor y alcancen grandes coronas en el cielo, como dize Sant Máximo: *Vis magnus esse in coelo et magnus valde et valde nimis? esto parvus in terra, et parvus valde, et valde nimis.* Y San Agustín: *Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis; magnus esse vis? a minimo incipe; arborem attende; ima petit prius, ut sursum excrescat; figit radicem in humili, ut verticem tendat ad coelum; sic ad magna si tendimus, parva incipiamus et magni erimus.*

Veo, charíssimos hermanos, qué grandes cosas Nro. Señor obra por ellos, y assí vengo á juzgar que tienen grandes fundamentos en sus almas de humildad, y que con verdad buscan á Nuestro Señor, despreciándose á sí mismos por hallar el propio conocimiento y la margarita del divino amor, que todo lo haze dulce quanto se padisce por Xpo. Dulce le era á la Magdalena la gran penitencia que passó tantos años en una cueva muy húmida, *non fracta gelu, nec victa pavore* (como dize el Petrarcha della), *namque famem, frigus, durum quoque saxa cubile dulcia fecit amor, spesque alto pectore fixa;* y no solo

la penitencia y las injurias, como á los apóstoles, que *gaudentes ibant a conspectu concilii quod digni habiti sunt pro nomine ihu. contumeliam pati*; pero á la misma muerte haze dulce el divino amor, como testifica tanta sangre derramada por el amor de Xpo., el qual padesció con inmenso amor, porque fué amor infinito el que le llevó á la casa de Pilatos y le hicieron (*sic*) subir en la cruz; y assí no es maravilla que se adormiesse en los mártires en el padecer la sensualidad, si velaba su corazon en contemplar la Passion del S.^r, como dezia la esposa: *ego dormio et cor meum vigilat*. Y vemos que se adormientan los sentidos á un dulce son, y la música de David tiene tanta eficacia que, tocando el salterio, se aventava el spíritu malo de Saul. Pues quanto mas tocándose la harpa de la humanidad del verdadero David, sonando los huessos al desconjuntarse, aventarien los peccados y temores de los que por él padecien, viendo aquel tan gran amor del Señor, con que por ellos pade ció?, y tambien por nuestra ingratitud, de la qual se quexa por sant Bernardo, diciendo: *O homo, vide quae pro te patior. Vide pocnas quibus afficiar; vide clavos quibus confodiar; et cum sit dolor tantus exterior, interius est planctus gravior, cum te tam ingratum experior*.

Ingratitud es no amar de todo nuestro corazon á quien nos dá á sí mismo y todo su santo amor para que le amemos, sin tener Él de nosotros necesidad, sólo por nos enriquecer y darnos su bienaventuranza por amor; pues nadie se escapa de amar, amándose á sí mismo, ó á lo temporal, ó lo que para siempre durará; y aquello ama el hombre en que frecuentemente piensa. Locura es no pensar siempre en las cosas del Señor, pues hay tanta ganancia y necesidad de bien le amar; y seria muy fácil, si estuviésemos despojados de nosotros, el pensar de continuo en Dios, y no sólo fácil pero muy dulce. Como le es fácil y dulce á un vano pensar de continuo en su vanidad. Pues ventaja harán las cosas de nuestro Señor al que en ellas pensará continuo. De mí digo que tengo gran falta en amar siendo ingrato y desamorado con nuestro Señor. Pero de qué me quexo, pues no salgo de mi propio amor que es el que pone impedimento al Señor?

Él por su infinita misericordia quiera quitar de mi alma los impedimentos que pongo á su divina magestad, y á todos nos

quiera dar su gracia para que su santíssima voluntad sintamos y aquella enteramente complamos.

En sus santas oraciones desseamos mucho ser encomendados en el Señor Nuestro.

Fratres bene valent et se vobis commendant.

De Gandía, á 15 de noviembre 49.

Vester in Xpo. frater minimus,

ANDRES PUBLICANO.

LIII

Casulanus quidam presbyter
Patri Ignatio de Loyola.
Casulis 1549¹.

Esta carta que se sigue emvió un clérigo de Cásuli á nuestro P.^o Ignacio despues de recibidas las dichas ².

La divina bondad pague á vuestra paternidad la misericordia que á esta tierra ha hecho con la venida del P.^e Don Silvestro. Sus sermones y doctrina ha hecho y hace grandes operaciones en las almas. Cada dia ha predicado y algunos dias dos y tres veces; andan con él otros cinco sacerdotes, que han hecho los exercicios, y son acometidos por los caminos de diversas personas que quieren confesarse; y estando trabajando en el campo, los labradores dexan los bueyes y otros instrumentos de cultivar la tierra y les salen al camino, aquí diez, allí veinte y treynta juntos, pidiendo confession, de los cuales hay algunos que ha veinte años que no la han hecho; cosa en nuestros tiempos no vista. Dexa ordenado y introducido por

¹ *Historia varia*, fol. 56 v.^o et 57.

² Ita Polancus.

donde anda que se frequeñe la confesión y comunión y pública oración y exercicios espirituales.

Agora llegó á un pueblo grande, llamado Carigine, donde havia grandes bandos con mucha discordia y enemistad entre personas muy bárbaras. Predicó algunos días, y de tal manera humilló sus corazones, que ántes estaban tan duros, que les hizo hacer una paz general, donde habian estado treynta años y más en grandísima guerra, habiendo muchas muertes de los principales de la tierra, cosa de gran ofensa de la divina Magestad, que ni para ello bastavan confesiones ni comuniones, perdiendo las haciendas, vidas y ánimas, no se tratando en la tierra de otra cosa sino de hacer carne y venganzas. Predicando un dia el P.^e Don Silvestro, viendo en aquel sermon más humillar los corazones que en los otros sermones, llamó desde el púlpito á uno de aquellos que eran cabeza de bando, llamado Juan Corso, que era el más principal, y él se levantó y dixo: qué quereis que yo haga, Padre mío? Dixo el P.^e Predicador: que perdoneis á vuestros enemigos y demandeis perdon á los que haveis ofendido en qualquier manera, dando por amor de Dios nuestro Señor la paz á todos. A la hora el Capitan dexó las armas de las manos y arrodillándose comienza á dezir con alta voz: paz, paz; y lo mismo hizo la parte contraria, que se dice Benedito. Entónces el P.^e Don Silvestro baxó del púlpito y dixo: haced como yo haré y comenzó abrazar á unos y á otros, y lo mismo hazia un enemigo con otro con mucho amor, abrazándose con sollozos y lloros grandes de alegría, con que se bañaban los rostros.

O Señor mio, que aun escrivirlo no puedo con la abundancia de lágrimas que en los ojos me abundan. Cuantos en aquella iglesia se hallaron, grandes y pequeños, viejos y mancetos, mugeres y donzellas, todos gritaban: paz, paz, con dulces lágrimas. Este dia los leones se volvieron mansuetos: los tigres se hicieron corderos; ayer se odiaban, hoy se aman. Bendita sea la bondad y clemencia divina, que tanto se ha mostrado por este su siervo, por el qual se ha hecho lo que nunca el duque de Ferrara, ni sus Comisarios, ni Capitanes han podido hacer. Ha sido una paz de grande importancia en aquel pueblo. Comunicáronse luego más de dozientas y treinta personas; hizose luego una solene procesión, llevando el Sanctíssimo

Sacramento en ella, en hazimiento de gracias; y escribióse en el misal el dia de la paz, diciendo que cada año han de hazer aquel dia fiesta solemne á honor y honra de Dios, que tanto bien les habia hecho, como dia de su nacimiento, pues en él habian renascido por su gracia y clemencia. De todo se dé la gloria á la divina Magestad.

LIV

P. Hieronymus Domenech
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 15 Februarii 1550¹.

[†]
IHS

Copia litterarum Reverendi Patris D. Jeronymi Domenech Panormi 15 Februarii scriptarum ad suum in Christo Patrem Reverendum Patrem D. Ignatium Romae agentem.

Gratia Domini nostri, etc.

Debitum obedientiae, qua quarto quoque mense scribere tenemur ea, quae Dominus per Societatem nostram est operatus horum nobilium favore, qui nobis quam maxime profuerunt, et adhuc prosunt declarantes, ut Vestrae Reverentiae per solvamus, scribuntur litterae, cum Rev. ^{dus} Pater Laynez per nimias occupationes id praestare nequeat.

Postquam undecim² illi fratres, qui istinc venerant, huc ap-

¹ Has litteras hispanice a Domenechio scriptas haud dubitamus; sed hispanicum autographum ad nos usque non pervenit. Habemus tamen adversarium, Polanci ipsius manu emendatum, versionis latinae in folio, cui in pristino archivii ordine obtigerat num. 80, nunc autem 11.

² Magnam de numero eorum, qui primi in Panormitanum Collegium ab Ignatio missi sunt, controversiam movet Aguilera, et quidem auctoritate trium vetustissimorum codicum suffultus, his verbis: Itaque, inclinato jam Septembri, e nostris duodecim Panorum appulere, non vero his pauciores; nam qui novem primum vénisse tradidit, neque vetustissima documenta consuluit, neque cum Bartolo consonat, eo de numero disserte statuente. Id quidem eo contigisse arbitror, quod in antiquis codicibus novem dumtaxat expressis nominibus censeantur; tres vero reliqui dissimulatis nominibus

pulissent atque eis de omnibus necessariis, tum ad habitacionem tum ad studia spectantibus, affatim omnino provisum esset, praeterquam quod domus eis ab initio dedicata, meo quidem judicio, omnium, quae in hac civitate reperiuntur, est commodissima, tum propter cubicula, multa eaque optima, tum propter horti magnitudinem, tum etiam propter scholarum commoditatem, quae in parte horti domui stant oppositae, atque in principali platea, quae in centro quasi est civitatis, terminantur, licet ob hoc remotae videantur, quoniam nullus sentitur strepitus et aliis domibus non sunt circumdatae.

Reverso etiam ex Messana cum P. Laynez Pro-rege, initia studiis sunt data ita ut in S. Catharinae festo, praesente Pro-rege totaque civitate, cum multis nobilibus, eximiis viris et populo, duae habitae sunt lectiones, altera in theologia, altera

attingantur summatum, in quo omnino tres vetusti codices, quos ego vidi, consentiunt. Ex iis autem duo, latine conscripti, ita habent: primus, isque vetustissimus omnium: "ab Ignatio eodem anno XII, nimirum Nicolaus Lanoyus Collegii designatus Rector, Paulus Achilles, Petrus Venustus, Petrus Ribadeneira, Joannes Rogerius, Michaël Botellus, Sanctus Navarrus, Nicolaus Stisoferatus, Joannes Baptista Sanctopetrus, ac tres praeterea, Septembri mense ineunte, mittuntur: a quo numero Jacobum Laynum, Hieronymum Domenechium, et Juvenalem Busterium aperte excludit, subdit enim: "hi ad XII. calend. Octobris Panormi adducti, magnaque omnium, ac Vegae praesertim laetitia excepti, cum Jacobo Layno, Hieronymo Domenechio, et Juvenali Busterio, qui per id temporis Ignatii jussu Panormi alii atque allis negotis impediti versabantur, ut Ignatius jussaret, se conjungunt et Collegii fundamenta ponunt." Quibus addere est Julianum Flandrum, Domenechii socium: nam Philippus Casinus, qui cum Layno venerat, ut Codretus meminit, duodecim illis adventantibus, ad infimam grammaticae classem tuendam, Messanam concesserat. Alter vero, Paulo Achille vivo, editus codex, quemadmodum auctor innuit, enumeratis per nomina et cognomina iisdem novem, continentur subjicit: "et tres alii, quorum nomina non succurrunt." Codretus denique decem fuisse memorat; ait enim: "hoc secundum in Sicilia Collegium fuit, anno ferme post Messanense, sesquialtero constructum, eodemque Patrum Fratrumque numero, iisdemque redditibus quingentorum aureorum in annos singulos." Nam qui Collegium primi condidere Mamertinum decem fuisse tradiderat. Sed cum Panormo abesset, mirum non est eum in die quoque adventus adnotando, quem ad pridie calend. Octobris rejicit, titubasse. Caeterum dissentientes scriptores ad veritatis semitam revocari facile posse arbitror, si tres illos, quorum nomina antiquitas oblitteravit, obscuriores fuisse homines opinemur, domesticis obsequiis addictos, quos caeco quadam silentio nominatio non indicari, nemo doleret. In ea autem colonia laicos aliquot fuisse testantur publicae litterae, quibus B. Ignatius per tabellionem, Blasium de Casarrubias, Romae anno 1552, 27 Aprilis, Collegii Panormitanii institutionem ratam habuit; in quibus est: "misit ad civitatem Panormitanam R. P. D. Magistrum Nicolaum de Lanoi, et alios presbyteros, et scholares Societatis, et laicos dictae Societatis... Hucusque Aguilera, c. II, n. 9., qui tandem concludit: "omnino igitur, qui Panormitanum Collegium primi incoluerunt, sexdecim numerari oportere, pro comperto relinquuntur, si duodecim illis, qui uno commeatu delati sunt, Laynius et Domenechius cum duobus socijs, Juliano et Carnoza (Zornoza) annumerentur." — Jam vero multo major, ni multum fallimur, fides debetur huic a Polanco emendatae versioni, utpote quibuscumque vetustissimis codicibus vetustiori.

in rhetorica, sequenti vero die una in philosophia, quae omnibus placebant plurimum, maxime illa rhetorices, ob suam, tum venustatem, tum ubertatem, tum etiam quia illa tractabat, quae omnes intelligebant¹, ita ut transcribendam plurimi eam petierint. Die vero subsequenti apertae sunt scholae, ad quas scholastici venientes, secundum facultatem et sufficientiam, in debitibus scholis sunt ordinati.

Atque tot scholares, qui in dies multiplicantur, jam venerunt, ut prima classis, quae Magistri Petri Brixensis est, numerum excedat centum et sexaginta. Quare, ut suo melius satisficeret officio, necesse fuit ut duo illi darentur coadjutores. In secunda autem septuaginta: in tertia et quarta, viginti et viginti quinque. In classe autem rhetorices, quia scholastici capaces et in inferioribus disciplinis versati non inveniebantur, sunt pauciores. Sed speramus numerum per inferiorum profectum multiplicandum. Res profecto hujusmodi est ut laudi Dei uberem materiam praebeat, illum considerando fructum quem pueri, tum in litteris, tum in spiritu, hoc brevi tempore sunt assecuti.

Nam quantum ad litteras spectat, hoc diligenter a principio est curatum et continuo curatur, ut solida jacent grammatices fundamenta, quae in ipsis omnino, cum regulam nullam tenebant, desiderabantur. Quare etiam major ex isto tempore exiguo, quo apud nos studuerunt, in illis conspicitur fructus, quam ex tribus quatuorve annis, quibus sub aliis magistris operam navarunt. Quod etiam ipsimet confitentur. Et hoc quidem fit ob bonum quem tenent magistri ordinem magnamque quam exhibent diligentiam, Domino Deo, quod praecipuum est, mirifice coeptis eorum adspirante, utpote cuius laus et gloria solum quaeritur.

Quod ad mores attinet, res est miranda magistros et confessores tales tamque subitam in his pueris invenire mutationem, ut omnino peccata ipsis decidisse videantur cum hoc primo venerint ita ut, interrogati num in hoc aut in illud incidissent, respondent hujusmodi quidem se solitos committere, sed ex quo hasce scholas frequentant, nequaquam amplius perpetrasse. Omnes singulis mensibus confitentur, aliqui etiam

¹ Hanc orationem elegantem et plenam Siciliae laudibus atque ipsis Pro-regis, dicit Polancus, *Chron.*, t. 1, pag. 387, num. 386.

saepius, majori solito diligentia scholas visitant, tempore matutino Missae intersunt, et diebus dominicis ante prandium concionibus. Tempore vero pomeridiano aliqui ad suos revertuntur magistros, qui eis aliquid spirituale perlegunt. Unde tum per praedicta, tum etiam per lectionem, quam P. Laynez singulis sextis feriis perlegit, admodum illis fructuosam et convenientem, nec non etiam per studia bonosque ipsorum mores, Dominus (cui soli laus et gloria) mirabiliter operatur.

Reverendus P. Laynez in ecclesia praecipua, praesente Prorege multisque magnatibus, singulis dominicis diebus est concionatus, idque non sine magna omnium tum admiratione tum satisfactione, atque, ut in eadem ecclesia tota concionaretur quadragesima, multum fuit desideratum; adeo ut multi nobiles ob loci capacitatem totiusque civitatis commoditatem, ad hoc plurimum institerint. Sed quia hic locus Pro-regi totique curiae fuerat incommodus, melius visum fuit praedicare ubi anno transacto praedicabat.

Ultra haec aliqui fratrum tum in carceribus, tum in hospitibus, tum in triremibus, gratia Dei, non sine fructu hoc Adventu praedicaverunt. Nam incarcerati quasi omnes confessi sunt et communicaverunt, licet numerum excederent tercentorum, et bullae pro multis ut absolverentur sunt impetratae. Jamque viginti, qui ob debitum ibi detinebantur, auxiliante authoritate et eleemosyna Pro-regis, liberavimus. Similiter, quia diebus transactis multi in infirmitatem ceciderant, atque, morientibus quibusdam, periculum erat ne et alii febri illa maligna inficerentur, curatum omnino magna fuit instantia illos in hospitale cum suis custodiis transferri, qui hoc auxilio vitam sibi putant conservatam.

In triremibus opus factum est non minus admirabile quam magnae aedificationis plurimique fructus, quia per praedicaciones ibi factas omnes qui in eis reperiebantur christiani, per Patrem Laynez aliasque Societatis nostrae sacerdotes, admodum illis necessariam, et antehac a multis neglectam, fecerunt confessionem. Inter eos enim reperire fuit quosdam qui a sex, qui a decem, qui a quindecim, qui a viginti annis, qui toto vitae suae tempore nullam fecerant confessionem: omnibus una voce dicentibus: Quod Dominus visitavit plebem suam et quod redemptae fuerant animae ipsorum.

Curatum est etiam in hac civitate negotium pupillorum, qui hic absque ulla erant congregatione, nec erat qui illorum aliquam curam gereret. Quare bulla erectionis hujus congregacionis publicata est, praedicante illa dominica Patre Laynez in eorum gratiam; cui praedicationi cum interesset Pro-rex totaque civitas, factum est ut de Pro-regis mandato, civitatis dux et quidam alias ex praecepsibus nobilibus plurimos primates convenirent et nobiles, huic ut sociarentur fraternitati. Unde huic se addixerunt quinquaginta viri egregii; quidamque nobilis anni redditus triginta uncias, id est, scutata septuaginta quinque¹, istis orphanis reliquit: qui etiam collegio nostro duas dederat domos, quae singulis annis locantur centum unciis.

His generaliter sunt perstricta, quae per gratiam Dei hic ad Dei gloriam gesta sunt, omissis interim particularibus, quae quotidie fiunt multa per colloquia Pro-regis et Pro-reginae, unde multi adjuvantur. De omnibus laudetur Deus, qui omnia in omnibus operatur, nobisque augmentum gratiae et spiritus praestet, ut servitio suo quotidie ferventius insistamus suumque honorem et gloriam semper in omnibus quaeramus. Amen.

Panormi 15 Februarii 1550.

¹ Verba haec: *id est, scutata septuaginta quinque*, in margine, sed contextui inserenda, scripsit Polancus.

LV

Laurentius Busnardus
 Patri Joanni de Polanco.
 Florentia, 17 Martii, 1550^{1.}

IHS[†]

Gratia et pax Domini N. Jesu Christi sit semper nobiscum.

Etsi vereor ut me satis deceat, quae caeteri charissimi fratres melius me multo facturi sunt, ad te praesertim, Pater Reverende, scribere ac maxime cum mearum virium non sit onus, tamen quia tibi haud injucunda quae scripsero futura existimo, breviter discessus nostri felicem Florentiam usque eventum aperiam^{2.} Cum ad oppidulum illud, quem (*sic*) Roncilionem vocant, pervenissemus, ibique nocte illa futuri essemus, sub horam coenae in podiolum quoddam quod hospitiolo illi in quo eramus adjacet, prodii: ibique, cum sermones spirituales cum quodam viro optimo conferrem, petiti cujas essem et cuius ordinis. Ibi tunc paucis (ut potui et scivi) Institutum Societatis aperui, et quae in India gererentur ex parte declaravi. Cum ille magis ac magis erga Societatem affici videretur, petii ut nos precibus suis adjuvaret. Tunc ille sese ultro obtulit, et cum illum ad charissimos fratres adduxissem ut una cum illis collo-

^{1.} Tota autographa in folio olim 29, num. 9.

^{2.} Nicolaus Gaudanus, Laurentius Busnardus, Joannes (qui et Joanico, Joannino et Giovanni piccolo dicebatur), Thaddaeus, quidam Baptista et septem alii Venetas missi hoc mense Martio fuere ut Collegii Veneti fundamenta ponerent. Vide POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 60, num. 135 et not. 1. Hi duodecim in duas turmas distributi sunt, quarum una sub Nicolao Gaudano Lauretum petiti (POLANCO, l. c.), inde Anconam et Ancona per mare Venetas petitura: altera vero sub *alio* Nicolao, in qua Busnardus, Joannes, Thaddeus et Baptista erant, viam tenuit, quae Roma per Ronciglionem, Viterbiū, Bolsenanum, Aquampendentem, Sanctum Quericum, Bonum Conventum, Senas et Poggium, Florentiam dicit. Hanc secundam turmam comitabatur Petrus de Ayllon, Bononiā, ut videtur, destinatus (POLANCO, l. c., pag. 54, not. 1).

queretur, julium tunc dedit, et rogavit ut domum suam, quae est Volsenae, adiremus, ac eo die, quo eo venturi eramus, praemisit qui nos domum suam adducerent, ipseque etiam obviam processit. Sed antequam nos reperisset, Baptista, in platea quadam, quae est juxta aedes ejus, concionatus est, cui et ipse adfuit. Perfecta concione, domum duxit, ibique ea nocte fuimus; quem amorem quamque benevolentiam nobis p[re]a se tulerit, vobis cogitandum relinqu[em]. Certe domum suam Societati Jesu semper apertam fore promisit. Cum ipse et uxor ejus accubuisserint, Magister Nicolaus jussit Joanni ut eis concionaretur. Sequenti die, cum nos retinere non posset, jubet equum parari quem Joannes Aquampendentem usque equitavit. Huic viro optimo Vincentius Mandula nomen est, et Volsenae habitat aedes illas quas habet Rmus. Cardinalis Tiberius Crispus. In quodam alio oppidulo Baptista concionatus est, in alio Thaddaeus. Sienae nocte illa qua eo devenimus commorati sumus, qua Thaddaeus una cum Aillon in domo matris suae fuit. Postera die satis lautum prandium frater ejus nobis exhibuit ac postea Siena discessimus. Florentiae, quo novem diebus Roma devenimus, solita charitate, hilaritate et benevolentia a Magistro Joanne¹ recepti fuimus, qui duos dies nos invitatos retinuit. Baptista in platea Ducis, Aillon in foro olitorio, concionati sunt, quibus certe satis frequens concio fuit. Reverendus in Christo P. Alexander, quicum hodie in cubiculo suo diu locutus sum, ita se orationibus tuis commendat, ut qui maxime commendari cupiat.

Vale, et filium indignum tuis orationibus adjuva, et simul Reverendo in Christo P. Ignatio, si libet, commenda.

Datum Florentiae, 16 Kalend. Aprilis 1550.

Indignus filius

LAURENTIUS BUSNARDUS.

Superscriptio.—Reverendo in Christo Patri Polanco, Societatis Jesu Sacerdoti dignissimo. Apud Sanctum Marcum in aedibus quae adjacent Divae Mariae de Strata, Romae.

¹ Jeannes de Rossis.

LVI

P. Andreas de Oviedo
 Patri Ignatio de Loyola.
 Gandia, 31 Martii 1550 ^{1.}

IHS[†]

Muy R. Padre en el Señor.

La suma gracia y amor de Xpo. Nro. Señor sea siempre y se sienta en nuestras almas. Amen.

Las cartas de V. P. de 13 de Enero rescebimos, y las buenas nuevas, que nos envian de la Compañía, nos dan ocasion de mucho alabar á Nro. Señor por las misericordias que usa con sus criaturas, y por lo mucho que se digna servirse de los Padres de la Compañía en obras santas y de tanta charidad y edificacion de los prójimos, á gloria de la divina Majestad ^{2.} La qual por su misericordia tambien se digna de visitar á los miembros flacos de la misma Compañía, que están por acá, dando gracia para que se ocupen en algunas cosas de su servicio, llevando las cosas de la Compañía en aumento y buena edificacion, por su sola bondad, así acerca de la Universidad como de otros buenos exercicios, de lo qual, y especialmente de lo que se ofrece de escribir deste mes, daré alguna cuenta á V. P., con deseo de

¹ Tota epistola est manu scripta Patris Andreae de Oviedo in folio duplici, n. 156 et 157.

² In *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 208 et seq., habes *historicas litteras* a P. Polanco ex commissione S. Ignatii subscriptas, 20 Januarii hujus anni 1550 datas, et Patri Antonio de Araoz missas. Hujusmodi *historiarum litterarum exempla singula in singulis, praecipuis saltem, Societatis domos mittebantur*. Unde iis similes fuisse, quas hic meminit Oviedo litteras, haud imprudenter affirmari potest.

que el Señor nos dé su gracia para observar el mandamiento de la patente, que V. P. ha enviado del escrebir¹.

Primeramente quanto á las cosas desta Universidad, habiendo el Señor Duque² habido unos executoriales reales para el reino de Valencia, los llevé yo juntamente con las bullas de Su Santidad á intimar á Valencia, lo qual se hizo como convenia para el buen crédito de Nra. Universidad, la qual está ya muy bien asentada, y dá buena edificacion el ejercicio que hay de la doctrina y el rigor en el examinar, sin llevar ningun salario por los grados la Compañía. Hanse graduado este mes algunos, así de fuera como de los nuestros, de los cuales se han graduado, el P. Don Gonzalo de Doctor en teología, y el P. M.^o Morera y el P. Brandon de Maestros en Artes, habiendo muy buenas oraciones y versos de edificacion. Despues este mismo mes se han graduado el mismo P. M.^o Morera y el P. M.^o Juan Cuvillon, flamenco, de Doctores en teología con aucto muy solenne y oraciones y versos del P. Morera³. Y juntamente se graduaron otros de fuera, aunque estudiantes desta villa, de los quales uno era Licenciado del Señor Duque, teólogo hábil, y el otro de Maestro en Artes; y por su buena edificacion y suficiencia paresció al Señor Duque que empezase el curso de las Artes, que se hacia cuenta de empezarse para el San Lúcas que viene⁴, y esto por estar ya aparejados los estudiantes. Y así lee agora con buen concurso de oyentes, entre los cuales oye las artes un hijo del Señor Duque, que se llama Don Juan, Comendador de Santiago. Llámase el Maestro que lee M. Pynol. El curso de Artes que se había empezado va tambien adelante, y se ha empezado la lógica y la philosophía; hay tambien buen numero de oyentes, entre los cuales oye otro hijo del Señor Duque, llamado Don Alvaro. Llámase el que lee la filosofia M.^o Tárraga; el qual ha empezado los exercicios spi-

¹ Vide *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 206 et 423.

² *Gandiae Dux*, *Franciscus Borgia*.

³ Vide *POLANCO, Chron.*, t. II, pag. 97, n. 226, ubi, praeter PP. Gundisalvum de Sylveira, Joannem Coviglion et Georgium Morera, quorum et Antonii Brandon mentionem hic facit Oviedo, ait theologiae Doctorem creatum esse P. Joannem Baptistam de Barma, philosophiae Magistrum Antonium Cordeses, et in philosophia etiam Baccalaureum Albertum Cavallinum, Mutinensem.

⁴ para el San Lúcas que viene, ad proximum festum Sancti Lucae, seu 18 Octobris.

rituales habiéndolos pedido. Y tienen buen ejercicio de conclusiones y disputas. En teología lee el P. M.^o Baptista ⁴ una liccion, esta cuaresma, de penitentia, ayudándole á leer la otra el P. M.^o Morera de matrimonio; que ántes solia leer dos licencias al dia el P. M.^o Baptista.

2.^o A una persona de mucha cualidad ha movido el Señor á ser de la Compañía, y el Señor Duque le ha dado exercicios espirituales, en los cuales ha hallado mucha devucion y consolaciones, confirmándose en sus buenos propósitos de ser de la Compañía, en lo qual está ya determinado; y espérase en Nro. Señor que en Roma ó en otra parte dará principio á algun collegio para la Compañía, porque lo podrá bien hacer de los bienes temporales, que le ha dado el Señor, y para ello pienso no le faltará buena voluntad.

Dos estudiantes que postrero vinieron de alcalá, despues de haber aquí hecho los exercicios, se han determinado en sus buenos propósitos de ser de la Compañía. Son personas de buenos subjectos y edificacion. El uno para teología y el otro para Filosofía ². Tambien, como tengo dicho, ha empezado los exercicios el R. P.^e M.^o Tárraga.

El pueblo está muy edificado deste Collegio, y han instituido en nuestra iglesia, por la buena devucion que nos tienen, una cofradia de *Sanguine Xpi.*, la qual vá adelante, y la Compañía le ha dado esta cuaresma un sermon los Miércoles, que habia pedido. Tambien se ha predicado otros dias de cuaresma en nuestra iglesia con mucha satisfaccion y edificacion á gloria del Señor, y ha sido muy acepto el P.^e Morera en sus sermones; los quales se han repartido de entre los Padres, porque así pudiesen proseguir sus estudios y ocupaciones otras que tenian. Los que han predicado son el P.^e M.^o Morera, el P.^e M.^o Saboya, el P.^e M.^o Baptista y el P.^e M.^o Andres ⁵, todos de la Com-

⁴ P. Joannes Baptista de Barma. Magistri Pynol et Magistri Tarraga nullibi alias mentionem factam reperimus, sed tantum Magistri Hieronymi Perez, Ordinis B. M. V. de Mercede, Redemptionis captivorum, qui primus in Gandiens Universitate theologiam praelegit.

² Tres novitiis sub finem anni 1549 Compluto Gandiam missi sunt; primus P. Joannes Baptista de Barma, Complutensis; alter Joannes Gamero, et tertius Joannes de Montoya, dioecesis Siguntinae.

⁵ P. Franciscus Saboya, P. Joannes Baptista de Barma, et ipse harum litterarum auctor, P. Andreas de Oviedo.

pañía. Tambien algunos hermanos, de los que oyen teología, se han repartido los Domingos á predicar por los lugares de los moriscos, y yo he predicado tambien algunos sermones en el arrabal, donde concurren xpianos viejos y moriscos.

Confesiones hay muchas en el Collegio, generales y de muchos años y de otras, y con mucho concurso, en que se muestra la devoción de la gente en confesarse con nuestros hermanos. Y son tantas las confesiones, que ha sido menester que los hermanos estudiantes, algunos que son sacerdotes, dejasen muchos días las licencias que oían. Y el P.^e Cesar ¹ dá muy buena edificación en promptamente y con alegría oír las confesiones que le mandan. Y al P.^e M.^o Baptista ha movido Nro. Señor á la devoción de los pobres, yéndolos á buscar al hospital para confesarlos; y han venido tantos, que ha pedido por compañero al P.^e M.^o Juan, flamenco, para oírlos, y son muchos los pobres que se confiesan al dia; y hale acontecido buscar limosna y aparejo de comer para algunos pobres que confesaba, llevando él mismo la olla al hospital para que comiesen los pobres, los cuales se han mucho consolado con su charidad, por la grande necesidad que tenian sus almas de consuelo y remedio; y esto ha dado mucha edificación. Y hase mostrado tan amante de los pobres que ha acontecido á una persona muy honrada y devota rogarle que confesase á su hija, y respondióle el P.^e M.^o Baptista que le dejase primero cumplir con los pobres, que él la oiría después, de lo cual el padre de la hija se edificó mucho y así nos lo contó al Señor Duque y á mí. Tambien ha buscado el P. M.^o Baptista limosna para unas vestes á los pobres del hospital, cuando se levantan; y ha levantado la buena devoción que había en el hospital de servir á semanas, y así anda agora el hospital muy ordenado y los pobres muy consolados, gloria á Nro. Señor. Y esta semana santa sirve su semana el Señor Marqués de Lombay ², haciendo muchos regalos á los enfermos. Y yendo yo hoy allá, hallé á Su Señoría que les daba de comer á los enfermos, y cierto no sin gran manjar espiritual que Dios

¹ P. Caesar Aversanus, alias a Caesare Helmi, quem Fulginatem dicit POLANCUS, Chron., t. II, pag. 64, n. 140; quare emendandus est illius t. II. onomasticus index, ubi unum eundemque fecimus Helmum et Aversanum.

² Carolus de Borja, Francisci de Borja primogenitus.

daba á su alma. Porque paseándonos los dos por el hospital, me descubrió las misericordias que Dios obra en su alma, que son tantas y tan grandes, que no tiene él duda ser de Dios Nuestro Señor; y está de tal manera dispuesto por mano de Aquel santo fabricador, que es cosa de admiracion ver un señor de veinte años tan cano y asentado en las cosas de Nro. Señor; tan firme y determinado de servir á su divina Majestad muy de veras, con gran conocimiento de las cosas de Nro. Señor, desconfiando mucho de sí y muy confiado en el Señor. A él plegue por su misericordia esforzarle y conservarle en su santa gracia y amor. Amen.

Tiene tan bien criados el Señor Duque á sus hijos, que es para alabar á Nro. Señor ver el buen exemplo de humildad y virtud que todos dan de sí; bien parecen generacion santa y hijos de tan buen padre y Padre de la Compañía, padre de pobres y amparo de viudas, consolador de los tristes y amigo de los siervos de Nuestro Señor; que gran beneficio es, no solo conversar, pero aun ver el rostro de un Duque tan siervo de Dios, ferviente en las cosas de su servicio, elevado en la contemplacion, simplice y muy sabio, temeroso y lleno del amor de Dios. O dichosos tiempos de nuestra edad, en los cuales se nos comunica Christo y nos dá exemplos vivos que imitar! O dichosa era, en que se comenzó á plantar la Compañía, postrera entre las religiones, pero como Benjamin amada de Dios! Consérvala, Dios bendito, por tu santa bondad¹. Tú, Señor, que has dado el *velle*, dá tambien el acabar. Dadnos, Señor, que te amemos; dános hacer siempre tu sancta voluntad; dános, Señor, tu gracia y reino, pues por nosotros te has querido sacrificar y morir como un cordero pacientemente en la cruz. Dános, Señor, llorar tu muerte; dános devucion de tu passion; dános morar en tus entrañas; dános seguir tu camino; dános verdadera humildad; dános, Señor, amor del prójimo; dános limpieza y castidad; dános puridad de corazones, dános obediencia y discrecion, dános pobreza y simplicidad; hacednos aborrecer el mundo;

¹ Vide in CIENFUEGOS, l. c. viii, § 3, aut in NIEREMBERG, *Vida del B. Francisco de Borja*, l. i, cap. 32, litteras Stephani de Almeyda, Cartaginensis Episcopi, Murciae datas 25 Aprilis 1548, et in eis similia de Duce Gandiae reperies iis quae hic habet Andreas de Oviedo.

quitadnos, Señor, la presumpcion; dadnos conocer nuestra bajeza; dadnos confiar y conosceros á vos, desconfiados de nosotros mismos; tocadnos, Señor, el corazon; cazador santo, haced que nos dejemos cazar de vos y que no impidamos vuestro vuelo; haced, Señor, la presa de nos; llevadnos, águila caudal, en vuestras alas;¹ reprimid, Señor, nuestros pensamientos y hacednos de contíno pensar en vos; cesen ya los bríos de los sentidos y subiéctense del todo nuestra alma y fuerzas á vuestro mandar; mucho, Señor, os hemos ofendido y seguido nuestra voluntad; dexádoos hemos, fuente de vida, y bebido de las aguas de nuestra maldad; ponzoña hemos tenido más que basilisco; pero mirad, Señor, á vuestra bondad. Ruégoos por toda la Compañía; lavadnos, Señor, con vuestro liquor; píodoos perdón por nuestros pecados; habed, Señor, de nosotros misericordia y compasion, que somos flacos. Esforzadnos con vuestra gracia y amor, Dios infinito, y mirad, Eterno Padre, á vuestro Hijo unigénito en la cruz, y por este precio dadnos vuestra gloria y bendicion. Amen.

Acerca de los grados, habiendo Mre. Andres hecho los actos requisitos y que aquí se usan, y habiendo así parecido al Señor Duque, la víspera de ramos recibió el grado de Bachiller en teología.

El Señor Duque ha hecho algunas letanías de las materias de Santo Tomás, muy devotas, como *de Deo* y *de Trinitate*, *de Incarnatione*, y tiene en intencion de hacer *de Angelis*, y del Sacramento, y *de Anima*, segun la Doctrina escolástica de Santo Tomás¹.

Los hermanos están buenos y aprovechan en sus estudios. Vanse las cosas temporales, como la renta y las posesiones, asentando, para que puedan los estudiantes estar á su comodidad.

En las oraciones de V. P. y de los charíssimos Padres y Hermanos humilmente nos encomendamos en el Señor Nro.

De Gandía, á 31 de Marzo de 1550.

¹ Editus typis hoc ipso anno 1550 fuit hic libellus sub sequenti titulo: *Praecipuae ac maxime necessariae Divi Thomae Aquinatis materiae in Litaniarum rationem redactae per Illustrissimum Dominum D. Franciscum a Borgia Gandiae Ducem et Marchionem de Lombay. Valentiae, Apud Joannem Mey, 1550.*

Si esta no se copiare, ni se quitare la prolixidad que he añadido, fuera del dar cuenta en las cosas, les pido perdon.

De V. P.

Obediente hijo en el Señor Nro.

ANDRES PUBLICANO¹.

Superscriptio in superiori margine primae paginae: Para Nro. P. Mro. Ignatio.

His in eodem loco addidit Polancus: De Gandia, de 31 de Marzo.

¹ Sic fere semper nomen suum litteris supponebat Andreas; sed in pluribus, quas vidimus, deleta voce *publicano* aut *publicanus*, superscripsit Polancus *de Oviedo*.

LXVII

Stephanus Capumsachus
 Patri Ignatio de Loyola.
 Meldula, 21 Maji 1550¹.
 (Fragmentum)

Cavato d' una lettera di Mtro. Stephano d' Arezzo di 21 di Maggio 1550, da Meldola.

Come V. R. potrà già haver inteso, son venuto a Meldola, dove tutti li amici et scholari mi hanno ricevuto con gran charità et allegrezza. Per cinque giorni che ci sono, ho visitato quattro ordini della dottrina christiana et della oratione, che si comminciarono, et trovo che sono andati di bene in meglio; perche ogni dì, quando li scholari escono dalla schola, vanno a quattro chiese delle migliori di qua, con suoi capi, che ne hanno chi 15, chi 20, chi più, chi meno, a dir prima la oratione, et dipoi uno o due sedono, et li altri li domandano tutta la dottrina christiana, di modo che per il continuo et cotidiano uso la sanno piccoli et grandi come l' *Avemaria*. Alla chiesa maggiore, dove va il mastro et sono de' preti, cantan prima la compieta et poi fanno l' oratione; et per tutti i lochi con tanta riverenza et silentio che mi danno edificatione et confusione insieme. Sia del tutto laude a Dio N. Sre.

Alia manu in quarta pagina: Di Meldola, di Stephano di Arezzo, bo. me. (*bonae memoriae*)².

Et alia: di Meldola.

¹ Transumptum, manu Patris Andreae de Frusis confectum, in prima pagina dupl. cis folii, cui prius erant nn. 33 et 34, nunc autem 13 et 14. De hoc Stephanus Capumsacho, Aretino, vide POLANCO, *Chron.*, t. I, pag. 291, 292, 491-493 et t. II, pag. 20-22, 54, 55 et 57.

² Obiit Stephanus Bononiae, in Collegio Societatis, die 20 Septembbris hujus anni 1550.

LVIII

P. Adrianus Adriaenssens
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio, 22 Maji 1550 ^{1.}

[†]
 IHS

R. Dne. Praeposite.

Gratia Dni. Nostri Jesu X.ⁱ sit semper cum P. V.

Amantissime in X.^o Pater: Quod ad rerum nostrarum statum attinet, tres sumus numero fratres. Unus Cornelius ², laus Deo, recte habet, lectiones diligenter visitat, et simul cum aliis theologis disputat, et circa temporalia et necessaria domus versatur.

Charissimus Frater M. Andreas ³ utcumque habet, et facit quod potest pro tempore et loco. Aliquando tam hunc tam illum studiosum accedit exhortationis gratia.

Ego, quamquam bene quidem valeo, sed adhuc nimium sum immortificatus; neque lectiones neque disputationes visito ob meam fortassis pigritiam et negligentiam, sed tamen experior me hujusmodi studiis parum proficere et ad ea aliquo modo continuanda tempus non superesse, maxime cum parvi sim laboris. Itaque officio horarum et sacrificio Missae, confessionibus audiendis, diversorum consultationibus et colloquiis, cura domus, profectionibus et aliis negotiis occurribus, me occupo, eadem ista ante et post factum examinando et cogitando quo modo ad majorem Dei gloriam, nostram salutem, et proximorum utilitatem et aedificationem fieri expedit.

^{1.} Autographa in folio duplici n. 98 et 99.

^{2.} P. Cornelius Wischaven.

^{3.} M. Andreas Siderens.

Quod ad confessiones attinet, diversi quidem pro tempore tum magistri tum sacerdotes et alii studentes accedunt, sed non ita continuant ut ego desiderarem; et tales sunt circiter duodecim aut quindecim. Reliquam partem confitentium implent laici, et praecipue mulieres conjugatae, virgines et viduae, cum suis familiis et prolibus.

Pacificē admodum hic vivimus; obloquia pauca, immo nulla nisi a multum perversis. Ut autem studentes Christo lucrari possint, fateor quidem meam negligentiam. Attamen plurimum in Domino cuperem: et dum eos confiteri velle video, prae omnibus illos admitto, et ut libere domum nostram accedant hortor in Domino; sed quid dicam? Panibus abundant, et utinam abundant et bene masticent.

Sunt hic Lovanii diversi insignes viri et religiosi qui, quasi uno spiritu et certatim, videntur pro sui mortificatione et animarum salute laborare, idque publice et privatim, docendo et concionando germanice et latine. Sit Dominus benedictus et det illis multiplicem fructum. Et ut libere dicam quod experior, solum nomen nostrae Societatis non parum eos ad ista exstimalat; sua enim media habet Dominus Jesus per quae suos excitare velit. Nam ante adventum Societatis nullus solebat latine concionari. Hanc ob causam solet hic vir quidam magnae auctoritatis, nescio an satis circumspecte, dicere: si, inquit, me Societati adjungere et R. P. Ignatium convenire liceret, conarer ipsi persuadere ne hic collegium Societatis serio fundaretur, sed vellem reliquias quasdam manere, quae alias attrahere et suscipere possent, ut nostrates praedicti intelligentes ea, quae in aliis partibus per Societatem fiunt, in officio contineantur et semper ad altiora excitentur. Haec ille. Quid refert per quos vel quibus mediis? Dominus enim est qui operatur omnia in omnibus prout vult. Sit ipse in omnibus benedictus.

De his itaque satis dictum puto; utinam autem tam clare singula et apte possem explicare sicuti bene vellem!

Quod ad mittendos fratres attinet, humiliter supplicamus. P. V. ut eos mittere dignetur cum uno ad minus sacerdote, qui in Domini vinea cum ipsis adjutorio laborare possit, maxime apud clerum.

Incoepi ab uno die aut altero dare exercitia cuidam Li- centiato theologo, decano facultatis artium et R. P. Danie-

lis¹ conterraneus; sed quia officio decanatus fungitur et intra paucos dies ad curam animarum profecturus simul, quamquam non plene resignatus et fervidus, ideo, prout possum, suscipit exercitia domi suae, et more consueto accedit ad prandium et templum, orans Dominum ut sua potentia et bonitate supplere dignetur.

Si fieri possit, Pater R.^{de}, cuperem licentiam et potestatem absolvendi ab haeresi; bulla enim *Coenae Domini* multum stricte loquitur hac in re, dum quorumvis haereticorum libros quomodolibet legentes aut in suis domibus tenentes excommunicat. Dominus Cancellarius² hac tota quadragesima usque ad pascha dederat mihi licentiam, et hoc die cum benedictione renovavit seu dedit mihi eamdem licentiam absolvendi a casibus haeresis usque ad festum Bavonis³, et plurimum in Domino se commendat P. V. omniumque Patrum ac Fratrum orationibus.

Dominus Cornelius Crocus, cuius in praecedentibus litteris plenus mentionem feci, pridie Ascensionis Domini per Parisios solus aggressus est iter romanum magno cum fervore, gudio et fiducia in Domino. Noster cocus, de quo in eisdem praecedentibus litteris plenus egi, multas lachrimas fundit ob id quia non potuit cum Domino Croco ire. Nam Dominus Crocus, qui ante annos decem semel solus Romam ivit, maluit jam pro Christo solus proficisci, se plene Domino committere, et omnium aliquam hominum notitiam relinquere. Hic enim cocus hactenus ipsi cohabitaverat. Interim paratus fuit obedire, si fratribus aliud visum fuisset in Domino expedire. Cuperemus autem hunc eumdem cocum ad P. V. Romam transmittere, si P. V. consultum videatur. Nam hic Lovanii non potest se studiis, quae tamen maxime ipsi sunt necessaria, commode applicare.

Praeterea, Pater Reverende, intelligo Dominum quemdam, in Hollandia haereticae pravitatis Inquisitorem, de quo aestate praeterita multa ad P. V. scripsi, quomodo mecum fuisset loquutus et cuperet me ad se in Hollandiam venire, &c., denuo multum desiderare adventum meum et nemini ita affici sicuti mihi in Domino afficitur. Interim petere veretur, dicens se exi-

¹ Rdi. Patris Danielis Paeybroeck, qui erat a Teneramunda.

² Ruardus Taper.

³ ad festum [Sancti] Bavonis, quod est 1.^a Octobris.

stimare quod sum illi offensus et sibi conscius addit se quoque causam scire¹.

Meminit et praedictus Dominus Crocus unius aut alterius docti viri, itinere duorum dierum habitantium a praedicto Inquisitore, quorum corda incepit Deus movere per discessum Domini Croci. Proinde, Pater Reverende, ne denuo, sicuti anno praeterito, nimiae timiditatis vitium incidam, modeste cum Dei gratia semel statui invisere partes illas et, Domino jubente, laxare rete, si forte aliquid capiam. Jam post festa pentecostalia eo, Domino volente, incipiam proficisci, humiliter rogans P. V. ut mei et omnium tecum agentium in suis orationibus meminerit. Similiter rogans P. Polancum, reliquosque patres et fratres omnes.

Postremo, Pater R.^{de}, ut cum studiosis possim majorem inire amicitiam sedulo cum Dei gratia me curaturum confido, et ex quo undique accepi litteras hac de re loquentes et nimiae cuiusdam solitudinis me arguentes, cum novo quodam animo, Domino concedente, me emendare coepi. Sit ipse benedictus. Doleo sane tepiditatem meam quod ad ista ita urgeri et extimulari deberem; miror vero et congaudeo bonitati Dei, qua mihi indigno tam diversis mediis succurrere dignatur.

Plura in praesentiarum scribenda non occurunt, nisi quod omnes nos commendamus orationibus P. V. omniumque Patrum ac Fratrum, et poscimus participes esse indulgentiarum anni jubilaei.

Lovanii, 22 Maji anno Dni. 1550.

Vester inutilis servus et in Dno. filius indignus.

ADRIANUS ADRIANI
ab Antuerpia.

Superscriptio. IHS. R.^{do} in X.^o Patri ac Dno., Mgro. Ignatio, Praeposito Societatis Jesu, apud Sanctum Marcum in S. Maria de Strada, Romae.

Alia manu: 5, Lovanii XXII Maji, 1550.

¹ Joannes Pollet, de quo ita Delplace, l. c., pag. 64, not. 1.: "Quant à l'Inquisiteur Jean Pollet, on sait qu'il était chanoine de la collégiale de Saint-Pierre, à Lille, et qu'il fut nommé en 1545 Inquisiteur local pour la Flandre vallonne, en même temps que le doyen de Renaix, Pierre Titelmans de Hasselt, était promu aux mêmes fonctions pour la Flandre flamande... Vide etiam *Cartas de San Ignacio*, t. vi, pag. 321 et 513.

LIX

P. Gundisalvus Pertusa
 Patri Joanni de Polanco.
 Valentia, 4 Junii 1550¹.

IHS[†]

Muy R.^{do} Padre mio en Jesucristo:

La gracia y consolacion del Espíritu Santo con fuego de amor de Dios sea siempre con V. R. y con todos sus siervos. Amen.

Porque la santa obediencia me ha dado cargo y mandado escriba á V. R., lo hago avisando de las cosas que con el favor divino por acá en esta santa Compañía prósperamente suceden, dando primero la honra y gloria de ellas y de todo á Dios, *cujus omnis honor omnisque gloria*.

El P. Maestro Miron² y todos los demas sus hijos en Cristo estamos buenos de salud, salvo el P. Francisco Onfroy, que está muy al cabo y muy fuera de sentido. El hermano Leyva esperamos en el Señor huelga con él, por cuya misericordia con tanta paciencia sufrió la enfermedad y con tanta resignacion salió de la carne³.

El P. Estrada y el P. Mendez llegaron aquí buenos á 3 de Mayo, trayendo un canónigo consigo, que se llama el licenciado

¹ Autographa in folio, cui n. erat olim 157, nunc autem 17.— Ultima tantum verba: *Humilis in Christo servus, G.^o Pertusa*, sunt manu ipsius Patris Pertusa.

² P. Jacobus Miron, Valentinae Societatis domui praefectus.

³ “Decem aut undecim numero nostri hoc anno (Valentiae) fuerunt; ex quibus Domini Patrem Franciscum Onfroi... cum fratre Leyva ad meliorem, ut speramus, vitam traduxit; qui intra dies decem, prout optime et magna cum aedificatione vixerant, ita et optime mortui sunt, ut Deo viventer.” POLANCUS, *Chron.*, t. II, an. 1550, n. 224, pag. 95.—Unde fratris Leyva obitus in ultima Maji hebdomada, Patris vero Onfroi in Junii prima reponendus est.

Arboleda, legista, hombre de mucha renta, y ántes muy metido en el mundo, tanto que los que le han visto venir de esta manera, conociendo quién era, quedan muy espantados y muchos muy edificados. O pues, buen Dios, y qué harian si sintiesen y conociesen su mudanza interior como ven la exterior! Ciento con muy mayor razon se admirarian y confundirian de ver un hombre tan puesto en las vanidades del mundo, y tan dado á los vicios de él, sin respeto ni temor de Dios, ni aun vergüenza de las gentes, verle ahora tan presto fuera de todo, tan humilde, tan confundido, y tan en otro mudado. Hizo aquí los ejercicios, y acabándolos, víspera de Pascua del Espíritu Santo, se partió juéves siguiente á Cuenca.

Aquella misma mañana se partió el P. Mendez á Zaragoza y llegó aquí un clérigo de tierra de Cuenca, que ahora él y un estudiante hacen los ejercicios, el cual nos dijo que estaba aquella tierra tan movida despues que el P. Estrada por allí pasó, que era para dar gloria á Dios, y particularmente personas principales dispuestas á mucho bien. Nuestro Señor á todos los mueva é inspire á que se pongan en su santa voluntad.

Ha estado aquí esta Pascua el P. Bautista ¹ y predicó el domingo de la Trinidad con mucha aceptacion del auditorio y, segun esperamos, fruto espiritual; partiérонse luego el lunes él y el P. Miron, él á Gandia, y el P. Miron con el P. Baltasar ² y un hermano á predicar por este Arzobispado. Esta tierra está en mucha necesidad, y es la causa, que un corsario moro, llamado Argutarræz, con favor de otro tambien corsario, y aun segun dicen, con favor de Argel, la persigue mucho, saliendo en tierra y haciendo mucho daño en algunos pueblos, y hale hecho especialmente y el primero en un pueblo que se dice Cullera, medio entre Valencia y Gandía, la primera mañana de Pascua, donde mató y cautivó muchos cristianos, cuyo número yo no lo sé, y destruyó mucha provision; y porque sepamos quiénes somos sin la gracia de Dios, sucedió que algunos caballeros de esta ciudad, tomado seguro, entraron á sus fustas por rescatar algunos cristianos, y dijeronle que ya que mataba y prendia la gente, por qué destruia la provision. El respondió

¹ P. Joannes Baptista de Barma.

² P. Balthasar Díaz.

que nunca turco ni moro hacia semejante cosa; mas que los renegados de los nuestros eran los que lo hacian. Dios lo remedie todo.

No se me ofrece otra cosa que de acá á V. R. escriba, sino que todos nos encomendamos en las oraciones de nuestro Padre Maestro Ignacio y de todos V.^{as} R.^{as}, á quien Nuestro Señor tenga de su mano, dando á nosotros gracia para que en todo le obedezcamos. Y yo por una necesidad particular, allende las generales, mucho asimismo á todos me encomiendo, esperando en el Señor que por sus oraciones hará misericordia conmigo, dándome en lo que digo abnegacion propia y pacien-
cia, que la he bien menester.

De Valencia á 4 de Junio 1550.

Esta limosna particular y mucho necesaria pide á V. R. un hermano que se dice Rodrigo.

Esta ciudad está tan movida con los sermones del P. Estrada, que es mucho de dar gracias á Dios, y el fruto espiritual segun dicen es mucho. Nuestro Señor le acreciente á su gloria. Amen.

Humilis in Christo servus.

G.^º PERTUSA.

Superscriptio in altero folio.=† Al muy R.^{do} en Jesucristo Padre el P. Maestro Polanco de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu in eodem folio: 1550. Val.^a 24¹ de Julio.

¹ In epistola clare admodum est 4 non vero 24.

LX

Stephanus Capumsachus
 Patri Ignatio de Loyola.
 Meldula, 3 Julii 1550¹.
 (Fragmentum)

D' un'altra del medesimo di 3 di Luglio 1550.

Questa settimana qua havemo havuto il giubileo, nel quale il Signore Leonello² mi ha adoperato come capo, mandandome prima la bolla o concessione sigillata, subito che l' hebbé di Roma, dipoi dandomi la cura di far intendere a' Preti et Frati quel che bisognava. Cavai dunque la sustantia del giubileo, che conteneva il tempo et il modo che si haveva a tener in pigliarlo; et perche prima un predicatore lo haveva publicato per Santo Giovanni, pregai S. S. (sua Signoria) lo voiesse deferire sino alla Visitatione della Vergine Maria, acciò si facesse intendere alla città et castella et ville vicine, et il bene fusse più commune, perche ognuno che seguitasse il Signore quel di, lo poteva conseguire; et cosi piacque a S. S., che di più scrisse al Vicario di Faenza, a Furli³ et altri che dipoi vennero di qua. Comessi dunque da parte di S. S. alli Rettori delle chiese che le mattine alla Messa admonissero il popolo, che si confessassi et preparassi al giubileo secondo la scritta che li detti, la quale etiam attaccarono alle porte delle chiese loro. Ognuno, appressatosi il giorno, si andava a confessare; et trache la gente era molta et li metitori pochi, pregai anche S. S. mandasse per alcuni confessori alle terre vicine; et scrisse a un guardiano de frati

¹ Incipit in prima pagina folii duplicitis, olim nn. 33 et 34, nunc 13 et 14, et finit in tercia. Est transumptum manu Joannis Philippi Vito confectum.

² Leonellus Pio de Carpi.

³ Forli.

osservanti che ne mandasse per questi di, quali hebbero da fare tutto il tempo. Commesse anche S. S. alli monasterii et curati delle chiese che attendesseno il dì a confessare et far venire confessori da altri monasterii loro, secondo che fu avvertita S. S. facesse pel bisogno. Ancora che nella scritta del giubileo non si facesse mentione di communioni, nondimeno talmente se ne fece mentione nella publicatione, che lasciando nella devotione di alcuno senza obligo, et, chi era atto, inclinandogli a farlo, etiam il Signore con la sua famiglia dandone buon esempio, tutta l' altra gente idonea per tre giorni in quattro et più chiese durò di communicarsi. Perche alcuni si lamentavano di non poter pigliare il giubileo, per paura di non esser presi da sbirri, venendo in Meldola et messi in prigione per debito, supplicai a S. S. volesse far gratia questi pochi dì di esser sicuri; et così concesse et chi era stato messo in prigione il fece cavare.

Nel pigliare il perdono, bisognava andare con S. S. a quattro chiese che eleggesse. Prima haveva eletto 4 chiese che è ordinario starci sacerdoti; dopoi per evitare alcuni inconvenienti et buoni rispetti, il dì dinanzi si risolse a voler per una quella dove io sto, et così io mandai per le tapezzerie di S. S. et la notte si assettò. Questo dico per una buona elemosina, che ne successe per li^opoveri; perche in queste quattro chiese che si guadagnava la perdonanza, fu fatto delle elemosine assai, et la nostra, secondo che mi fu detto, hebbe tre scudi quasi tutti in quattrini, li quali saranno in aiuto de' poverini.

La mattina che si haveva a pigliare il perdono, andai a buon hora da S. S. a dirli che ci era ancora molta gente, et che bisognaria ordinare huomini che la moderassino nel andare, et che in chiesa si li dicesse come dovevan pigliare il perdono, cioè quel che havessero a dire et pregare Dio. Per moderare le furie o impeto, S. S. haveva fatto armare più di 100 soldati; ma per fargli intendere come lo devessino pigliare, mi disse che era meglio farlo nella piazza, dove era la gente ragunata, spettando S. S. Io non sapevo per chi gliele far dire, et mi ritenni nel principio, parte per vergogna, parte per insuficientia Al fine, udita la messa con S. S., menai meco il suo secretario, et salito sopra certe mura, dove stavano li soldati, mi voltai al popolo et li dissi quel che havessino a fare, secondo il tenore

della bolla; et de più che si guardassino di contendere insieme o con fatto o parole, perche, oltra che ne saria castigato chi fusse insolente, questo tale etiam non haveria il giubileo per la contentione, che è segno di presuntione non di contritione, quale si ricerca; similmente non bisognava fare atti dishonesti in modo alcuno. Poi S. S. mi fece chiamare et andare in processione a canto a lui; et ci era tanta calca di persone, che non ostando che li soldati fossero intorno, spesso venivano spente (*sic*) et rumori che bisognava fermarsi et voltarsi. Erano venuti molti forlivesi et molto nobili; tra gli altri venne il Proposto nostro, che alloggia in casa sua quei della Compagnia che passan di là. Quando venne, mi domandò, et lo menai dal Signore et dalla Signora Contessa con satisfation di tutti, et il Signor lo invitò al giubileo, et li proferse stanze per se et per li amici, et la mattina della festa volse desinasse seco et con molti altri che ci erano. S. S. mostrava haver havuto gran contento et ringraziarne molto Dio di questo giubileo, et li altri Dio et S. S., et tutto usciva dal core et sincerità.

Altro non scriverò a V. R. se non che la mi perdoni se con quel, che ci è del mio, guasto quel che è di Dio in bono in questa lettera, et mi raccomando.

Di Meldola, alli 3 di Luglio 1550.

Indegno servo in X.^o n. S.,

STEFANO D'AREZZO.

LXI

Pater Adrianus Adriaenssens
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio, 8 Julii 1550¹.

IHS[†]

R. Domine Praeposite.

Gratia Domini Nostri Jesu Christi sit semper nobiscum.

Amantissime Pater: Quandoquidem sancta obedientia ita ad singula, quae circa nos aut ex Dei munere aguntur, scribenda cingit et cogit, ut nulla ratione subterfugere possim, liberius et plenius quam antea obedire cum Dei gratia, et vestro paterno desiderio satisfacere conabor.

Scripsi per penultimum postam romanum causam profectio-
 nis versus Hollandiam, nimirum jam diu vocatus et desidera-
 tus, praecipue a quodam docto honestissimae familiae et famae
 et sanctae vitae canonico et sene². Postridie itaque Sanctae
 Trinitatis transiens Antuerpiam, quae est patria mea secun-
 dum carnem, intellexi propter me satis turbata omnia apud
 matrem et amicos. Causa fuit: ante mensem sic satis conve-
 neram cum matre ut succederem in haereditate quemadmodum
 aliae proles, et quod cum haereditate mea intenderem fundare
 collegium pro Societate, ut scripsi Patri Polanco. Interea vero
 quod Lovanium redieram, haec probatio et tempestas exorta
 fuit; idque dupli de causa. In primis, ut mihi videtur, non
 libenter ab omnibus meis bonis separabantur, tamen offerentes
 corde omnia Domino Deo quocumque dirigeret. Secundo et

¹ Tota epistola est manu Patris Adriani, in folio duplice n. 100 et 101.

² Vide supra pag. 198.

praecipue, quia timebant Societatem nostram fortassis cras aut perendie velle cavillari et agere lites contra eos. Hinc nullius voluit esse executor et tutor pupillorum, etc. Sed haec omnis tempestas unico Domini Nostri consilio cessavit. Hujus namque et Apostoli memor dixi: "ecce, mater, jube componi litteras cum quibuscumque velis clausulis, continentes quod nec ego nec quisquam ex parte mea unquam contra te aut tuos haeredes pro istis temporalibus agemus lites; et ego subsignabo. Ad haec Societas nostra nec se immiscet nec immiscere potest istis." Ultro obtulerunt mihi quae latius scribo R. P. Polanco. De temporalibus enim ad P. V. scribere non audeo nec decere puto.

Antuerpia profectus sum ad praedictum Dominum in Culenberch, et ibi quatuor diebus haerens, hunc Dominum, 54 annorum, exhortatus sum cum Dei gratia ad meliora, et similiter doctum virum circiter 40 annos natum, ejusdem templi vicarium, et ejusdem pene aetatis et doctrinae, patrem saecularem cuiusdam monasterii; qui libenter quidem me audire dignabantur et ad exercitia voluntarii erant; sed dum ego offerrem me ad aliquot dies seu hebdomas mansurum, non audebant se illis committere, sed velle adhuc Dominum orare et sese praeparare, et data opportunitate venire Lovanium et ibi suscipere exercitia. Interim diu multumque rogatus a dicto patre et matre coenobii ut facerem collationem pro monialibus, ex tempore, Domino concedente, feci, sed non sine praecedentibus multis angustiis; cum enim fere tres horae ad praeparandum me mihi superessent, ego volens aliquid studere aut praemeditari quod dicturus essem, parum aut nihil efficere potui; ita ut praeter ipsum principale thema, vix haberem unde incipere possem. Sed cum jam in sede incoepisset, Dominus dedit gratiam, ita ut multi sermonem illum exscriperint. Hic nulli aut pauci saeculares adfuere.

Quatuor itaque diebus in dicto Culenberch haerens, volens proficiisci Amsterdamis, haesi Trajecti, est enim civitas intermedia, apud carthusienses uno die, conferens cum Priori, amico Societatis nostraræ, etsi neminem ex Societate unquam vidisset. In hoc coenobio carthusiensi erat frater quidam sacerdos, qui a viginti quinque annis mirabiles raptus usque modo frequentes patitur, non solum spiritu verum etiam corpore;

nec aliud in eo considerare potui quod mihi displiceret quam quod non potuit legere horas ut satisfaceret praeceptis et regulis suis. Est et saecularis quidam sacerdos ejusdem oppidi et aliquot alii utriusque sexus, qui, ut dixit mihi Prior, miras patiuntur revelationes et viginti annis passi sunt, mira bona prophetantes de hac nostra Societate; in quibus hoc solum displicuit mihi, quod dictus sacerdos, satis senex, nives constanter et certo promittat brevi, immo quandoque certum tempus nominans, quod jam saepe fecellit, et quemdam venturum, qui etiam supra Apostolos clareat prodigiis, signis, miraculis et doctrina, cui omnes a maximo usque ad minimum cogentur obedire, qui omnes libere reprehendet et reformabit; et hujus dicti viri coadjutores essent fres. nostri; et dicunt se cognoscere in spiritu cui Dominus tantam infundet gratiam. De istis simpliciter dixi quod quidem spero per Dei gratiam reformatio nem Ecclesiae, sed quod eo modo fieret me non credere, et ita me substraxi ab istis, memor verborum Domini: *qui non est contra vos, vobiscum est*; et veni Amstelodamis et ibi hospitio susceptus fui a pastore summi templi, M. Florentio, cui olim cohabitaveram Lovanii, et inde statim invisi Dominum Cannium, confratrem Domini Cornelii¹, quem jam spero vobis adesse, doctum admodum virum et pastorem cujusdam pagi, qui valde humaniter in Domino nos suscepit et dixit se pene illius animi esse qui velit sequi Dominum Crocum.

Et inde eodem die rediens Amstelodamis, alteri cuidam probo et docto sacerdoti loquutus sum, qui dixit se Lovanium venturum et suscepturum exercitia. Interim tamen hi domini exspectant litteras Domini Croci, quomodo videlicet ipsi succedat. Pastor quoque, hospes meus, multum afficitur Societati, ita ut bene de ipso exspectarem, nisi timerem non parvam commotionem. Sed Dominus Jesus bene et suaviter dignetur omnia disponere. Audivi ibidem confessionem unius praecipui mercatoris jacentis in extremis, a multis rogatus et a pastore quoque instigatus, qui etiam jam obiit. Dominus misereatur animae ejus. Omnibus pene ibi notus fui praeter exspectationem ratione amicorum; sed ego protestabar, immo potius pastor meo nomine, quod illos, qui me ratione tantum amicorum

¹ Cornelii Croci.

invitarent ad colloquium et mensam, non inviserem, sed eos qui aliquid boni conferendi gratia et mutui gaudii in Dno., mihi adesse cuperent. Proinde apud praecipuos oppidi fui in mensa, qui omnes valde ad omnia auscultabant et boni consulebant, rogantes me ut et filiorum suorum Lovanii studentium curam gererem, qui etiam jam in profesto Visitationis Beatae Virginis mihi confessi communicarunt. Rogabar a pastore et aliis ut ibi concionarer; sed ego subterfugi imprimis quod ipsi non satis videbantur mihi instare, et ego meam miseriam, in illis praecipue quae studium aut praemeditationem praeexigunt, agnoscens, non nisi coactus aggredi ausim, licet miris modis totis viribus optarem me posse. Non dubito tamen quin, si necessitas urgeret, Dominus daret gratiam.

Mansi similiter Amstelodamis per quatuor dies et redii in Culenberch, unde propter dedicationem et extraneorum adventum discesseram; cupivit enim dominus praedictus, qui me vocaverat, facere confessionem generalem; sic quoque mansi ibi adhuc octo diebus. Interim aggressus sum et alium canonicum meae promotionis, doctum et amabilem dominum, qui etiam dixit se semel venturum Lovanium ad exercitia. Pridie vero quam illinc discederem, vocatus fui a quadam principali familia nobili ad visitandum filium domus, sacerdotem canonicum, qui ab octo annis vix cuiquam loquutus est et detinetur clausus in uno cubiculo. Ego perplexus tandem ivi eo, intravi solus in cubiculum, amicis ad foras ostii eventum exspectantibus; inter caetera inculcavi cum gratia ut se ad confessionem pararet; sed quamquam parum mihi videretur respondere, dixit tamen mater cum magno in Domino gaudio quod tunc plura audisset eum loquentem quam in quatuor annis. Sit Deus benedictus.

Ex Culenberch duxit me, cuius confessionem generalem audieram, ad suos amicos in Schoenhovem, honestam familiam, et ibi quoque uno die multum rogatus mansi, qui omnes valde avide suscepserunt exhortationis verbum. Et ita tandem Lovanium redii postquam uno mense abfuissem.

In illis itaque partibus, maxime Amstelodamis, est enim post Antuerpiam in istis partibus maximum emporium, multum proficere posset aliquis nostrae Societatis, quae sine ulla haesitatione apud illos magni fit.

Rediens Lovanium statim advenerunt quatuor novi, exce-

ptis dictis Amstelodamensibus, docti clerici, volentes confiteri et vitam emendare. Dominus Jesus dignetur eis suam gratiam infundere.

Numerus frequenter confitentium et communicantium quotidie augetur; dum enim nos primo veniremus Roma Lovanium, etiam in profestis Pentecostes vix quatuor aut quinque confitebantur; jam vero etiam a summo mane usque ad vesperam, et in ipso festo usque ad meridiem, vix duo aut tres confessores sufficiunt in nostro templo. Sit Dominus benedictus.

Haec sunt, Pater Reverende, quae in praesentiarum scribenda occurrunt. Reliqua enim ultimis copiose scripsimus.

Rogo autem P. V. ut me, licet indignum, semper libere corripere et instruere dignetur.

His valeat in Domino Jesu P. V., et nos suis orationibus commendatos habeat. Raptim.

Lovanii, 8 Julii anno 1550.

Vester inutilis servus.

ADRIANUS ADRIANI ab Antuerpia.

Superscriptio.—[†]IHS. R.^{do} in X.^o Patri Mgro. Ignatio de Loyola, Societatis Jesu Praeposito.

Alia manu: Lovanium, Julii.

LXII

P. Marcus Nuñez, *ex commissione* P. Simonis Rodericii,
 Fratribus Patribusque Societatis Romae degentibus.
 Sancto Felice (*San Fins*) 21 Julii 1550¹.

IHS[†]

Pax Christi.

Por otra del Hermano Francisco Henriquez habrán sabido cómo los hermanos de este colegio de San Fins² van muy adelante en sus estudios, por gracia de Dios N. Señor, y muy aprovechados *in utroque homine*. Salen muchas veces á conversar con las gentes de la tierra, en especial con los estudiantes de la ciudad de Tuy. Y dado que sea de aquí á do están una buena milla, ni por eso dejan de venir á las veces diez [ó] doce á confesarse y conversarnos, de que se sigue mucho fruto y ejemplo.

Hay algunas contradicciones y ardides del enemigo; porque despues que los hermanos allá van, se leyeron dos cartas, como enviadas de los hermanos, en que se decia que fulano y fulano viniese luego á ser de la Compañía. Y esto ordena el enemigo para que sus padres, temiendo de los perder, les defiendan nuestra conversacion, como claro se ve. Mas esperamos en Dios que el demonio fique³ confuso, y lo que teme le venga; porque hay algunos movidos, y de ellos hay uno muy principal que desea ser de la Compañía. Los Padres predicán y hacen

¹ Autographa in folio n. olim 121, nunc 25.

² "Cum autem arctius habitarent Conimbricae (quia domus nondum erat omnino aedificata) et aliqui adversa valetudine laborarent, cumque experientia docuisset quod apud Sanctum Felicem (quae Abbatia erat, Conimbricensi Collegio auctoritate apostolica unita) prospera nostri valetudine uterentur, judicavit P. Simon eos ex nostris, qui anno praecedenti philosophiae cursum inchoaverant, ad Sanctum Felicem esse mittendos... Est monasterium illud in confinio regni Portugalliae atque Gallaeciae, quae regna intermedio Minio flumine dividuntur." POLANCUS, *Chron.*, t. II, pag. 133, n. 320.

³ fique^r confuso, hispanice quede confuso, latine confusus maneat, confundatur.

la doctrina cristiana los domingos. El P. Miguel de Sosa , que vino con el P. Maestro Simon, predica en una iglesia, y en esta penúltima prédica un hombre homicida y adulterio se vino á él muy movido y se puso todo en sus manos con intencion de dejar la concubina y tomar su mujer propia, que ya por su descuido vivia muy mal , y allende de todo esto, de se ir de aquel lugar y querer vivir ántes en tierra agena pobre, que en la que era muy conocido, escandalizando su prójimo. El P. Ignacio de Govea tiene más de cien muchachos, y niños y niñas , á quien enseña la doctrina cristiana. Ultra de esto vienen *ferme* todos los más del lugar á oirlo. Aquí se hace mucho fruto. El P. Ignacio Nuñez y [el P.] Airez Arana tienen otrosí cuidado de otras dos iglesias, donde enseñan la doctrina, que son anejas aquí al colegio. Dicen los hombres y mujeres por qué no salen todos á sembrar la ley de Dios; y como atónitos dicen que San Fins es ahora el paraíso terrenal. Quiera Dios que pues á él nos trajo, trayéndonos á su bendita Compañía, darnos gracia de sermos obedientes para que de él no seamos echados. Amen. Amen.

De este Colegio de San Fins , 21 de Julio 1550 años.

Por comision del P. Maestro Simon ,

MÁRCOS NUÑEZ.

Superscriptio. IHS A los carísimos en Cristo hermanos de la Compañía de Jesus , en Roma.

Del Colegio de San Fins .

Alia manu: 1550 , Sanfins , 21 Jul.

LXIII

P. Sylvester Landinus
 Patri Ignatio de Loyola,
 Gallicano, 27 Julii 1550 ^{1.}.

IHS[†]

Molto R. P. mio nel N.^{ro} S.^{re}
 La somma gratia et amore eterno di Christo Nostro Signore
 V. R. saluti et visiti.

In la 25.^a ² V. R. intenderà il frutto ha fatto Nostro Signore
 in terre di genovesi, fiorentini, ferraresi, marchesi, et luchesi,
 dove habbiamo per comandamento suo seminato la parola di
 Dio.

P.^o S' è riposto il Santissimo Sacramento in Rozzi, in Sorraggi, in Vinca, in Capo di Ponte, in Solera, che prima non stava, come prima ne scrissi a quella ³.

2.^o La dottrina xpiana s' è insegnata in Vinca, nel Caregine, in Rozzi, in Auerni et Sorraggi, le Fabriche et Trisilico con Piscaglia.

3.^o La santa communione s' è principiata di novo in Solera, Vinca, Rozzi, Caregini, Gioncognano, Auerni, Trisilico et Gragliano, senza li primi già scritti a quella.

4.^o Le terre che ricevono il verbo di Dio da noi, oltra le predette, Lusignano, Casola, Casiano, Gragnola, la Pieve di Viano, Gassano, S.^o Terentio, Sarzanella, la Meglia ⁴. la Pieve di S.^o Lorenzo, Sarmezzana, Argigliano, Ugliano, Minucciano, Maggiano, Dalla, Scyllano, S.^o Donino, S.^o Anastasio, Cogno,

¹ Autographa tota manu Patris Landini, in folio duplici n. 46.

² In hac vigesima quinta epistola.

³ Hisce emendabis POLANCI Chron. t. II, ann. 1550, n. 43, pag. 23, ubi leges Vineae in capite positis pro eo quod hic est Vinca, in Capo di Ponte.

⁴ L'Amelia?

Bursigliano, Levigniano, la Verrucca, Naggi, S.^o Romano, Salichigniano, la Sambucca, Massa, Villa, Vergemoli, Gallicano, Vallico, et l' Isola S.^{ta} con Pruni.

Le Pace 5.^o sono state fatte, senza le prime, dove era successo morte d' huomo, la P.^a in Maggiano, la 2.^a in Gassano, la 3.^a in Gragliano, la 4.^a in Sarzanella, la 5.^a nel Caregine, la 6.^a in l' Isola S.^{ta}

6.^o S' è edificata una chiesia al monasterio di Casola, *a fundamentis*.

7.^o S' è coperto il monasterio.

8.^o S' è fatta una fornace.

9.^o Da 14 vergini hanno fatti li essercitii con tante lagrime che il popolo correva alla maraviglia.

10.^o S' è confirmato il monasterio di Casola dallo Episcopato sotto il titolo di Santa Martha.

11.^o Si sono poste dentro le moniche.

12.^o Non solo l' Ordinario di Lune et di Sarzana n' ha data la cura di tutta la sua diocese, ma anchora quello di Lucca con patente et bono odor di tutta la Compagnia che sentono.

13.^o Le continue confessioni, et tengo occupato alcune volte da tre o quattro sacerdoti che mi soccorrono.

14.^o Non mancano mai facende hora per questa hora per quella provincia, et ognuno mi chiama tanto laici quanto sacerdoti. Bisognarebbe havere molte persone della santa Compagnia ad agiutar tanto vasto paese.

15.^o Molti adolescenti desiderano di venir alla servitù della sancta Compagnia et sacerdoti anchora.

16.^o Il Signore Vicario di Lucca, non volendo dar l' autorità de voluntarii homicidii¹, a me l' ha data senza ch' io la ricercessi, eshortandomi per lettere che io voglia agiutar alle sue peccorelle.

17.^o Alcune terre s' hanno rimesse nelle nostre mani delli fitti loro.

18.^o Capitanei, che per molto tempo non s' erano confessati, ogni domenica hora si confessano et communicano.

18.^o (*sic*). Si tratta di fare duoi altri monasterii.

¹ *L'autorità de voluntarii homicidii*, potestatem absolvendi a crimine homicidii voluntarii.

19.^o Si tratta di fare la riformatione fra noi di sacerdoti del luchese.

20.^o Li Signori Commissari ne essibiscono il suo favore nel servitio di Nostro Signore et delle anime et l' heresie si stirpano.

21.^o Lassano li'balli et altri peccati per amor di Dio et nostro et non per le pene di q.^{ti}¹.

22.^o Cercano il nostro favor apresso li superiori.

23.^o Si sono fatte grandi restitutioni.

24.^o Molte vergini si sono disposte di farsi monache, et ogni di più, et giovani di farsi religiosi, chi in una, chi in altra religione, secondo la vocatione.

25.^o La continua oratione et publica ogni sera.

Tutti questi sono frutti che fa il Signore nelle sue creature; et molto più gran mar e apparecchiato non manca mai, se pur ce fosse operarii a gloria del N.^o S.^{re} Iddio, qual è benedetto per sempre. Amen.

Alle orationi divote di V. P. R., baciandoli li santi piedi, con tutta la santa Compagnia mi raccomando.

In Gallicano di Luchesi, alli 27 di Luglio 1550.

Di V. P. R.

Servo indegno del N. S.

SALVESTRO LANDINO.

Superscriptio. IHS. Al mio molto R.^{do} P.^e nel S.^{re} N.^o il P.^e M.^o Ignatio di Loyola, della Compagnia di Giesù, Preposito dig.^{mo} in S.^a Maria dalla Strada, presso S.^o Marco, in Roma.

Alia manu: 1550. Gallicano, 27 di Julio. Silvestro Landin.

¹ Q.^{ti}, sic clare in mss., fortassis pro *questi*, quasi diceret *non per le pene imposte dai Commissarii*, quorum mentio in praecedenti num. facta est.

LXIV

Fratres Societatis Jesu Lovanii
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio, 13 Augusti 1550^{1.}

IHS[†]

R. Dne. Praeposite:

Gratia Domini Nostri Jesu X.ⁱ sit semper cum P. V.

R.^{de} in X.^o Pater: Quandoque sancta obedientia ad hoc nos compellit, spiritualis quoque fructus non minus alliciat ut ea, quae per nos indignos Dominus operare dignatur, P. V. transcribantur, hinc fit ut liberius, quae occurrunt, simpliciter explicemus.

Et quidem P. Adrianus pene solus hic in vinea Domini laborat; reliqui vero studiis incumbunt. De ipso quaedam referam.

Contigit ut dum Dominus Cornelius Crocus primo adesset Patri Adriano confitendi gratia, quomodo se Societati nostrae adjungeret &c., Pater dictus tunc et postmodum doluit eo quod non amoeniorem vultum, exhortationis inflammationisque verbum nullum eidem fecisset exhibuissetque; cumque idem Crocus rediret Lovanium eo animo ut se Societati adjungeret Romanque pergeret, dictum fuit ei a quodam juris Licentiatu quod amabilem inveniret Societatem; respondit Crocus: satis, inquit, nuper consideravi; videns enim faciem Mgri. Adriani, videbar mihi faciem angeli videre.

Similiter accedit quod, videlicet, quidam non ferentes frequentem confessionem et communionem, accesserunt nostrum Divi Michaëlis templum eo animo ut conspicerent unde confi-

^{1.} Tota epistola scripta est manu ipsius Patris Adriani Adriaenssens, in folio duplo, n. 102 et 103. In ea autem plura repetit, quae in praecedenti, Julii 8 data, narraverat.

tentes et communicantes, cum suo confessore, Patre Adriano reprehenderent; sed singula attendentes, gratia Dei incitati et bene aedificati recesserunt.

Rogatus quoque fuit Pater Adrianus ab aliis confessoribus alterius parochiae ut, quamquam omnium indifferenter audiret confessiones, juberet tamen eos, qui alterius sunt parochiae, in suis parochiis communicare, ut sui quoque aedificantur, pollicentes nemini denegandam sacram Eucharistiam; quod licet semper curatum sit, post haec tamen magis serio curatur, nisi temporis brevitas aliaeque circumstantiae impedianc discessum de uno templo in aliud.

Deinde Pater Adrianus in partibus Hollandiae sollicitabatur a quodam monasterio incessanter ad concionandum; ipse vero plurimum in se anxius et perplexus fuit eo quod nec studio nec meditationibus quicquam stabile posset invenire, et ordinare quod diceret, immo nec ipsum textum Evangelii diei poterat commendare memoriae; tandem quia subterfugere non poterat, solum thema habens, quasi totus desolatus, aridus et confundendus, in Domino nihilominus confidens, superpellicium induens, concionari incipit: et ecce mox Dominus aderat famulo suo, totum textum Evangelii suggestus de divite et Lazaro, et vix minima particula intacta relinquebatur, quin suum festum et mysterium explicaret; ita ut concio illa statim a variis fuerit collecta et scripta.

In eodem loco domicella quaedam habebat filium sacerdotem et canonicum, qui a pluribus annis vix fuit compos mentis, sic ut, tamquam obsessus a daemone, cubiculo inclusus teneretur. Haec rogavit Patrem Adrianum ut filium suum visitaret. Ivit eo, intravit cubiculum dicti filii, matre et familia p[ro]ae foribus rei eventum exspectantibus; examinavit eum petendo anne cuperet placere Domino Deo, eidem servire, obedire et in aeternum cum eo gaudere. Respondit quod sic. Adhortabatur ulti-
rius ad confessionem et similia; cumque Patri Adriano videtur parum respondisse, mater postmodum dixit se neque per se neque per aliquos alios potuisse a quatuor annis tantum verborum et responsi impetrare. Sic eum reliqui in cubiculo dicens me curaturum ut altero die veniret pastor auditurus ejus confessionem, quo et contentus fuit. Quam operam quidem offerebat Pater Adrianus, sed ipse non videbatur affectus. Et ita tota

familia multum in Domino consolata fuit. Pater vero Adrianus altero die discessit.

Eodem fere tempore, cum amici Patris Adriani et alii quidam multum essent turbati et deaedificati eo quod dictus Pater omnia haereditaria bona cuperet sibi dari et expendere in subsidium studentium in Societate, timentes nimirum, ut frequenter ab aliis fit, lites, molestias atque alterationes cras aut perendie posse contra eos excitari, ivit Pater Adrianus, ob profectionem Hollandicam transiens, patriam suam, et hanc turbationem intelligens, fratri respondit se non tanti aestimare omnia bona ista temporalia, ut propterea velit lites movere; sed id quod petii, quia vos pios et conscientiosos scio, peto in simplicitate cordis propter Deum, quia urget me conscientia; reliquum committo Deo et vobis. Nam tribus de causis praecipue haec peto; primo ut eo citius possim ab istis temporalibus absolvi et in sancta paupertate vivere ac mori; 2.^o ut illi, quorum unus stat pro milibus in Ecclesia Dei, inde sustententur; 3.^o ut amici, tantorum bonorum, quae per ipsos fierent, essent participes. His omnium oris sic obstructis, mirabili cum charitate et pene lachrimis tantum obtulerunt Patri Adriano ut plene sit contentus nec amplius optaret. Et ita tempestas illa magna cum aedificatione cessavit. Benedictus Dominus.

Brevi Pater Adrianus invitatus a quadam domicella cum aliis viris spiritualibus ad coenam, vidi obiter domicellam illam aurea torque aliisque pretiosis ornatam. Revolvens autem secum quod jam coepisset ei frequenter confiteri et communicare, et quod sancti Apostoli, 1.^a ad Tim. 2.^o et 1.^a Petri, 3.^o, aperte haec prohibebant, post aliquos dies vocavit eam ad se in templum et super istis admonuit. Illa mox cum multis singultibus et lachrimis et plicatis manibus erupit dicens: Benedictus Deus, inquit, qui tandem unum mihi dedit confessorem, qui me defectusque meos reprehendat; hactenus dictum fuit mihi: ecce bene licet tibi secundum tuum statum vivere; sufficiat tibi quod diligenter visites templum et des eleemosinas. Deinde rediens domum, statim torquem auream depositus, et quascumque habuit, obtulit proximo templo in honorem Corporis Domini, et postea reprehendit suos aliquos confessores eo quod viam Domini non aliter eam docuissent; et ita, laus Deo, manet in fervore et bene contenta.

Haec sunt, Pater R.^{de}, quae in praesentiarum occurunt scribenda, rogantes Dominum ut ipse quotidie opus suum magis magisque augere et operari dignetur; petitque Pater Adrianus in his et similibus libere corripi et institui.

His valeat in Domino Jesu P. V., cuius precibus omniumque Patrum ac Fratrum humillime [nos] commendamus.

Lovanii, 13 Augusti anno 1550.

Vestri in Domino servi.

Fratres Societatis Jesu in Lovanio.

Superscriptio. — IHS. R.^{do} in X.^o Patri Mgro. Ignatio de Loyola, Praeposito Societatis Jesu, Romae.

Allia manu: Q. Lovanium, 13 Aug.^{ti} 1550.

LXV

Messanenses fratres

Patri Ignatio de Loyola.

Messana, 2 Septembbris 1550¹.

(Excerpta ex litteris)

Ex litteris Fratrum Messanensium.

In genere, rerum spiritualium apud nos in Dei gloriam continuum est incrementum, ut lucide appareat ex eorum numero qui, ordine statuto, tam dominicis quam festis diebus sacramentum sanctum Eucharistiae participant; unde jam commune est tamquam proverbium in hac civitate: in aede Divi Nicolai, quae nostra est, unamquamque Dominicam diem Paschatis esse. Necnon illi, qui Sacraenta frequentant, alios juvare solent et secum ad confessionem adducere viros ac mulieres a multo tempore non confessos.

Ad conciones etiam, singulis dominicis et festis haberi soli-

¹ *Historia varia*, vol. 1, fol. 185.

tas, adeo frequens est hominum conventus, ut prope semper repleatur templum et multi ingredi non valentes discedere cogantur. Praeterea coepit ante duos menses, quolibet die Jovis mane, et diebus festis a prandio, in eodem templo nostro exponi vita Jesu Xpi., ex quatuor Evangeliiis deprompta, in morem meditationis. Apud aedem vero cathedralem dominicis post vesperas enarrantur Psalmi; unde aedificatio et fructus plurimus percipi refertur. Antea paelectio fiebat ex Divo Paulo et doctrinae Xpanae expositio. Alius etiam fructus colligitur; quod juvenes multi, ad hanc nostram Societatem minus idoneos sese judicantes, aliis religionibus se addicant, utpote Capputiatorum, Divi Benedicti, Dominici, etc., cum magna populi aedificatione. Animae insuper quamplurimae juvantur ex nostra (ut dicimus) pascione ab ambulantibus nostris per civitatem et occasionem salutiferi auxilii disquirentibus. Proficitur quoque non parum in monasteriis nonnullis monialium, quibus instanter obsecrantibus, conciones aliquae destinantur, licet pauciores quam vellemus, propter continuas, cum aliarum rerum tum confessionum in nostro templo audiendarum, occupationes.

In scholis idem ordo, de quo scripsimus mense maji, observatus est. Cura et diligentia plurima praestatur in auditoribus provehendis, qui singulis mensibus confiteri pergunt, et moventur non pauci ut saeculum relinquant; ac nisi sub hoc principium domus probationis, satius fore visum esset paucos admittere, jam ingressus esset immodicus numerus.

Intra collegium ex Dei gratia obedientiam servare studemus diligenter, cum quadam intellectus proprii caecitate et abnegatione exacta voluntatis, ut in puro spiritu Societatis ambulemus; et nuper, majoris profectus causa, cubiculum unum ab aliis remotum assignavimus, ubi flagella et cilicia reponuntur, quibus unusquisque (ex Superioris tamen permissu), si conducibile videatur, possit aliquantum carnem suam occulte affligere et in servitutem spiritus redigere; conficiendos etiam curavimus duos aut tres saccos ex grossa canabe, ut unus quotidie sic indutus per vices abluat culinae vasa, coco inserviens hora una post cibum transacta. Decrevimus insuper diebus universis, post corporis refectionem, conferre inter nos materiam aliquam spiritualem propositam, de qua unusquisque dicere debeat ex tempore quid sentiat; id quod brevi speramus in praxim deducere.

Custoditur (juvante Domino) integra unio et charitas inter nos, unde bonus odor ad proximos emanat; et mirantur plerique, maxime Religiosi, quo pacto, inter tot domesticos eosque novitios, tanta pax et alacritas conservetur. Deo gratias, etc., qui omnium bonorum est auctor.

Domus probationis, in quam noluimus hactenus plures quam duodecim juvenes recipere, partim nobiles, partim populares, Dei beneficio semper proficit in melius; videntur esse tot angeli. Ex nobilibus duo sunt aut tres de familia primorum civitatis, et unus consanguineus Comitis de Luna, in hoc regno valde eminentis et gubernantis civitatem¹. Sunt ingeniosi omnes, et sex in litteris humanioribus non mediocriter proiecti. Exercentur diebus singulis in scribendis latine et graece orationibus prosa et versibus. Praetermittimus brevitatis causa ordinem, quo in studiis litterariis et spiritualibus diriguntur. Per alias litteras id exprimere licebit et ferme omnia in scriptis, brevi mittendis, ipsius domus constitutionibus patebunt. Hoc solum dicam in summa, materiam esse bonam valde et ad spiritualia propensam; cum magna modestia ac solicite curandum est ut prohibiti a flagellis et ciliciis abstineant, cum sint ad hujusmodi exercitia proclives, et impositas sibi poenitentias alaci animo perficiant. Denique ex his novis plantis fructus speratur copiosus ad Dei gloriam.

Unus ex istis juvenibus, genere imprimis nobilis, receptus est in domum mense superiori cum multa omnium aedificatione. Statuerat dudum Societati se dicare; non tamen admittebatur eo quod probationis domus nondum septa esset, et quia consultum videbatur in his principiis nullum adolescentem absque parentum consensu recipere. Ille interea devotionem suam et spem continue fovebat et a consanguineis, omnino repugnantibus eius instituto, multa perpassus est, partim injuriis et molestiis lacesitus, partim blandis promissionibus allactus, ut matrimonii, etc. Ipse tamen magis in dies propositum suum confirmabat, et quodam die ad nos confugiens, aperta janua, ex improviso se in domum probationis conjecit, praefecto ejus protestans fore ut, si se expelleret, de anima sua repeteret ab eo Deus rationem in

¹ Asdrubal de Luna, de quo vide *Cartas de San Ignacio*, t. v, pag. 64 et 65.

die judicii. Et haec, me absente¹, gesta sunt; sub noctem vero, me reverso, venerunt parentes cum magna turba et strepitu illum requirentes, quibus libere respondi: si eum persuadere possent, per me licere ut secum eum abducerent; sed cum facta esset colloquendi copia, nolentem statim astraxerunt domum, ubi circiter hebdomadan transegit, omnibus externis nos commendantibus et accusantibus illorum insolentiam. Postea juvenis eodem modo ad nos reversus est; nec postea quaesitus; perseverat nobiscum laudabiliter. Sunt et alii duo aut tres in domo probationis, quibus cum parentes ingressum Societatis prohiberent, nobis exhortantibus ut pro ipsis orarent, exauditi sunt adeo ut parentes pro eorum receptione nos rogarent; atque ita recepti sunt cum multo fructu et omnium aedificatione. Juvenes isti omnes hortantur parentes suos ad confessionem et mutationem vitae, unde plurimum juvantur; imprimisque unus, qui non solum concubinam diu habitam abjecit, sed etiam, meliorem vitae rationem sequutus, sacramentis frequenter utitur.

In confessionibus audiendis inter caeteras utilitates haec una fuit, ut virgines aliquot, relicto saeculo, monasteria subire decreverunt; et quatuor jam ingressae sunt; aliae paratae.

Praecipue magni momenti visum est ut, cum nobilis quaedam vidua cum quatuor filiabus ad tantam reducta esset inopiam, ut parata esset illarum pudicitiam, si offerretur pretium, prostituere, et uni ex nostris hoc innotuisset, prospexit Dominus ut, e mendicatis hinc inde eleemosynis, virgo natu minima, vix duodecimum attingens annum, in monasterium quoddam reciperetur; de aliis quoque a periculo tanto liberandis agitur; cuius negotii occasione contigit ut unus ex nostris nobilis quemdam ecclesiasticum precaretur et vasa quaedam argentea peteret in tale opus eroganda, quo renuente, post paucos dies servus ejus, eadem vasa suffuratus et fugitivus, spoliatus interfectusque est; atque ita nobili illi periit servus et argentum. Magna judicia Dei, etc.

Liberatus est apud nos unus a spiritu immundo; et mahumetani duo, prius obstinati, conversi et baptizati sunt.

Proximis diebus juvenis quidam pedemontanus, equiti hie-

¹ Ex his verbis conjice has litteras a P. Natali, qui reliquis de Societate Messanae praearat, fuisse subscriptas.

rosolymitano serviens, per indiscreta jejunia, vigilias et orationes in dementiam versus est, et a domino suo derelictus; ac adeo per pueros civitatis, illum persequentes, in furorem redactus, ut cum prius nihil non pium loqueretur, coeperit sine verecundia et cum rabie quadam nudus per vias discurrere et pudenda loqui; quem nos misericordia commoti, sed neminem invenientes, qui succurrere ei vellet, et apertum periculum videntes ne ipse misere moreretur, et pueros etiam aliquos facile interficeret, in curam nostram suscepimus, procuratis nonnullis eleemosynis atque medicinis, quibus adjutum et prope liberatum ab insania, Panormum misimus ad hospitale talibus constitutum, ubi speramus brevi esse perfecte convaliturum. Et hoc facto publice cognito mire aedificata est tota civitas.

R.^{dissimus} Episcopus Pactensis, totius Regni Inquisitor, cum esset Messanae, venit ad nos admodum familiariter prandium sumpturus, celebrata Missa in nostra aede, totumque diem nobiscum transegit. Indulsit nobis ultra ea, de quibus scripsimus antea, in foro conscientiae tantum, commissiones quasdam ad salutem animarum, ut speramus, profuturas.

Superioribus his diebus procuratum est opus magnae utilitatis et aedificationis, ut pauperibus verecundis succurratur generali eleemosyna, non solum a devotis quibusdam nostris, sed etiam a nobilibus et juratis aliquique civibus collecta, ad quod commodius faciendum divisa est civitas in duodecim partes, quarum singulis praeficiuntur duo viri, nobilis unus et alter popularis. Maxima spes est maximum hoc fore subsidium egenis, et remedium malorum plurium ob necessitatem prius contingentium.

Scripsimus dudum acceptam esse possessionem Universitatis; factus est postea consensus ad determinandam collegii donationem et ordinem Universitatis statuendum: missa sunt Panormum capitula et felicem Pro-regis redditum exspectamus, sine quo nihil civitati licet concludere.

Messanae 2 Septembris 1550.

LXVI

P. Dionysius Vazquez
 Patri Ignatio de Loyola.
 Compluto, mense Septembri, 1550¹.

Perquam Reverendo Patri Magistroque in Domino Jesu ob-servantissimo, Ignatio a Loyola, salutem in eodem Domino.

Postquam Petrus Antonius Araoz² hinc excessit, qui men-ses sunt quatuor, omnia (Superis gratia) ex animi nostri senten-tia cesserunt. Maximum est quanta virtutum seminaria homi-num nostrorum Deus Optimus Maximus ingenerari voluerit ope Antonii Araoz et Francisci Stradae, quorum alter privatis colloquiis et sermonibus familiaribus, alter publicis concionibus, uterque assiduis confessionibus et vitae exemplo mirabile quan-tum profecerint. Sic Doctorum fastum dejecerunt, Magistrorum titulos commoverunt, scholasticorum turbas immutarunt, populi affectus sedarunt, ut veteri gymnasiorum splendori Com-plutum redditum videretur. Coepit Societatis et collegii nostri nomen, licet antea non erat obscurum, novo fulgore illustrari; unde plus solito hisce mensibus frequentatur, tum ab iis qui, do-minicae mensae accessuri, confessionis sacramento mundari de-siderant, tum praecipue a pluribus bonae frugis et spectatae in-dolis adolescentibus, ut viris aetate et doctrina proiectis, qui nostri collegii contubernales fieri postulant. Sec illorum dum-taxat electio facta est, qui magis e christiana pietatis re fore visi sunt.

Est, ut nosse te arbitror, Compluti Collegium, ubi trium linguarum cultus nitidior redi consuevit. Huc ex diversis Hispaniae provinciis aliquot convenerunt de more, juvenes

¹ Transumptum a P. Bernardo Oliverio confectum in folio, cui numerus olim fuit 59, nunc autem 19.

² Loco vocis *Petrus* suspicamur in autographo Dionysii Vazquez fuisse hanc: *Pater.*

rarae cujusdam exspectationis qui, praeter humaniores litteras, quas profitebantur, e solidis Philosophiae fontibus doctrinam morum et naturae hauserunt, neque id infeliciter. Adde etiam quod nonnulli divinae Theologiae et Medicinae penetralia linguis et Philosophiae conjunxerunt, e quibus quinque ad sacram anchoram nominis Jesu confugerunt, inter quos unus est Didacus Vazquez a Torrijos ¹ qui, utriusque linguae mire callens, Philosophiam et Medicinam tam fausto adierat pede, ut proximo anno se primam Doctoris lauream in Medicina adepturum speraret. Alius Licentiatus Joannes Prados ² est qui, paene totum Scholasticae Theologiae ambitum (quem cursum vocant) emensus, Sanctorum Scripturarum lectioni et indagationi accingetur. Tertium me (licet indignum) ad numero, qui jussus sum cum dictis duobus Sacrae Theologiae studiis vacare. Quartus vero est, qui linguarum peritiae Theologiam cooperat conjungere. Hic Martinus ³ appellatur, cui Toleti urbs communis mecum patria est. Alius burgensis, Marcellus a Salazar nomine. Sed hisce diebus Gandiam hinc est profectus, ubi artium liberalium disciplinis sacrosanctae Christi philosophiae viam sternat. Habet quinque collegas trilingues ⁴, Pater colendissime.

Tres licentiati anteactis mensibus exercitamentis spiritualibus initiati sunt. Quidam Alphonsus Lupus, a Navarra ⁵, facilis simul et acri juvenis ingenio, qui diu haesitabundus an parentes optime de se meritos benevolentissimosque liceret in senectute et rerum domesticarum penuria linquere, tandem, ut dignus esset Christo, patrem et matrem pro Christo relinquit, ditissimo et gratissimo Domino eorum curam injungens. Alius licentiatus est, cognomine Gutterius qui, medicinae candidatus hactenus, et doctoris gradum assequuturus venturo anno cum Didaco Vazquez, medicamenta et morborum curam contempsit, ut vitam et resurrectionem inveniret. Tertius est quidam theologus

¹ Intellige natum in urbe Torrijos.

² Ita nostrum transumptum; sed hujus Patris nomen fuit *Prudanos*, prout scripsit Polancus, *Chron.*, t. II, pag. 128, n. 308.

³ Cave ne hunc, cuius familiae cognomen adhuc ignoramus, Martinum Gutierrez (Gutterius) esse putas, de quo infra in hac ipsa epistola.

⁴ Ita cognominabantur qui Trilingui Complutensi Collegio, de quo supra, adscripti erant.

⁵ Alphonsus Lopez, Corellae ortus in Navarra. Ejus ingressum ad sequentem annum rejicit P. BARTHOLOMAEUS ALCAZAR, *Chronohistoria de la Provincia de Toledo*, Dec. II, cap. 2, § 1.

non indoctus, a cuius nomine abstineo, quoniam visus est Patri Villanova domus Domini exstructioni non adamussim quadrare. Hoc enim velim tibi persuadeas, Pater optime, in collegarum electione prolixam a P. Villanova fieri disquisitionem et cum magna ingenii et conditionis habeatur ratio, nisi constantis sibi animi et sedatae mentis fiat accessio, neminem huc pedem laturum. Discessit igitur licentiatus ille non sine magno animae suae emolumento ex exercitamentis excerpto, nec fuit homini succensendi aut indignandi causa; adeo compositis efficacibusque rationibus itum est illi obviam. Alios etiam scholasticos ac sacerdotes non admisit P. Villanova, licet sibi satis animati viderentur ad quidvis pro nomine Jesu sustinendum. Exerciti sunt etiam his diebus transactis quidam juris doctor, vir, praeter canoniam cathedram quam moderatur, multis nominibus colendus, quidam theologi et concionatores non obscuri nominis, qui partim sua, partim nostra cunctatione vel rejecti sunt vel in commodius tempus dilati: nec est exigua futuri temporis spectanda merx, quoniam studiorum instat exercitatio et plurimorum adventus, quos propediem affore inter nos convenit.

Ac ne modo desides aut otiosi esse intempestive videamur, tres viros domi exerceri scito cujusvis in litterarum emporio pretii. Doctor Torres¹, qui Siguenzae canonicus est et sacro-sanctae Theologiae cathedrae praeest, primas partes agit; secundas quidam licentiatus Martinez, frater licentiati Martinez Caxacensis², atque hic etiam Vallisoleti canonum cathedram moderatur. Ultimas tenet partes parochus ecclesiae Gelate³, sacerdos non imperitus. Hi sunt qui modo exercentur, nec tamen (quod conjectare licet) sine magna utilitate, praesertim doctoris, qui se libentissime videtur velle Dei voluntati tradere. Quidam praeterea doctores ex nostratis idem facturos se praedicant. Felicitet Deus ipsorum cogitatus.

Interim nostra egrediemur limina et novum Conchensis civitatis erga nos affectum mentemque reserabimus. Nosse te jam litteris arbitror Magistrum Stradam Aprili mense hinc prof-

¹ Doctor Bartholomaeus Torres, qui postea Canariensis Episcopus fuit.

² Erat hoc tempore Compluti Licentiatus Didacus Martinez, qui multum jam inde ab initio Societati faverat; sed an hic ille sit, et cur Caxacensis aut forte Caracensis appelletur, nescimus.

³ Ita nostrum apographum; at cum nullum sit in tota Hispania oppidum, quod hoc nomine appelletur, mendose hic positum arbitramur pro *Getafe*.

ctum et Gandiam petentem obiter Concham invisisse, veterem et nobilem civitatem, ubi, cum multorum precibus esset morigerandum, sacras in diversis templis habuit conciones, tanto hominum theatro, tanto assensu sapientium et populi, ut necesse fuerit quosdam illis dies praeter mentem dare. Ajebant uno omnes ore apostolicam doctrinam in eo relucere, nec verebantur quibusvis nostrae tempestatis viris, quos modo vidissent, [eum] anteferre. Vitam ex fama, humilitatem ex sermonibus mutuis, modestiam ex incessu, prudentiam ex confessionibus, doctrinam et religionem ex publicis e suggestu concionibus colligebant. Omnes mire affecit vir unus, sed tres praecipuos Ecclesiae proceres insigniter qui, nolentes diutius divini Spiritus afflatibus aures obturare, audierunt quid in se loqueretur Deus, loquebatur enim pacem plebi suae, Stradam sequuti sunt. Gandiam pervenerunt. Quid emolumenti ceperint malo te ex ipso Strada audire quando jam isthic aderit. Praeterire tamen illud non ausim, plus doctrinae conchenses omnes ex canonicorum repentina metamorphosi percepisse, quam ex auditis antea concionibus hauserunt. Discessit illinc Strada magno civitatis moerore: pollicitus tamen est iis, qui exercitamenta spiritualia praelibare satagebant, Patrem Villanovam quamprimum affore, qui animum ipsis expleret; quod et ipse Villanova modo implevit, nam transacto mense Concham est profectus, ubi, dum Doctor Vergara¹ itineri accingitur, Villanova exercitamenta duobus viris concessit nobilibus, alteri canonico conchensi, alteri canonici germano; et cum diutius remorari p[re]a temporis angustiis non liceret, alios in spem redditus sui distulit, et Valentiam misit alium Conchae canonicum illic exercendum meditationibus spiritus. Nec otiosus interim fuit Villanova. Nam plurimis confessionibus audiendis tam generalibus quam etiam annuis non paucas horas impendit.

Cum Conchae esset Societatis Jesu nomen celeberrimum, tacitum consilium magnatum priores inierunt ut Societatis Patres invitarent. Nimirum fructus ubertatem agnoscentes, quem praeter populi mores pristinamque consuetudinem in dies viderunt pullulascere; nam cum antea nulla civitatum Hispaniae proclivior in luxum, et in fastum, et insolentiam, atque hujus generis

¹ Doctor Alphonsus Ramirez de Vergara, Conchensis canonicus, de quo supra in litteris P. Christophori de Mendoza, n. xii, pag. 141.

alia esset, nunc, versa rerum vice, mirum est quam longe abjecerit quae prius tantum non adorabat. Quod cum advertissent secumque contulissent nobiles illi, quos antea memorabam, Patri Villanova templi magnifici exstructionem et domum templo dignam obtulerunt, per fidem pietatemque obsecrantes ne eam civitatem, cui fontem salutis aperuerant, deserere sustineret; quin ad se potius curaret mandados Patres aliquot, qui populi motus sedarent, vitia compescerent, juventutem catechismo armarent praemunirentque. Sibi curae fore, ne templi, domus sumptusque magnificentia desideraretur. His tam ex animi visceribus profectis pollicitationibus Pater Villanova uno satisfecit responso, se conventurum Gandiae Doctorem Araoz¹ et eum ad se relaturum affirmans, interim bonis esse animis jubens, iter suum amplius non existimavit differendum, qui et jam ad nos rediit satis exspectatus; nec Conchae diutius moratus in redditu est, quam necesse fuit ad paciscendum cum quibusdam canoniceis ut hoc post se properarent; atque eos modo exspectat.

Vale, Pater observantissime.

Compluti Hispaniae, Septembri mense 1550.

Indignissimus tuae Paternitatis filius

DIONYSIUS.

Patris Polanco manu in 2.^o fol. v.^o: 1550, Alcalá.

¹ Pater Antonius Araoz erat hoc tempore Hispaniae Provincialis, seu cunctis praeerat sociis qui in Hispania degebant.

LXVII

P. Paulus d' Achillis
 Patri Ignatio de Loyola.
 Panormo, 1 Octobris, 1550¹.



Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper et augeatur in cordibus nostris.

Exercitia scholarum nostrarum sine ulla unquam intermissione hactenus procedunt, tametsi non parum fuerit infensus aestus vehementior praeteritae aestatis. Sicut autem propter ingentem multitudinem discipulorum compulsi alias fuimus unam classem in duas partiri, ita rursus ob eamdem causam constituimus initio renovandi studii duas ex una conflare; ea namque continet scholares plus minus centum quadraginta.

Is ordo disciplinae, qui ab exordio hujus studii constitutus est, persistit inviolatus; priusquam enim incipient lectiones, quotidie ipsi juvenes audiunt sacrum; omni mense quisque confitetur peccata sua; dominicis itidem diebus bona pars ad nostrum sacellum confluit, audiendi sermonis gratia; tempore vero pomeridiano tunc et aliis omnibus festis diebus multi, sua sponte moti, scholas adeunt, ubi praeceptores spiritualia documenta pro ratione ² illis tradunt; doctrinam, videlicet, christianam, proverbia Salomonis, sive quippiam aliud, quod ad christianos mores formandos conductibilius judicant; unde ipsi non mediocriter promoventur, et in studio litterario, et in christiana pietate. Ad haec non deest ipsorum magistrorum

¹ *Historia varia*, vol. 1, fol. 187 et 188.

² Spatium hoc relictum in nostro transumpto, implendum fortassis est verbo *aetatis*.

vigilantia, qui omni quo possunt studio increpant et castigant, quos forte comperiunt in aliquo deliquisse; quo fit ut nullus omnino a parte aliquo vitio possit notari.

In hac domo sumus numero circiter XX, quorum nonnulli, jam dictorum quatuor mensium curriculo, adversa laborarunt valetudine; at nunc, Deo propitio, omnes ad unum sumus incolumes, pro virili dantes operam ut quotidianis accessionibus scientiae atque virtutum quisque se ipso major evadat. Die dominico in designatum locum coimus, in quo juvenes nostros domesticos mutuis inter se exerceri curamus disputationibus, uno sex diversas conclusiones defendente et aliis easdem oppugnantibus, quemadmodum fieri solet in philosophicis seu theologicis concertationibus. Porro epistolarum componendarum exercitatio alios dies hebdomadae sibi vindicavit; tunc enim et ipsi epistolas vicissim parietibus affigunt ab omnibus legendas et examinandas. Simili prorsus ordine auditas lectio-nes repetunt in conventu omnium, ex quo sane non parum utilitatis percipiunt.

Templum nostrum plures solito frequentant, quamvis propter angustias et alias causas multis incommoditatibus pateat: et plures quam hactenus incipiunt inibi confiteri et communica-re, quibusdam asserentibus credidisse se nos facultatem habere nullam in administrandis sacramentis, verum totam professio-nem nostram ad solum docendi munus posse extendi; qua quidem occasione amplius animati, dominum Pro-regem instantius, una cum patre nostro Laynez, urgebimus ut locus concionibus et administrationi huiusmodi sacramentorum magis accommo-dus nobis prospiciatur; quem ubi nacti fuerimus, dubium non est quin, divina aspirante gratia, uti in hac Panormitana, quam excolimus, pube, ita et in populo isto copiosus fructus proventurus sit.

Novit Reverentia Vestra quo pacto, tempore dicti quadri-mestris, Pater Laynez secutus sit in expeditione Africana Suam Excellentiam. Interea vero, de statu ejusdem Patris, tum litteris propriis, tum multorum certo testimonio hoc intelleximus: quam abunde Deus Optimus Maximus benigitatis suae effec-tum demonstravit per fidelem servum suum; ejus nimirum opera tam salubriter quam varie usus est in procuranda tum corporum tum animarum salute in illo suo exercitu; etenim

praeter onus audiendarum confessionum dominorum Pro-regis, Garsia, Alvaro¹, et aliorum capitum exercitus, quos saepius audiebat, illi omnis cura incumbebat Xenodochii, in quo magna semper decubuit infirmorum caterva, numero nunc 100, nunc 150, et interdum etiam 200. Hic nulli poterat quisquam necessarium sustentationi corporis administrare nisi dispensante D.^{no} Laynez, qui et ipse, more piae nutricis, cibum illis frangebat atque ingerebat. Neque id solum, verum etiam ex suscepto officio, clystera purgationis, et omnis generis pharmaca manu propria applicabat; singulis noctibus, ut aegros refocillaret, a cubili aliquoties surgebat; interdiu apud Pro-regem id agebat, ut nummorum, confecturarum, victualium et rerum necessiarum commoda fieret provisio. In isto sancto ministerio tanta cum vigilantia sese exercuit erga omnes, tantum charitatis affectum exhibuit, ut omnes quotquot ad nos veniunt milites vix aliud a laudibus pientissimi Patris personent, quem et ob insignem illam omnibus declaratam benignitatem, sanctitatis vocabulo remunerant, dicentes identidem: Sanctus est Pater Laynez. Affirmant parem se vidisse nunquam, qui tanta alacritate, qui se ita totum necessitatibus proximorum impenderet. Dejerant ii quoque non sine divino miraculo specialique privilegio esse protectum ut, tamdiu versatus inter tot pericula, solus ministrantium in eo loco intactus evaserit, cuius rei fidem facit clara experientia; quum enim omnes, qui simul ministrabant, propter nimios labores et propter contagiosam graveolentiam loci tam foetidi, mortem aut infirmitatem saltem effugere non potuerunt, inter quos duo Patres Capuchini, suis fratribus ibidem mortuis, huc propter infirmitatem redire compulsi sunt, Pater Laynez, tot laboribus pressus, eisdemque periculis abjectus, non modo non est unquam infirmatus gravius, verum etiam majori beneficio sanitatis usus quam antea, dum apud nos hic ageret. Praeter hujuscemodi intolerabiles molestias, quas sine ulla remissione sustinebat, dabat omnem operam ut morientes animas, a vitiis poenitentia et contritione expurgatas, redderent Deo, quo fine sanctus iste labor minime frustratus est, inductis ad confessionem diversis, quorum hic toto quinquennio, ille decennio, alias

¹ Vide *Cartas de San Ignacio*, t. II, pag. 250 et 430.

item ne per XV aut XX quidem annorum spatium exomologesim fecerat. Horum aliqui sacerdotes erant saeculares, alii religiosi, quorum omnium in universum saluti adhibuit summam curam ut morientes in gratia decederent, et supervicturi ad meliorem ac securiorem vitae statum se postmodum converterent. Tandem pervenit illuc sanctum Jubilaeum a V. R. missum, quod cum tanta alacritate animique devotione exceptum est, ut illico certatim ad confitendum sua peccata festinarent; et priusquam assultu civitatem ipsam oppugnarent, sermonem ad ipsos habuit, quo plurimum consolatos et roboratos in Domino se senserunt; post expugnatam vero Africam, bis aut ter etiam Pro-regi, reliquisque ducibus, militibusque itidem non paucis, in templo urbis maximo, quod *Mesquitam* vocant, summo cum omnium gaudio et aedificatione est concionatus. Id generatim de dicto Patre diximus. Caeterum de singulis exactius, ubi reversus fuerit, R.^a V.^a certior reddetur.

Ante discessum ejusdem Patris in Africam, [profectus] sum ego Messanam, acceptis a sua Reverentia litteris de creditis¹; et quemadmodum R.^a V.^a intellexit, curavimus ego et D. Hieronymus Natalis atque effecimus ut inchoatum negotium de fundanda ibidem Universitate deque dotando nostro Collegio optatum effectum sortiretur; atque ita decretum, ut et ipsa Universitas erigatur et Collegium dotetur annuo censu mille quingentorum aureorum scutorum.

Posteaquam autem hoc redii propter consuetas confessiones D. Isabellae² et familiae suae, curatum est ut foveatur conserveturque Societas ista nobilium matronarum quae, prima Dominica cujuscumque mensis, solitae sunt convenire ad opitulandum infirmis incurabilibus largitione suarum eleemosinarum, quibus soleo ego concionari quando per occupationes licet.

Dedimus similiter operam ut primo sabbato cuiuslibet mensis fiat sermo mulieribus peccatricibus, quibus in certo templo congregatis adsunt duo aut tres foeminae nobiles ex praecipuis civitatis, tamquam illarum praesides. Confert autem unaquaeque³ circiter duos julios in eleemosinam, unde et licentia

¹ Ita videtur scriptum; sed sermo est de litteris, quae hispanice tunc dicebantur *de creencia*, sc., fiduciariis litteris, quibus testatur aliquis ei, per quem suas ipse litteras mittit, adhiberi fidem tamquam sibimetipsi posse et deheri.

² Isabella de Vega, Pro-regis filia.

³ Mulierum peccatricum.

illis datur, currente mense illo, gestandi mantellum, et incendi cum duobus sodalibus, id quod citra hujusmodi dispensationes minime ipsis facere liceret. Ex quo quidem opere cedit non simplex aut minima utilitas; nam praeter fructum dictarum eleemosinarum, quibus inopia Conversarum succurritur, nonnullae hinc arripiunt propositum mutandi vitam in melius; id quod verum equidem esse comperi exemplo istiusmodi quatuor muliercularum, quae non modo ab isto suo damnabili statu sese avulserunt, verum etiam honesta cum viris connubia inierunt; quod ut commodius assequerentur, suffragatae sunt pecuniae ex praedicta contributione corrasae. Audio et nonnullas alias renunciasse vitae priori, et alias continenter vivere, alias viris nupsisse. De reliquis jubent nos bene sperare crebra suspiria et gemitus, quos energia verbi Dei videmus erumpere.

Praeterea Sodalitas seu Confraternitas Notariorum, de qua alias ad R.^{am} V.^{am} scripsimus, firma persistit, quae tota occupatur in eo ut quotidie duo illorum mane semel, et semel vespera, infirmos incarceratos visitent et de iis, quae ad rationem victus et medicinarum pertinent, sedulo provideant; sacramenta quoque confessionis et communionis sanctae tempestive administrari procurent. Hac hebdomada illos jam dictos Notarios conveni atque admonui utile fore si inter se capitatim certam taxam ac summam pecuniae constituerent; quod consilium illis fuisse cordi videtur, cum nonnulli, suis nominibus scripto traditis, jam numerent hic quatuor tarenos¹, ille tres mense singulo; et hac eleemosina, quae ad summam centum scutorum et eo amplius, uti speratur, assurget, magnum refrigerium praestabitur miseris illis Jesu Xpi. membris.

Superioribus diebus, mortua Abbatissa cuiusdam monasterii de Conillon, dioecesis R.^{mi} Card. Farnesii, me obnixe rogavit Gubernator Montisregalis ut ad eum locum me conferrem, quo per viam canonicae electionis alia in locum demortuae surrogaretur. Profectus sum igitur, et praesentia mea impedita est certo futura electio cuiusdam juvenculae nondum aetate excendentis annum XXII. In hanc favor pene omnium inclinabatur, quod multas opes importasset monasterio. Pro indubitato habe-

¹ *Tareno, hispanice tarin, nummus erat argenteus, cuius valor quartae parti unius lira, franc, peseta, aequivalebat.*

batur, nisi obstitissem ego, illam voti compotem fore, non sine ruina ipsius monasterii. Sublata proinde omni spe hujuscemodi electionis, duae partes eligentium et eo amplius ad elendum quamdam aliam, et aetate et conditione praestantiores, sua studia converterunt; qua electa, tractatum est de reformatione monasterii, quod negotium in redditum Patris Laynez dilatum est.

Sub haec in morbum incidit Dominus Praeses¹ apud quem consolationis ejus causa mansi pene assiduus diu noctuque; in quocumque illi potui adesse, non defui officio meo. Ter aut quater in gravi et molesta illa sua infirmitate confessus est mihi, et toties sacram communionem suscepit. Ab eodem non recessi donec animam suam Deo, omnium Creatori, redderet. Migravit itaque ex hoc saeculo adeo sancte, meo quidem iudicio, ut optarem supremum diem vitae meae tam felici exitu terminari. Ipso die exequiarum D.^{nus} Petrus Ribadeneira orationem funebrem habuit, qua manifestum specimen omnibus praebuit singularis et memoriae et facundiae.

Pater Minister² prosequitur consuetas suas conciones apud Conversas, auditque subinde nonnullarum, quae ad hoc ipsum postularunt, confessiones.

Concionatur quoque solito more et D. Paulus³ dominicis diebus in templo Misericordiae.

In praesentiarum incumbitur renovationi lectionum et ordinationi scholarum ut, primo anno studiorum evoluto, sequentis novata studia mox sumant exordium.

Jam constituta est domus seu habitatio novitiorum, quorum nullum adhuc suscepimus nisi filium cuiusdam Doctoris, etsi non pauci sese nobis offerant. Res ista, ut et aliae nonnullae, differtur usque ad adventum Suae Excellentiae et pariter Patris D.ⁿⁱ Laynez.

Aliud in praesenti occurrit nihil.

Omnes orationum vestrarum suffragiis nos humiliter commendamus.

Panormi Siciliae, calendis Octob. 1550.

In 2.^o fol. v.^o, manu Patris Polanco: Ex Panormo, Sicilia.

¹ Ferdinandus de Vega, Joannis de Vega filius natu major.

² P. Michael Botellus.

³ Ipse litterarum scriptor, P. Paulus d'Achillis.

LXVIII

P. Adrianus Adriaenssens
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio, 6 Decembris 1550¹.

IHS[†]

R. de Dne. Praeposite:

Gratia Domini Nostri Jesu Christi sit semper cum P. V.
 Reverende ac amantissime in Christo Pater: Tres fratres
 hactenus fuimus numero. Jam vero quartus advenit, a P. V.
 missus, Arnoldus², nobis in Domino gratissimus. Omnes re-
 cete, laus Deo, habemus.

Pater Cornelius et M. Andreas³ student theologiae, et M. An-
 dreas fungitur officio coci. Arnoldum statuimus post ista festa,
 videlicet Conceptionis Beatae Virginis, mittere ad Paedagogium
 ut studeat philosophiae⁴.

Multi hic concionantur tum latine tum germanice, et ma-
 gnus fit concursus cleri ad audiendum; sed ego frequenter ad
 Dominum suspiro, desiderans ut aliquem Patrem Stradam huc
 mittat⁵, non dubitans quin cum maximo Dei honore et anima-

¹ Manus Patris Adriani Adriaenssens in folio n. 109.

² Alius a Hezeo videtur hic esse.

³ P. Cornelius Wishaven et M. Andreas Sidereus.

⁴ Paedagogium, Lovanii, nomen erat collegii; ita Paedagogium Lilii, Falconis,
 Pontificis, etc.

⁵ Notus fuerat Lovanii P. Franciscus de Strada anno 1543.

rum fructu hic ageret. Sed nos digni non sumus et ipse Dominus novit quid expeditat. Quod si aliquis Patrum aut Fratrum ad istas mittatur partes, utile esset conferre unam Bullam privilegiorum Societatis in parcamento (*sic*), et tertiam approbationem Societatis cum privilegiis, vel si videretur P. V. consultum, possent per postam transmitti.

Accepi litteras R. Patris Polanci, quibus indicat non expedit ut particulam illam de Magistris nostris Lovaniensibus addam testamento ¹. Agnosco, P. R., culpam meam quod ea in re tam fuerim caecus, et rogo P. V. ut mihi ignoscere dignetur.

Scripsit idem Reverendus Pater cum penultimo posta ut, si mihi visum esset, expedirem me ab omnibus temporalibus; et secundo, si aliquod dedisset mihi Spiritus Sanctus desiderium professionem in Societate faciendi, ut hoc P. V. indicarem. Ecce ego, P. R.^{de} Quod ad primum attinet, nondum commode fieri potest, ut patet ex aliis litteris. Nam, me inscio, sollicitatum est in curia Reginae ut emam locum pro Societate; quare exspectandum erit mihi, quod tamen brevi futurum confido, donec curia plene consenserit.

Quod ad secundum attinet, ad hoc me indignum et inidoneum (*sic*) fateor, quippe qui nec minimo Societatis officio digne functus sim. Attamen, si Domini in me indigno gratiam et desiderium spectem, valde gauderem eam mihi gratiam offerri, certo confidens quod qui dignatus est dare desiderare, quique dignatur vocare et offerre, dabit quoque longe amplius et liberalius adimplere. Existimarem etiam insuper pro Dei honore et multorum salute fore quod hic Lovanii aliquis publice sub Cancellario, amico nostro, qui etiam a magnis vocatur hic pater Jesuitarum, emitteret professionem in Societate. Sed hoc fortassis meum est humanum judicium. Proinde Domino Deo et P. V. omnia committo ².

His vale in Domino Iesu, P. R.^{de}, et nos P. V. omniumque Pa-

¹ Lovanii, qui Doctoris in theologia lauream erant assecuti, *Magistri nostri* appellabantur. Unde dubii haeremus an de iis Magistris nostris sermo hic fiat, an vero de nostris, sc., Societatis scholasticis, quorum sustentationi suis bonis consulere satagabat Adrianus, quique etiam nomine *Magistri* designabantur.

² Consilium hoc probavit Ignatius, ut videre est in POLANCO, ORLANDINO, etc.

trum ac Fratrum orationibus humiliter commendari petimus.
Raptim.

Lovanii. Ipso die Nicolai [†], anno Domini 1550.

R. V.

Servus in Dōmino iпutilis,

ADRIANUS ADRIANI,

ab Antuerpia.

Superscriptio. IHS. R.^{do} in X.^o Patri Mgro. Ignatio de Loyola, Praeposito Societatis Jesu. Romae.

Alia manu: Colonia (sic), P. Adrianus.

Et Polanci: Servetur.

[†] Sexta Decembris.

LXIX

P. Petrus Canisius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Ingolstadio, 28 Decembris, 1550¹.

IHS[†]

R.^{de} in Christo Pater.

Gratia domini nostri Jesu Christi et pax nobiscum perpetua. Postquam hoc venit R. P. M. Nicolaus Goudanus, eiusque comes M. Petrus Scorichius (nunc quartus est mensis), summa Dei bonitate et recte valemus et, ut ante solebamus, in praelegendi functione versamur. Nec procul hinc abest R. P. Claudius, de quo saepe testati sumus quantum praesidii tum nobis, tum Societati huic toti adferat, dum in Comitiis manet Augustanis. Perfecit sane (summa Deo, patri summo, gloria) ut Sereniss. Romanorum Rex, Ferdinandus, non promiserit modo, sed litteris etiam datis, partim ad Pontificem Max., partim ad R. P. T., promissionem hanc firmarit, curaturum se statim in academia sua Viennensi ut Societati nostrae collegium bene dotatum assignetur. Quare duos illuc e nostris Theologos mitti voluit, qui locum et fundamenta totius Collegii occuparent. Hoc primum apud Germanos collegium nostris erit, tamdiu deside-

¹ Ex apographo ad Hispanienses socios Roma misso, in folio duplo nullis numeris designato. Autographae Canisii litterae, quarum apographum habemus, sunt etiam in folio duplo, hoc modo: a verbo *Jesus* ad verba *Petrus Canisius* in prima et secunda pagina folii prioris, cui numeri sunt 6 et 119; prima posterioris pagina nitida omnino est, et secunda superscriptionem tantum continet, manu Canisii exaratum, cui in ima folii ora addidit alius: 1550, *Ex Ingolstadio, 28 X.bris*. In superiori autem hujus paginae ora incepérat ipse, ut videtur, P. Canisius scribere *p. proue*; sed verso calamo delevit. Item juxta sigillum, quod cerae rubrae impressum erat, est numerus 50.

ratum , cui nihil dubitamus propediem accessurum Ingolstadii alterum , Christo adiuvante.

Quo fit, ut precari sedulo debeamus Patrem misericordiarum et pro piissimo Rege Ferdinando, et pro genero illius, Duce hoc Bavariensi, quos deinde ceu duces alii quoque (ut ipsa coget necessitas) in Germania passim imitabuntur. Cui rei argumento esse potest vir summus, qui Cancellarium agit cuiusdam Principis Electoris ¹, non amicus quidem Societatis, sed qui causam tantam et fructum istorum collegiorum intelligens, rescripsit cuidam in haec verba: "Litteras tuas R.^{mo} Domino nostro commoda quaesita occasione, et cum mollia tempora fuerint affandi, exhibebo: simulque manibus ac pedibus tuam sententiam confirmabo (De litteris loquitur in gratiam collegii nostri accurate scriptis). Quamquam res ipsa non egeat aliqua persuasione, cum non solum sit omnium sanctissima et honestissima, sed et maxime utilis et necessaria, quaeque a R.^{mo} sine maximo dedecore, scandalo et detimento etiam salutis suae omitti minime queat.. Hactenus ille, cuius verba nos ad laudandum Deum vel ob id animos provocare queant, quod in aulis principum Germanorum ita cognitae simul et probatae sint res Societatis, iuvante plurimum, ut dixi, praesentia R. P. Claudii, quo nec immerito tantopere delectatur R.^{mus} Cardinalis Augustanus, illum pene solum habens, quo utatur familiarissime, cuiusque ductum sequutus, vitam, licet alioqui probatam ², et aulam suam reformasse prorsus existimatur.

P. Nicolaus in praelegendo admodum et sibi et aliis proficit; laudatur in disputandi ratione, quam sua quidem praesentia non parum iuvat promovetque. Brevi post auspicatus est Aristotelis Ethicam, quae lectio plures quam Theologica , nobis promittit auditores.

Tum festis diebus pergimus concionari, sed maiore quam antea, cum auditorii et professorum frequentia. Fructum aliquem ostendunt confitentes, quos adeo multos nuper divina traxit benignitas, ut annis abhinc plurimis fuisse plures negent,

¹ Quis hic Princeps Elector fuerit, et quis ejus Cancellarius, inquiret certe et docebit diligentissimus P. O. Braunsberger, S. J., cum ingentem Canisianarum litterarum momlem luce publica donabit.

² Verba haec licet alioqui probatam, signo addito ut textui insererentur, addidit in margine Polancus.

quive Sacram Eucharistiam perciperent, e communi, inquam, grege studiosorum. Accedit quod haereticorum libros nobis resignant, et suspectorum auctorum scripta deferant abiiciantque. Et hac in parte non minima videtur pestis Germaniae, ut alias admonuimus, cum inferiores etiam artes, ab haereticis plurimum tractatae, habeant venena sua, et vel impiis exemplis adductis inficiant fere adolescentes. Quare operam damus ut nomine publico caveatur, ne quis aut vendat, aut teneat suspectos codices, iique visitentur a certis et fide dignis viris ad hoc deputatis, non in publicis tantum bibliothecis, verum etiam in privatis multorum cubiculis. Qua de re, sicut et de aliis quibusdam abusibus, quos nimium iam inveteratos esse dolemus, litteras dedimus ad primaria capita huius academiae, orantes ut pro authoritate sua provideant et occurrant hisce morbis, qui partim disciplinam pietatis honestorumque morum attingunt, partim rectam studiorum rationem perturbant ac distrahunt. Ita fiet, speramus, ut et illi magis officii sui meminerint, et nos provinciae Rectoratus non defuisse videamur.

Mense etenim Octobri, quum ad novi Rectoris (ut vocant) electionem ventum esset, pari consensu professorum et suffragantium omnium accidit, ut repugnanti etiam mihi hoc munus delegarint. Nec satis licuit recusare, quod ut susciperem onus, R. P. Claudi faciebat authoritas, sententiaque tua, observande pater, et eorum, qui mecum sunt in Christo fratrum consensus, post multas ad Deum fusas precationes, flagitabat.

In quo munere administrando multa sunt, quae singularem erga nos Dei patris bonitatem commendent, et gratiam comprobent. Placuit enim aeternae ipsius benignitati suae, ut per huius ministerii occasionem professores imprimis iuvarentur atque magistri, quos inter se mutuo graviterque dissidentes in gratiam rediisse tandem gaudemus, ut diurnae simultates et publicae contentiones iam conquieverint, Deo duce, pacis omnis authore. Deinde magno studiorum omnium bono factum affirmant, quod tres non optimi exempli adolescentes relegati, et hinc excedere iussi sunt, posteaquam apud multos viluit cultus honestae disciplinae, ad quam non sine timore et terrore proposito, hic praesertim, revocari posse videantur.

Tertio, desierunt professores praelegere libros haereticos et privatim et publice: tum accessit cautio, ut ne in posterum

quidem praelegantur iidem authores, quos etiam, ut ante dixi, ne huc invehantur, curabimus, adiuncta simul, ut speramus, fida inquisitione.

Quarto, cum in collegio publico studiosorum non essent ieunationes, quas praescribit S.^{ta} mater Ecclesia; et aperte magnoque cum scandalo violarentur, eo rem brevi adductum iri speramus, ut sicut quaedam in hac parte iam immutata sunt, ita magis magisque in dies hic reformatetur abusus, quia totus est noster illius praeses Collegii.

Qui confessiones poenitentium audiunt (de omnium praecipuis loquor), nunc consilio nostro, et opera R. P. Claudii, facultatem impetrarunt, qua periculosisse destituti fuerunt hactenus, in casu (ut vocant) haeresis absolvendae. Complures Ecclesiastici homines nihil recitarunt de horis Canonicis. Eos pensum hoc nobiscum persolvere curavimus, ut recitandi morem addiscerent, et quia Breviarii novi Romani¹ usus maxime placebat, impetravimus illis, quod petebant, a R.^{mo} Legato Pontificis. Itaque pergunt quotidie in recitandis horis canonicis, et vestitus etiam honestatem ostendunt.

Exercitia primae, ut vocamus, hebdomadae, illi communicavimus ex parte, qui primum in hac Academia locum tenere videtur, (et) universalem vitae totius instituit confessionem² non sine magno animi sui moerore ac fletu, consilioque et magisterio nostro usus, in templo nostro celebravit primitias, contemplata omni pompa.

Multae fuit aedificationi plurimis quod communicantium Eucharistiae adesset tunc frequentia, qualis ab initio huius Academiae nescio si conspecta eo loco fuerit. Valde nobis profuturum in Domino videtur illius viri amorem et benevolentiam penitus conciliasse, cum huius authoritas apud omnes in pretio habeatur.

Hodie nobis iniuncta est provincia, ubi professores convenissent, ut pro religione conscriberemus edicta quaedam, paulo post omnibus studiosis proponenda. Faxit Dominus Jesus, ut

¹ De hoc Breviario Romano novo consule *Cartas de San Ignacio*, t. iv, Ap. 2, pag. 498.

² Scripserat hic Canisius: *confessus est generatim; sed verbis his linea ducta obliteratis, consueto signo apposito indicavit Polancus eorum loco inserenda esse illa: universalem vitae totius instituit confessionem, quae manu propria ipse in margine scribebat.*

quae tum ad nostram, tum ad aliorum salutem procurandam faciunt, recte intelligamus, et strenue perficiamus.

Hoc unum addere tandem visum est, et magni sane momenti illud, dignetur ut R. P. T. precari pro Germania, eiusque statum omni ex parte miserabilem, et suis et fratrum omnium precibus Christo commendet.

Ingolstadii, 28 Decembbris anno 1550.

Indignus in Christo Servulus

PETRUS CANISIUS.

Superscriptio.—IHS—R.^{do} admodum in Domino patri meo,
M. Ignatio de Loyola, Praeposito Societatis Jesu,

ROMAE.

Alia manu: 1550. Ex Ingolstadio, 28 X.^{bris}
Et alia juxta sigillum cerae rubrae impressum: 50.

Habemus etiam in *Historia varia*, vol. 1, fol. 195, hispanicam harum litterarum versionem saeculo xvi factam, quam hic inserere, in eorum gratiam quibus latina lingua aut difficilis aut ignota est, et ne vetus hoc nostrae historiae monumentum diutius lateat et penitus intereat, operae pretium visum est.

JESUS

de yngolstadio 28 de Dez.^e 1550.

R.^{do} en Xpo. p.^e

la gracia de nro. S. ihuxpo. y perpetua paz sea con nosotros. Despues que vino aquí el R.^{do} p.^e m.^e njcolao goudano y su companero m.^e pedro scorichio aora quatro meses, por la suma bondad de Dios estamos buenos y nos exercitamos en nro. oficio de leer; no está lexos de aquí el R.^{do} P.^e Claudio, del qual muchas veces emos dicho quanta ayuda sea así para nos-

otros como para toda n.^{ra} compañia, estando en las cortes de augusta; ha hecho para suma gloria de nro. S.^{or} que el sereñissimo Rey de Romanos don hernando a prometido de hazer en su universidad de viena un collegio bien dotado para nuestra compañia, para lo qual a escrito cartas asi para el papa como para vra. R.^{da} paternidad y a embiado á Viena dos teólogos de los nros. para tomar la posesion y sitio del collegio; sera uno de los principales collegios de los nros. en alemania, creemos con la ayuda de ihuxpo. n. s. le yra a los alcances este de yngolstadio; por lo qual devemos Rogar á nro. S. por el christianissimo Rei don hernando y por su hieno el duque de bavjera, á los quales ymjtaran otros en alemania viendo la necesidad que dello ay, la qual necesidad confirman unas cartas de una persona principal, chanciller de un príncipe elector, el qual, aunque no era amigo de nra. compañia, conociendo la utilidad y provecho destos collegios, respondio las siguientes palabras: las cartas de v. m. dare a nro. R.^{mo} S.^{or}, ofreciendose oportunidad y confirmare con toda mi posibilidad el parecer de v. m.; lo que venja en las cartas eran en favor de nro. collegio, diciendo, aunque este negocio no tenga necesidad de alguna persuasion, porque no solamente es sanctissima y honestissima, mas aun muy util y necesaria, el qual en ninguna manera puede dexar el R.^{mo} sin grande afrenta y escandalo nj aun sin detrimiento de la salud de su alma, etc.; las quales palabras nos provocan á alabar á Dios por estar tan conocidas y aprobadas las cosas de la compañia en los palacios de los príncipes de alemania, favoreciendo mucho, como dixe, la presencia del R.^{do} padre claudio, con el qual comunica muy familiarmente el R.^{mo} Cardenal de augusta, sin tener quasi ninguna otra conversacion, con cuyo parecer y guja a tanto reformado su casa y costumbres.

El P. njcolao aprovecha mucho á sí y á otros en las lecciones, es muy alabado en la gracia de disputar adonde no poco ayuda y provecho haze su presencia. Comenzara presto á leer la ethica de aristotil adonde abra mas auditores que en las lecciones de teología; allende desto continuamos en predicar los dias de fiesta con mayor frequencia de auditorio y estudiantes que hastaquij demuestra hazerse fruto las muchas confesiones y comuniones, las quales de poco aca a tanto multiplicado la di-

vina bondad , que dizen muchos aver avjdo muy muchos años que aun entre estudiantes no avia quien confesase ni comulgase.

Allende desto renuncian todos los libros hereticos y de sospechosos autores y nos los traen, en lo qual hay muy gran pestilencia en alemania, como ya he escrito, porque todas las sciencias y artes inferiores muy tratadas de los hereticos tienen sus ponzoñas mezcladas y impíos exemplos para ynfisionar los estudiantes , por lo qual ponemos diligencia en que con publica autoridad se provea que nadie venda ni tenga libros sospechosos y que sean visitadas las publicas y particulares libreras de ciertas personas fidedignas para esto deputadas , sobre lo qual y sobre costumbres y usos depravados ya muy envejecidos emos dado cartas para las principales cabezas desta universidad, rogandoles que usando de su autoridad provean y socorran á estas enfermedades, las quales tocan en la Religion xpiana. y honestas costumbres, y perturban y distraen la derecha orden de los estudios; esperamos que ellos haran lo que devén conforme á su oficio, y nosotros no faltemos á lo que nos obliga el cargo de la Rectoría, en el qual cargo me delegaron y eligieron el mes de octubre, lo qual no pude rehusar, obligandome á Rezebir la carga la autoridad del R.^{do} p.^e claudio y la determinacion de v. r.^{da} p.^t y el parezer de los hermanos en Xpo. que comigo estaban despues de averlo encomendado mucho á nro. S.^{or}, en el qual cargo nos a favorecido mucho el S.^{or} por su bondad y gracia ; primeramente a sido servido su divina mag.^d que los profesores y maestros que antes estaban muy desconformes entre sí volviesen en paz y amor mediante nuestro oficio y cesasen las quotidianas injurias y publicas contiendas, gujandolo Dios N. S., autor de toda paz (allende desto se an desterrado de la universidad tres mancebos no de muy buen exemplo con graves penas para que no puedan tornar á ella , por cuya causa andaba muy abatido el culto de la honestdad de costumbres y doctrina , dizen que a sido muy gran provecho para todos los estudiantes) allende desto an dexado los profesores de leer libros hereticos en publico y en particular puestas penas para que de aquj adelante no se lean los sobredichos autores, procuraremos, como tengo escrito, que no pasen aca, puesta como esperamos fiel inquisicion para ello.

4.^o Como en el publico collegio de los estudiantes no ayunasen los dias que manda la sancta madre iglesia antes se quebrantan publicamente y con grande escandalo, esperamos que presto se remediará esta mala costumbre, así como se an remediado algunas otras malas costumbres y se remedian cada dia mas, porque es muy nuestro amigo el presidente de aquel collegio.

Por nro. consejo y por diligencia del R.^{do} p.^e claudio an alcanzado licencia los confesores principales de poder absolver de crimen de heregía, la qual licencia no tenjan antes, no sin mucho daño y peligro. Muchos eclesiasticos no rezaban las horas canonicas, emos procurado que vengan á rezar con nosotros para que aprendan la manera del rezar, y porque el uso del breviario romano nuevo les agradaba mucho les emos alcanzado licencia para rezarle del R.^{mo} legado del pontífice, y así perseveran cada dia en rezar las horas canonicas y en su vestir se traen honestamente.

Emos dado los exercicios de la primera semana á una persona la mas principal desta universidad, a hecho confesion general de toda su vida con muchas lagrimas y contricion, y con nuestro parecer y enseñamiento dixo la primera misa en nuestra yglesia sin ninguna pompa; uvo en aquella misa tan gran frequencia de comuniones, quanta nunca hasta ora a avido en esta universidad, lo qual edifico mucho, creo nos aprovechara mucho en el S.^{or} la amistad deste cavallero, porque le tienen todos mucho respeto.

Oy nos an dado cargo para que , juntamente con los profesores, hiziesemos algunas constituciones y editos acerca de las costumbres para proponerlas á los estudiantes plega á nro. S. ihuxpo. que nos de á entender y conocer lo que pertenece á la salud de nra. anima y de todos y conociendolo lo obremos con diligencia.. Solo esto quiero añadir que v. r. p.^t quiera rogar á nro. S.^{or} por el miserable estado de alemania juntamente con todos nuestros hermanos. de ingolstadio á 28 de dez.^e 1550.

Indigno y pequeño siervo en Xpo.,

PEDRO CANISIO.

LXX

P Nicolaus Lanoyus

P. Ignatio de Loyola.

Panormo, 31 Decembris 1550¹.

JHS[†]

Essendo il tempo di questi quattro mesi già decorso al suo termine, per sodisfare a la Sancta obedientia, scriveremo con brevità a V.^a R.^{da} Paternità sopra del frutto spiritual, che il Signore ha fatto in questa città di Palermo mediante l' opera dei servi suoi della Compagnia.

Dopo haver dato novo principio alli studii et ordine alle scuole, li lettori continuamente si sforzano con buona diligentia di ben amaestrar suoi discepoli, ciascheduno in sua facultà, ponendo sempre cura che tutti facino profitto nella scientia et nelli buoni costumi.

Il numero degli scolari è di incirca 300 e più², fra li quali non si ritrova alcuno che sia di vita scandalosa; di modo che per questa vigilantia si scacciano molti vitii dagli vitiosi in pocco tempo. Primeramente si leva il iurare et certi modi di biastemia et horrende parole, delle quali essendo la corrotta

¹ Has litteras habemus manu ipsius Patris de Lanoy subscriptas in duplice folio, cui in pristino Archivii ordine impositi fuerant numeri 81-82, nunc autem 12. Prior tantum tres paginas implent, et in quarta, in ea parte, quae post plicatum folium deforis eminet, haec ipse de Lanoy scripsit: *Quadrimestres. Di Palermo ult.^o di X.^{bre} 1550; et aliis: Q. Di Palermo del 50. ult.^o di Decemb.*

Est et exemplum in prima pagina duplicitis foliis, olim 79, nunc 10-13, in quo desideratur dies et subscriptio. Habet tamen in quarta pagina, et quidem manu ipsius Patris de Lanoy, haec: *Quad. Di Palermo; et alia manu: 1550.*

² Scripserat Patris de Lanoy librarius *incirca 300, fra più li quali...;* sed linea obducta delevit *più*. Polancus tamen, in exemplo, manu propria, supra 300 scripsit *e più*.

consuetudine tanto comune, non se ne fa scropolo di conscientia. In luogho di suoi soliti giuramenti hora dicono tutti *certo, certamente, veramente*, per confirmar la parola sua e far fede a quelli che non li vogliano credere. Ancora li altri vitii, enormi più di questi, si cancellano per il buon castigo dell'i mastri, li quali, senza rispetto di persona, castigano asperamente quelli che forse sarebbero accusati et sufficientemente infamati; et li insegnano la virtù et timor di Dio publicamente et privatamente nelli giorni de feste et de lavoro.

Molto li giova la confessione, che tutti fanno per special obbligo una volta ogni mese alli Sacerdoti nostri, benche parechi si confessano et communicano più spesso, alcuni ogni settimana colli nostri fratelli di casa, alcuni doi o tre volte al mese, et assai altri farebbono il medesimo se loro havessino età competente. Di questa bona et lodabile mutatione hanno dato testimonio li parenti loro, vedendo hora la modestia e santa compositione dei figlioli suoi oltra del solito. Onde facilmente si vede la differentia tra nostri scolari et li altri nell' andare, dico nel parlar et l'huomo esteriore; la qual cosa cognoscendo li huomini da bene, ringratiano Iddio di questo tanto gran beneficio, che concede il Signore a questa città per li servitori suoi della Compagnia, li quali chiama la gente della terra *li Padri Reverendi dello studio* o vero *dello Collegio*. Credo io che questa bona opinione, che hora tengano tam molti verso alli nostri, non sia cosa di pocca importanza, cioè che comincia il popolo ad intendere lo spirito et intentione della Compagnia, vedendo già per experientia alcune primitie et primi frutti in questo arbore.

La mutatione dalla prima casa nostra in questa seconda non si è fatta senza utilità spirituale; perche, havendo noi hora l' intrata nella chiesa di Sancto Antonio, si è offerita più comodità per predicar, confessar, etc., che inanzi nella cappella della Misericordia, molto stretta et scommoda a questi effetti. Queste domeniche passate del advento si cominciò dar principio alle prediche in Sancto Antonio, dove si sono ritrovati auditori competenti et gli è stata dichiarata la vocatione della Compagnia, il che ha mossa la gente a confessarsi et communicarsi, come ancora in altri luoghi si è fatto; et, continuandosi il predicar in questo luogho, va crescendo il auditorio. Nondimeno

nella detta cappella si dice messa ogni dì, et ancora si predica le domeniche e feste, per sodisfare alle divotione dell'i vicini nostri antichi, li quali ne hanno pregato che non l' abbandonas-simo del tutto. Oltra della predica in questi duoi luochi, si predica li giorni di domenica et di feste nelli hospitali, alle con-vertite; et dopo le prediche vanno li padri et fratelli per la terra et di fuora, cercando a fare qualche guadagno spirituale, essor-tando alla confessione et a far ben; e questo si fa con frutto, come per experientia si vede.

A questo Natal si sono confessati huomini et donne assai in Sancto Antonio, di modo che li sacerdoti nostri, che sono cin-que, col pastore, da alquanti giorni avanti al Natale et anchora nelle feste tutti sono stati occupati nel confessar. Onde si puó da questo buon principio sperare più gran cosa, multiplican-dosi li penitenti et frequentandosi la sancta communione se-condo il tempo.

Il Governatore et la città di Montreale hanno richiesto un predicatore dell'i nostri per le domeniche del advento passato, alla quale petitione si è satisfatto, et ne restano molto contenti, pregando che ne possino ottener uno per tutta la quaresima, et che la Compagnia li proveda in questo per sempre; ma non havendo noi'qua in Palermo per hora commodità, V. R. potrà pensar che cosa per l' avenir s' haverà da fare.

Il P. Mtro. Hieronimo Domenech, oltra delle opere di char-ità, nelle quali con gran zelo s' affatica ogni giorno nella corte appresso dal Signore Vicerè in molte maniere, legge alli Sacerdoti di Trappane tre volte o quattro la settimana, inse-gnandoli cose molto utili.

Fra altri frutti che si sono stati, uno è che un mercante grande lucchese, il quale, dopoi ha ver lasciato la spessa con-fessione, s' è ridotto a frequentarla, nella quale ora si ritrova quieto di conscientia, havendo disprezzato il mondo. Il medesimo ha fatto un altro mercante di Lipari¹ et fa di cont.^o²; et questo Natale ne ha menato alcuni di suo paese, li quali erano molto alieni di questa via, ma ora si ritrovano similmente

¹ Patris de Lanoy librarius scripsit *li parri*; sed recte, ni multum fallimur, positum a transumpti auctore *lipari*.

² Sic et litterae et earum exemplum, et legendum videtur continuo.

consolati nel Signore. L' uno di loro, figliuolo d' un gentiluomo, capitano, ha fatto una pace fra duoi nemici mortali per mezzo della confessione. Onde sia Dio benedetto *in saecula*.

Di Palermo, all' ultimo di Decembre 1550.

N. D LANOV.

LXXI

P. Bartholomaeus Hernandez
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 31 Decembris, 1550¹.

JHS[†]

Muy R.^{do} en C.^{to} Padre.

Gratia Domini N. Jesu Christi et consolatio S.^{ti} Spiritus sit semper nobiscum. Amen.

En la de los cuatro meses pasada di cuenta á V. P. del suceso que tuvieron los Padres, que fueron con el P. Doctor ² á visitar el obispado de Búrgos, y lo que el Señor se dignó de obrar por ellos en Medina y en Valladolid y otras partes. Lo que despues acá hay que avisar á V. P. es lo siguiente.

Estando los Padres allí en Valladolid esperando al P. Doctor, predicó el Maestro Juan Alvarez junto á las puertas de Palacio del Rey en una plaza, y gozaron bien de él mucha gente del mismo palacio, y en especial señoras, que de las ventanas le oían con grande atencion. Despues que hubo acabado el sermon, hablábbase mucho entre aquellas señoras de palacio de su sólida doctrina y devoción grande con que predicaba,

¹ Tota est manu Patris Hernandez, in folio duplice, n. olim 151, nunc 23 et 24.

² P. Doctor Michaël de Torres.

aunque decian ser harto mancebo. Hicieron él y el P. Bautista ¹ algunos más sermones, así en la plaza como en la cárcel, parroquias y hospitales, y en todos hubo grande concurso de gente y devocion no pequeña. A esta sazon llegó el P. Doctor Torres á Valladolid, y luego se partieron todos juntos para Búrgos, á donde, el mismo dia que llegaron, hizo el P. Bautista un sermon en la plaza mayor, á donde concurrió gran número de gente por admiracion, aunque despues, viendo su doctrina y espíritu, se admiraban mucho más y alababan al Señor. El P. Maestro Alvarez llegó á Búrgos mal dispuesto, de tal manera que, ni pudo por entonces predicar, ni despues acá lo ha hecho, porque le dura todavía la enfermedad. Otro dia por la mañana fué el P. Bautista á visitar la cárcel pública, y dijo misa y predicó á los presos, y quedaron tan presos del sermon, que con grandes ruegos le pedian les consolase muchas veces de aquella manera, y para esto le ofrecieron dineros, si los quisiese recibir.

Y como se extendiese ya la edificacion y odor bueno de los PP., llamaron de un monasterio de beatas, que se dice San Gil, al P. Hernando Alvarez del Aguila, para que entendiese en una disension grande y de mucho tiempo, que habia entre ellas; y así lo hizo, y confesólas á todas, y fué buen medio para efectuarse la paz y union entre todas. Y quedando ya todas confesadas y muy pacíficas, vino á él un sacerdote, conocido de aquella casa, muy alterado y lleno de enojo, diciéndole, que por qué habia entendido en aquel negocio sin le dar á él parte; y el P. Hernando Alvarez, viéndole tan enojado y turbado, con mucha paciencia le oyó, y despues se hincó de rodillas á sus pies y le pidió perdon, de lo cual el clérigo quedó muy espantado y confuso.

Acabado este negocio, parecióle al P. Doctor que, pues el Maestro Alvarez quedaba enfermo y con buen recaudo para su enfermedad, que se debian de ir los tres por el Obispado, y así se partió el P. Doctor por las Cinco Villas y Valdeazcari ²; y especialmente en cuatro lugares, donde tenian por costumbre

¹ P. Joannes Baptista Sanchez.

² *Vallis de Ascali scripsit Polanci librarius, Chron. t. II, pag. 109; sed, adjunctis omnibus bene perpensis, sermonem esse opinamur de Val de Escaray, dioecesis Buragensis, provinciae Lucroniensis (Logroño).*

de jurar muy excesivamente, dejó ordenada una cofradía intitulada al nombre de Jesus, donde todos los que entrasen no pudiesen jurar so cierta pena aplicada para limosnas, de lo cual tiene dada su Reverencia más larga cuenta á V. P.; y á la vuelta, que tornó por los mismos lugares, halló muchos cofrades y mucha enmienda en esto. Tambien entendió su Reverencia en hacer algunas paces por donde anduvo, y junto con esto procuraba de predicar en todos los lugares por donde iba, de lo cual todos quedaban muy edificados por el celo y caridad con que lo hacia.

Asimismo, en las partes por donde fueron el P. Hernando Alvarez y el P. Bautista, fué grande la edificacion que dejaron con sus sermones y comunicaciones: especialmente nos ha dicho aquí el Provisor de Salamanca (que es natural de aquella tierra) de una conversion de un sacerdote, que muy desordenadamente vivia ántes, y se tenia muy ruin opinion de su persona en aquel pueblo; y posando el P. Bautista en su casa y comunicandole, quedó tan edificado y recogido, que ha puesto en grande admiracion á muchos; y bien es de creer esto, porque ayer vino aquí á casa una persona de mucha manera á preguntar por el P. Bautista, para le rogar mucho y encargar que por amor de Nuestro Señor volviese por aquella tierra, porque haría grande fruto. Acabada su peregrinacion, se vinieron para Salamanca el P. Doctor y el P. Bautista y el P. Peñalosa ⁴, el cual habia quedado enfermo en Valladolid, quedando en Burgos á curar del Maestro Juan Alvarez el P. Hernando Alvarez de Aguilá.

Viniendo á la venida el P. Doctor con los demas por Medina del Campo, habló allí con un mercader principal, que se dice Rodrigo de Dueñas, el cual pidió al P. Doctor muy encarecidamente enviase dos Padres á aquella villa, para que predicasen y confesasen este Adviento; pues por ser feria, se haria tan gran fruto. No pudo dejar el P. Doctor de se lo conceder, y así fueron el P. Bautista y otro Padre para estar allí solamente quince dias, por la necesidad que de ellos habia aquí. Hemos sabido que es cosa maravillosa la edificacion y mocion grande,

⁴ PP. Michael de Torres, Joannes Baptista Sanchez et Melchior Pegnalosa (*Peñalosa*).

que hay en aquella villa con los sermones del P. Bautista, porque predica muchas veces en los cambios, que es en mitad de la feria de los negociantes, y donde concurren tantos mercaderes y [de] tan diversas partes: y como él empieza á predicar, todos cesan de sus negocios, y con mucho silencio y atencion acuden á oír; y es para alabar mucho al Señor ver la devocion y lágrimas que hay en sus sermones. En el primer sermon que hizo allí en los cambios, vino el Teniente de aquella villa, y estando predicando el P. Bautista, dijo al Padre que con él estaba, que le dijese que se abajase y se fuese á una iglesia, que allí le irían á oír, porque allí se harían muchos hurtos¹. Hallóse á la sazon un fraile Agustino, predicador, y tomando la voz por el Padre, le respondió que aquella era iglesia, pues era congregacion de fieles, y que era muy bien hecho, porque allí estaba más gente que cabría en dos iglesias; y á esta razon ayudaron otros muchos, de manera que el Teniente tuvo por bien de oír el sermon, y acabado de oír se fué muy pacífico sin hablar más palabra.

Demas de esto predicaba los domingos y fiestas en las parroquias; y con ser las mayores de la villa, era tanta la gente que concurria, que no era posible entrar en ellas despues de haber subido en el púlpito, y así se iba mucha gente por no caber en la iglesia. Quedaba la gente tan movida despues del sermon, que era cosa para mucho alabar al Señor.

Hicieron dos veces mensajeros al P. Doctor los mercaderes, pidiendo mucho que por amor de Nuestro Señor le alargasen la licencia, y así se la alargaron hasta el posterer dia de Pascua; y despues, ántes que se acabase esta licencia, hicieron otro mensajero, alegando las mismas razones y diciendo que lo pedian en nombre de todas las naciones que les alargasen la licencia hasta demediado Enero, que se acabaría la feria; y vista su grande instancia, se les alargó la licencia hasta el dia de los Reyes.

Predicó tambien en monasterios, así de frailes como de monjas. Hiciéreronse muchas amistades de personas principales por

¹ que *alli* le irían á oír, porque *alli* se harían muchos hurtos. Cave ne unum eumdemque locum hoc adverbio *alli* bis repetito designari putet. Sensus est: se *eo*, sc. in *templum*, ituros, quoniam ne plura furtæ *ibi*, in platea, concionis tempore fierent verendum erat.

medio de sus sermones; hubo mucha reformacion en algunas personas acerca de los trajes excesivos: predicó en la cárcel á los presos dos sermones. El P. que fué con él se ocupaba en tratar con los presos y sus negocios y en confesarlos, que tenian mucha necesidad de esto. Confesó ademas de esto á otras muchas personas, entre las cuales tuvo muchas confesiones generales de muchos años. Fueron muy importunados de los mercaderes que tomasen dineros, presentes y otras cosas; y nunca tomaron cosa ninguna. Posaron en un hospital, aunque fueron muy importunados del mercader Rodrigo de Dueñas, por cuya causa habian ido, y de otras personas, que se fuesen á su casa. Vinieron muchos mercaderes de T.^o¹, de Segovia y de Medina de Rioseco, á pedir con grande instancia que fuesen á su tierra á predicar; y un caballero de Tordesillas escribió una carta no á otra cosa pidiendo lo mismo. En particular lo ha pedido Rodrigo de Dueñas, encargando mucho que diésemos relacion á V. P. del gran fruto que en aquella villa se puede hacer, para que hubiese una casa en ella, como la hay en Valladolid, pues que allí concurre tanta gente las ferias; y ha prometido de dar la casa con todo lo necesario, aunque esto ántes de ahora lo daba él al P. Fabro, confesándose con él. Dió ahora de presente cierta limosna para libros y dice que quiere pagar alimentos aquí en Salamanca cada un año para un estudiante. Esto es lo que hasta aquí se ha sabido de lo de Medina del Campo.

Demas de esto están dos mercaderes mancebos, muy ricos, muy movidos á entrar en la Compañía, si los reciben. Creemos que vernán, acabada la feria, á hacer los ejercicios. Dos sacerdotes se determinaron allí luego para la Compañía; y aunque procuraron los Padres detenerlos hasta que ellos viniesen, todavía vino el uno de ellos luego. Está ahora en los ejercicios: parece muy buen sujeto, aunque no ha estudiado más que latin y esto sabe bien porque lo ha leido.

Otra cosa no se ofrece al presente de que poder avisar á V. P., más que en esta casa los ejercicios cotidianos siempre van en aumento por la bondad del Señor. Antes de Pascua, y la semana de Pascua, hubo tanto concurso de confesiones, que

se fueron muy muchos desconsolados por no se poder cumplir con todos.

El P. Doctor se partió el postrero dia de Pascua de Navidad para Oropesa á instancia del Conde de Oropesa ¹ y del Señor D. Antonio de Córdoba, que al presente está con él ². Ofrece el Conde una casa para la Compañía, y en otras dos partes tambien la ofrecen. Mandó el P. Doctor diese aviso á V. P. para que sobre ello mandase proveer; y si por allá hubiese gente, parece que se serviria mucho Nuestro Señor, el cual tenga por bien *mittere operarios suos in messem suam.*

De Salamanca, último de Diciembre de 1550.

Inútil hijo y siervo indigno de V. P.

BARTOLOMÉ HERNANDEZ.

Superscriptio. Al muy R.^{do} en Cristo N. Señor el P. Maestro Ignacio, Prepósito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu : 1550, Salamanca, B.^{me} hnz.

¹ Ferdinandus Alvarez de Toledo, Comes IV de Oropesa.

² Is mense Mayo anni 1552 Societatem ingressus est. V. *Cartas de San Ignacio*, t. iv, pag. 219, not. 2.

LXXII

P. Joannes Baptista Viola
 Patri Ignatio de Loyola.
 Parisiis, 3 Januarii, 1551 †

JHS.

De Paris á 3 de enero 1551.

La gracia y paz de n. s. ihu x.^o sea con nosotros. Amen.

Por la presente daré cuenta á V. P. de lo que en estos quattro meses acá se ha hecho.

Primeram.^{te} una señora muy devota nos dió cincuenta y dos coronas para comprar con ellas en parte segura diez libras francesas cada un año para nuestros estudiantes, lo qual no se ha podido hazer hasta ahora por no tener privilegio ².

Tres estudiantes hicieron exercicios; el uno entró en una Religion de los mínimos; el otro en San fran.^{co}; y el 3.^o se determinó á nra. Compañía, el qual es sacerdote de hasta 26 ó 27 años, el qual hubiera ya entrado, sino por estar empedido con ciertos negocios, los quales creo concluirá dentro de un año. Siguen á ihu x.^o n. s. con gran conocimiento de sus pecados, deixando todas las cosas.

Otros tres estudiantes muy viciosos se confesaron generalmente conmigo de sus pecados con muchas lágrimas, y perseveran confesándose y comulgando todas las fiestas, con tanta modestia y mutacion de vida que en su hábito y costumbres parecen estudiantes de nuestra Compañía.

¹ *Historia varia*, vol. 1, fol. 197. Haud dubium esse potest quin has litteras latine scripserit P. Viola; sed nos hanc tantum hispanicam earum versionem habemus, quam Roma in Hispaniam misit P. Polancus.

² Corona erat aureus aut argenteus nummus aequivalens libris (gallice olim *livres*, nunc *francs*) sex et quartae parti librae, sc., fr. 6, 25 c.

Un doctor theólogo, que hasta aquí nos ha sido muy contrario, y se maravillaba mucho de uno de los nuestros cómo había entrado en la Compañía, ahora dice ya que, bien mirado todo, no halla en la Compañía cosa que no dé muestra de vida sancta y apostólica.

Otro doctor theólogo respondió á otra persona, que había hecho los exercicios y deseaba entrar en la Compañía, demandándole su parecer, le dixo que no hallaba en esta Compañía cosa que poder contradezir, porque no era sino una verdadera senda de los apóstoles. De las quales cosas concibo grande esperanza que nro. S.or ihu xpo. los ha de compeler y volver de otro parecer.

La conversion del III.^{mo} Duque de gandía á nra. Compañía, la qual se dice públicam.^{te}, ha edificado á muchos y movido á muchos españoles á que sientan mejor de la Compañía que hasta aquí; espero en la misericordia del S.or que, pues el principio ha sido tal, que el suceso será mejor, porque el buen árbol da buen fruto ¹.

El P. Estrada es acá muy estimado entre los estudiantes flamencos, que moran en Paris, y dicen que en Lovayna alaban mucho sus sermones y virtudes ².

Un monje español, que ha predicado muchos años en España, y muchas veces contra la Compañía, reprehendiendo los exercicios y revocando á los que en ellos se querian exercitar, estorvándose, ha placido á su divina Mag.^d que ha venido á nuestras manos, y es tan amigo nuestro que nunca acaba de dezir de la Compañía; ha hecho los exercicios y confession general con muy gran fruto y aprovechamiento; hame prometido de restituir por cartas la fama que ha quitado á la Compañía, y que en viniendo á España, hará lo mismo en sus sermones. Dize que ántes nunca había sabido qué cosa era oracion ni rezar horas, ni qué cosa era estado de Religion; ahora cada dia revuelve el monesterio, amonestando á unos y á otros á confession y á comunión y á vivir religiosamente, y ha hecho que dos ó tres de sus monges se confiesen generalmente. Confiamos en la bondad del S.or que de Saulo se haya tornado Paulo.

¹ Gandiae Dux, Franciscus Borgia, jam a 1.^a Februarii 1548 Societati se *solemnibus votis adstrinxerat*; id tamen nulli, praeterquam paucis Sociis, ante annum 1550 innotuit.

² Vide supra. epistola LXVIII, not. 5, pag. 234.

En Paris está un monasterio de monjas, adonde me han llamado muchas veces para confesarlas; he ido alguna vez allá y enviándome algunos presentes, se los he tornado á enviar, para que conozcan que todo lo que hazemos es de gracia; y tornándomelos á enviar, no los rezebí; y así conocen claram.^{te} que solam.^{te} deseamos la salud de su ánima; y como viesen los monjes, que las solian confesar, que yo las confesaba, comenzaron á murmurar diciendo que los dexaban á ellos por confesarse con nosotros; y como se quexasen sobre esto á algunos de la ciudad, plugo á nro. S.^{or} que ántes respondiesen por nosotros, diciendo que los desta Compañía eran de buenas costumbres y vida; lo qual oyendo ellos, acordaron de abajar la cabeza y callar; lo qual todo pasó sin saber yo nada. Bien querrian aquellas monjas que las visitase muchas veces para consolarse en el S.^{or}; pero hay otras ocupaciones que lo impiden.

Murió aquí un varon muy docto, español, y rogándome ocho dias ántes que muriese que no le dexase, procuré que estuviesen siempre con él dos de los nuestros de dia y de noche, y despues de muerto procuré que se enterrase con grande honrra, llamando todos los estudiantes españoles, que habian en Paris; y desde entonces muchos dellos nos quedaron muy aficionados, y algunos se confiesan y comulgan en nuestras misas cada domingo desde entonces. Y el sobredicho defunto, estando ya quasi para espirar, me recomendó un su discípulo, el qual desde entonces está tan mudado que ya no habla sino de Dios, y huye de las compañías antiguas como del demonio.

Los estudiantes perseveran en confesar y comulgar, y el dia de Navidad comulgaron en las dos posteriores misas nuestras sesenta y tres, y los más dellos están bien con la Compañía.

Ya he escrito por otras el número de los que somos, que son al presente 14, sin los servidores.

No hay más que escrevir sino que rogamos á V. P. se acuerde de nosotros en sus oraciones.

De Paris á 3 de Enero de 1551.

Indigno hijo en ihu x.^o de V. R.

JOAN BAP.^{TA} VIOLA.

In folio 198 v.^o: De Paris, 3 de Enero 1551.

LXXIII

P. Maximilianus Chapelle
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 5 Januarii, 1551¹.

IHS[†]

Admodum Reverende in Christo Pater.

Gratia et pax Domini Jesu Christi et communicatio Spiritus
Sancti semper sit nobiscum. Amen.

Per postremam epistolam eorum, quae quarto quoque mense scribi solent, certiores reddidi Paternitatem tuam de suscepta visitatione Burgensis dioecesis, jamque narratum est quid in itinere Vallisoletum usque, Christo auspice, peregerint Patres ii, quos sibi comites et adjutores adscivit P. Doctor Torres. Quid autem postea successerit, nunc narrabo.

Interea dum fratres nostri Doctorem Vallisoleti praestolarentur, Magister Alvarez concionem habuit juxta valvas domus regiae in area satis ampla, quem magna attentione audierunt, non ii solum qui illuc concionis gratia confluxerant, verum etiam aulici non pauci ac foeminae, quamvis claritate nobiles, de fenestris prospicientes: finita concione, matronae illae et pleisque alii admirabundi colloquebantur de solida ejus doctrina ac fervoris vehementia, tametsi aetate juvenis esset. Aliquot aliquos sermones habuit ipse, et P. Baptista, tam in plateis publicis quam in carceribus, xenodochiis ac monasteriis, ubi semper fuit auditorum numerosa multitudo, et in eis ingens pietatis ac devotionis affectus.

¹ Autographa in duplo folio, cui olim nn. 434 et 435, nunc vero 66 et 67.—Aliud non est, ut legenti facile patebit, quam latina versio, paucis mutatis et additis, litterarum, quas a Patre Bartholomeo Hernandez subscriptas deditimus supra, n. LXXI, pag. 248.

Cum haec agerentur, advenit P. Doctor, qui una cum fratribus illico Burgos profisciscitur; quo cum pervenissent, eodem die Baptista in platea publica, eaque amplissima, praecomen agens evangelicum, verbum Dei praedicavit; ad cujus vocem plurimi rei novitate attoniti subito concurrerunt; etsi postmodum, cognita ejus doctrina et spiritus abundantia, vehementius demirarentur, Deum in eo laudantes ac benedicentes: Magister autem Alvarez, propter adversam corporis valetudinem, nec tunc nec postea praedicavit; nondum etenim, nec jam quidem, ab infirmitate convaluit. Mane subsequentis diei invisit Baptista eos qui carcere inclusi tenebantur, quibus et rem divinam fecit, et verbum divinum evangelizavit. Eo sermone summopere sunt consolati, obnixe rogantes ut frequenti ejusmodi exhortatione eos solaretur et animaret, quod ut faceret ultro nummos offerebant. Paulatim autem, se diffundente notitia et fragranti odore Patrum, accersitus est P. Ferdinandus Alvarez a quadam coenobio religiosarum, quod D. Aegidio est consecratum, ut eas a multo tempore magna inter se simultate ac discordia dissidentes, mutuae pacis vinculo ac spiritus unitate conjungeret; quod et effecit, auxiliante Deo, easque omnes, praevia peccatorum confessione, Christo Domino reconciliavit. Tam pii operis fructum statim praesensit christianaе charitatis ac pacis hostis invidus. Ipsiis enim jam Deo suo sibique invicem plene reconciliatis, ecce de improviso sacrificus quidam, illius coenobii admodum familiaris, ira percitus, adiit Ferdinandum Alvarez cumque sic compellat: Cur isti negotio, me inscio atque inconsulto, intersetis auctoritatem tuam? nonne decuerat super hac re prius me consulere? P. Alvarez, cernens hominem perturbatione commotum, cum summa animi modestia et patientia primo audit increpantem; deinde, ad genua provolutus, veniam humillime postulat; quo viso, alter obstupefactus redditur, et Patris humilitate suique ipsius temeritate plane confusus, mitescit. His ita peractis, P. Doctor expedire judicavit si inde in diversos pagos et oppida illius dioecesis dispergirentur. Prius tamen quam id fieret, curam et salutem magistri Joannis Alvarez viro cuidam probato, nostraeque Societati deditissimo, commisit atque commendavit. Itaque P. Doctor tendit ad pagos et oppida quae sibi sorte obtigerant, ea visitaturus et, si qua ratione posset, vitia correcturus, opitulante Dominō, in quorum quatuor,

abi jurandi et pejerandi detestanda consuetudo inoleverat, sodalitium instituit, nomine Jesu insignitum, cuius lex et conditio fuit ne quis sodalium juret, sub mulcta certae pecuniae pauperibus erogandae. Nec hoc inane fuit aut inutile, siquidem in redditu, iter faciens per eosdem pagos, multos reperit dicti sodalitii socios et confratres fructumque non poenitendum. Sed de hac re scripsit ipse ad P. tuam. Praeter haec, in omnibus pagis per quos transibat, dabat operam reconciliandis inimicis, ejusmodique aliis misericordiae operibus; et, sicubi opportunitas daretur, aut publice concionabatur aut privatis sermonibus ad religionis cultum exhortabatur; ubique magna fuit hominum admiratio et aedificatio, quod haec tam sincere tamque ardenti zelo animarum tractarentur. Ubi cumque etiam fuerunt Ferdinandus Alvarez et Baptista, suavem fragrantiam et sui vehementis desiderium reliquerunt, fructumque copiosum retulerunt ex sua conversatione, doctrina et vitae exemplo. Narravit nobis Pro-episcopus salmanticensis (quem vulgo Provisorem appellamus), natione burgensis, quemdam illius regionis sacerdotem qui, ob vitam dishonestam suaque professione omnino indignam, admodum male audiebat apud suos, consortio et adhortationibus Patris Baptista, quem in aedibus suis hospitio exceperat, adeo resipuisse, ut omnes stuperent admirantes in mutationem dexterae Dei excelsi. Hinc etiam, paucis abhinc diebus, venit ad nos quidam qui percunctaretur de P. Baptista ubinam esset, et quid ageret etc., obnixe rogans et obsecrans, per charitatem qua nos dilexit Dominus, ut ad illam regionem revertenteretur, asserens terram illam maximum emolumentum percepturam ex ejus doctrina et vitae conversatione. Peracta peregrinatione sua, Salmanticam redeunt P. Doctor, Baptista, et Peñalosa, qui propter corporis infirmitatem non fuit comes dictae peregrinationis, sed Vallisoleti remanserat gratia confirmandae valetudinis. Magister autem Alvarez, adhuc aegrotus, Burgis relictus, et cum eo Ferdinandus Alvarez. Revertentes autem per Methymnam, convenit Doctor noster Rodericum de Dueñas, mercatorem opulentissimum et in his regionibus perquam celebrem, qui multis precibus petuit a Doctore ut duos ex nostris mitteret Methymnam qui, in Adventu Domini, quod tempus est nundinarum Methymnensium, et evangelium regni praedicarent et peccatorum confessionibus audiendis intende-

rent, affirmans rem publicam christianam magnam utilitatem inde reportaturam, quod quidem ad has nundinas plurimi confluunt ex tota Hispania. P. Doctor, precibus et rationibus convictus, non potuit negare quod ille tam pio affectu poposcerat: mittitur ergo P. Baptista et alter cum eo, ea tamen conditione, ut post quindecim dies statim domum redirent; erat enim tunc domi nostrae penuria sacerdotum et finis jubilaei propinquabat, quo maxime opus erat copia sacerdotum. Postea cognovimus rem esse sane dignam admiratione videre gentem illam methymnensem, quanto pietatis ac devotionis affectu accensa sit quamque commota ex sermonibus Baptistae; frequenter namque praedicat in platea, in qua nummularii, quos campsores vel banquarios nuncupamus, suas exercent negotiations, ubi semper solet esse maxima turba hominum cujuscumque status et conditionis, praesertim mercatorum, ex diversissimis plerumque nationibus. Hi ad vocem sermonis P. Baptiste, cunctis negotiis, contractibus, litibus et officiis intermissis, accurrunt, et magno silentio atque attentione audiunt praedicantem verbum Dei, idque non raro cum altis suspiriis et abundantia lacrymarum effusione. Primae concioni habitae apud illos nummularios adfuit vicepraetor methymnensis qui, nondum adhuc finito sermone, alloquitur socium P. Baptiste, admonetque eum ut jubeat concionatorem ab inchoato sermone desistere, asseverans locum illum minime idoneum esse publicis concionibus, insuper adjiciens ansam praeberi furibus surripiendi aliena. Sed si velit verbum Dei annunciare, eat, inquit, in ecclesiis. Hoc audiens religiosus quidam ordinis Divi Augustini, praeveniens responsionem fratris nostri, contendit in eo loco ecclesiam esse, cum ibi sit tam numerosa multitudo fidelium in nomine Jesu congregata, ac proinde rectissime factum esse quod ibidem regnum Dei publice praedicetur; praesertim cum templum, quantumlibet amplum, capax esse non possit tantae multitudinis: non defuerunt qui illico exsurerent adversus praetorem, partes monachi defendantes. Factum est tandem ut, imposito ei silentio, placidus totam audiret concionem; postea vero ne verbum quidem de hac re proferre visus est. Praeter has conciones, diebus quoque dominicis ac festis praedicabat in ecclesiis potissimum ejus oppidi, quae, etsi amplae admodum videantur, tantus tamen erat concursus ut, postquam in suggestum ascen-

disset, nullo pacto pateret introitus in ecclesiam atque ideo multi abibant. In omnibus concionibus magna semper fuit populi devotione et animarum vehemens commotio. Bis a mercatoribus missi sunt nuncii ad Doctorem ut concessa facultas prorogaretur.

Ad preces igitur eorum, primo quidem prorogatur usque ad diem festum Sanctorum Innocentium; sed nec hac concessione contenti, instantे temporis termino praeferito, mittunt alterum nuncium, importunis precibus postulantes ut fratres nostri Methymna non discederent ante decimum quintum diem mensis Januarii; tunc enim finem accipiunt nundinae methymnenses; sicque, perspecto tam pio ipsorum desiderio, quo hanc sibi gratiam concedi nomine omnium nationum (ut ajebant) poposcerant, tempus eis usque ad Epiphaniam Domini donatum est. Concessiones etiam habitae sunt in monasteriis tam religiosorum quam religiosarum: multae quoque inimicitiae, lites ac discordiae sublatae sunt. Admiranda denique facta est immutatio ac reformatio vitae, etiam in externis, circa immodicum luxum vestimentorum. Alter P., datus Baptistae in socium, operam impendebat consolandis carcere detentis, eorum confessionibus audiendis, eorumdemque litibus ac negotiis finiendis. Aliorum etiam complurium confessiones audivit, nec paucas generales totius suae vitae anteactae, quorum nonnulli erant, qui a multis annis confessi non fuerant. Saepe rogati sunt a mercatoribus ut nummos vel quidvis aliud acciperent; at semper renuerunt: unde et toto illo tempore in hospitali pauperum diversati sunt, tametsi Rodericus de Dueñas, cuius gratia eo venerant, et plerique alii mercatores, conati sint eos ad aedes suas pertrahere. Multi mercatores toletani, segovienses et methymnenses de Ruyseco¹, vehementi affecti desiderio petierunt in suam patriam mitti concionatores Societatis nostrae: idem petiit eques generosus oppidi Tordesillas appellati, et in eum finem scripsit epistolam ad P. Baptistam. Potissime id postulavit Rodericus de Dueñas plurimum obsecrans, et toto quo potest pondere nostram onerans conscientiam, ut certiorem faciamus Paternitatem tuam de ubere fructu qui percipi poterit, si in oppido methymnensi domus exstruatur religioni nostrae,

¹ *methymnenses de Ruyseco*, id est, a Methymna de Rioseco, ut supra, pag. 252.

quum, tempore nundinarum, eo concursus fiat e tot tamque longinquis regionibus. Pollicetur se daturum domum, caeteraque omnia ad victum necessaria suppeditaturum, quod et quondam obtulit Patri Fabro, cui solebat confiteri. Largitus est nobis his diebus certam pecuniæ summam ad emendos libros, aitque se velle sumptibus suis alere scholarem Societatis nostræ in Universitate salmanticensi. Haec sunt, quae hactenus cognovimus, de iis quae gesta sunt in oppido methymnensi. Praeter haec tamen omnia, scribendum restat duos esse juvenes mercatores, multarum possessionum, paratos omnia relinquere propter Christum et ingredi religionem nostram. Si admittantur, arbitramur eos huc venturos post nundinas, ut domi nostræ diebus aliquot in spiritualibus exerceantur. Duo itidem sacerdotes methymnenses, cum primum eo advenerunt Patres, totos se Societati dedicarunt; et licet eos ibi detinere conarentur donec Salmanticam redirent, alter tamen, morae impatiens, illico ad nos venit. Ei nunc traduntur exercitia: juvenis est natus annos circiter 27, bonae ut appareat indolis: etsi grammaticam dumtaxat didicerit, sed studiose, quod eam postea docuit. Nihil aliud in praesentia scribendum occurrit quam quod exercitia quotidiana, ut puta confessiones, communiones et communicationes caeteraque hujusmodi, in dies, auctore Deo, promoventur in melius. Paucis diebus ante Natalem Domini tantus fuit concursus ad confessiones, ut non potuerit omnibus satisfieri, unde et plurimi tristes ac desolati alio ire coacti sunt. P. Doctor die Sanctorum Innocentium profectus est ad oppidum quod dicitur Oropesa, id contendente Comite de Oropesa et Domino Antonio de Corduba, qui jam est cum Comite. Offert Comes domum Societati: in duobus aliis locis idem offertur. Injunxit P. Doctor ut hujus rei P. T. certiore faceremus, quo cognoscamus quid P. T. hac in re fieri praecipiat. Si isthic superessent qui huc mitterentur, minime otiosi forent in vinea Domini; quem precor ut mittere dignetur operarios in messem suam. Amen.

Salmanticae, nonis Januarii anni 1551.

Minimus filius P. tuae

MAXIMILIANUS A CAPELLA.

Superscriptio. Perquam R.^{do} in Christo Patri, P. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

LXXIV

P. Hieronymus Natalis
 Patri Ignatio de Loyola.
 Messana, 6 Januarii 1551^{1.}



Gratia et pax D. N. Jesu Xpi. sit semper, confirmetur et augeatur in cordibus nostris. Amen.

Gratias ago Deo et Patri D.ⁱ n.ⁱ Jesu Christi quod dulcis est nobis semper spiritus sanctae obedientiae. Illud tamen animum nostrum solicitat, ubi 4.^o mense scribendum est, quod quoquo-versus oculos injicimus atque nostras actiones animadvertisimus, Jesu bone, quantum inertiae est, quantum somnolentiae et sterilitatis ubique! Itaque pudet nos, Pater in X.^o Jesu observandiss.^e, pudet, inquam, vitae nostrae, ac nichil est aliud fere quod consoletur nostrum bonae voluntatis animum, nisi quod spe melioris fructus in Christo superioris temporis poenitentia desiderium nostrum exacuit, atque propositum vitae totius innovandae accedit.

Ad scholas nostras fere nichil est, quod his 4 mensibus praeter superiorum temporum consuetudinem accesserit, praeter quam quod in quarta classe, in qua enarrantur litterae humaniiores, constitui ut graeca latinis conjungerentur. Itaque enarrat magister Annibal² Homerum et Virgilium, Aristophanem et T. Livium, alternis diebus binos, magna cum utilitate auditorum. Studia autem omnia feliciter et auditoribus cedunt et praeceptoribus. Observantur consuetudines piae, jam inde a princi-

¹ *Historia varia*, vol. I, fol. 201-203.

² Annibal de Coudreto.

pio constitutae, ut singulis mensibus omnes auditores peccata confiteantur, diebus veneris audiant doctrinam christianam, ad conciones praesto sint nostras diebus omnibus dominicis et festis, piis colloquiis a vitiis absterreantur et ad virtutes pietatemque inducantur.

Itaque cum in aliis omnibus fructus spiritualis non vulgaris agnoscitur, tum vero ille est praeclarissimus, quod nullus fere est in omnibus classibus, qui parum vel ingenio excellat vel spiritu, qui idem non propense ad Societatem feratur, enixeque oret a nobis recipi; nostrum tamen consilium est hoc tempore animos eorum alere ac fovere spiritum, donec maturiores ac probatores fiant, et nos magis parati ut illos in probationis domum accipere possimus.

Quae ad nostrum collegium ac probationis domum attinent, hujusmodi sunt, Christi Jesu benignitate ac gratia, ut animum nostrum quotidiana alant jucunditate. Ita foveat nos Dominus praeclarissimo illo spiritu, quem gratificatus est Societati suae abunde, ut facile in illius luminis et gratiae illustratione omnia nobis suppetant, et confirment quae ad religionem Societatis spectant et ad perfectionem obedientiae sacrosanctae.

Oratio majori sensu exercetur et fructu. Ad ea, quae superioribus litteris scripsimus, hoc etiam accessit, ut quotquot sunt in domo probationis juvenes, quotquot in collegio novitii, illi quidem magistro probationis quotidie ad vesperum rationem explicit ac reddant diurnae conversationis sua, hi vero magistro novitiorum; qua in re tanta comparatur animorum pax et tranquillitas, ut summum in ea cura praesidium constitutum esse videatur eorum qui lacte etiamdum alendi sunt. Illud vero non omittam de domo probationis, tantam jam illi domui auctoritatem apud civitatem, X.ⁱ gratia, conciliatam, tantam charitatem omnium ordinum, ut margarita quaedam existimetur civitatis videre juvenes in media patria velut in eremo versari, orationi, carnis mortificationi, obedientiae ac studiis litterarum attentissime summaque cum animi hilaritate deditos, ut nos non raro nostrae conversationis pudeat; adeone ignavos esse nos, a pueris, necdum quidem tyronibus, ut vincamur, qui (si tempus spectetur) veteranos praestare debuimus? Sed hoc nobis victoriae loco est, in X.^o Jesu, si a pueris in hac palaestra vincamur, modo nostram ipsi inertiam semper enitamur superare.

Sunt in domo probationis juvenes undecim, praeter magistrum probationis et alios duos e probatioribus. Ex his sex in humanioribus litteris diligenter exercentur graece et latine; quinque, in superiori classe grammatices, in gravioribus hujus artis praeceptis operam suam collocant. Sunt hi omnes spei maximae, in quibus non mediocriter parentes mirantur ac cognati, et usque ad animi sui offenditionem, quod tam facile tam gnaviter animum ab eorum carnalis affectus sensu averterint; et hae solent esse apud nos frequenter illorum quaerimoniae, minus quam oportet se observari a filiis, pietatem in parentes neglegi. Id nos quidem certe in pueris boni consulimus, quod ex sensu spiritualis cognitionis proficiisci videmus, non neglectu necessariae in parentes pietatis. In parentibus miseremur quod veram necessitudinem non agnoscant nec quaerant, tametsi atente et studiose operam dant pueri ut, e carnalibus parentibus, spirituales sibi filios generent piis colloquiis, in quibus non vulgarem jam vidimus successum. Augeat nos Christus Jesus rerum spiritualium copia. Numero quidem sumus 33.

Sed de his hactenus. In fructu vero animarum et proventu exercitiorum spiritualium, tum ex sacris concionibus, tum ex lectionibus Evangelii ac Psalmorum, et sacramentorum confessionis et sacrosanctae Eucharistiae ministerio, piscatione¹, meditationibus spiritualibus ac colloquiis effundi videtur magis ac magis in dies Domini misericordia ac benignitas; sunt enim frequentiores conciones quam fuerint unquam, excrescit numerus confessionum ac communionum. Observavimus enim non his solum 4 mensibus, sed postquam in hanc urbem venit Societas, fuisse in dies maiorem numerum eorum, qui confessionem frequentant et communionem. Unde magna in civitate cognitio spiritualis vitae comparatur, non mediocris innovatio animorum. Qua in re nescio an illud quoque mysterium habeat. Nam accipiunt verbum, spiritum agnoscunt mulieres quidem omnium ordinum, plebeiae scilicet et nobiles; accipiunt confertim et plebeji homines; ex primoribus autem vel etiam nobilibus pauci fructum capiunt, ut videri possit simile primordiis fidei et Ecclesiae. Haec cum ita sint, omnium tamen illa vox est: semper pascha apud D. Nicolai est; non eramus, antequam hi Patres

¹ Vide infra in hac ipsa epistola, pag. 268, et alibi saepius in his epistolis.

venirent, christiani; pestis solebat postliminio civitatem hanc adoriri ac vastare atrocissime; horum Patrum adventu credimus depulsam.

Hic vero fructus non in nostro solum templo provenit, sed ad exemplum nostrum in omnibus fere ecclesiis confitentur ac communicant, si non singulis dominicis, certe in festis primariis. Sunt frequentes generales confessiones, in quibus summum fructum experimur, ita ut vix homo idem agnoscatur post generalē confessionem et paucas communiones. Adeo totus alius est. Faxit Christus ut plures habeamus operarios confessores; sperramus fore ut non ad 300 tantum numerus excrescat communicantium, qui numerus fuit his Natalitiis, major certe quam pro numero sacerdotum, qui hic 4 tantum sumus, sed incredibilem quamdam speramus copiam ac magnitudinem benignitatis et gratiae Domini in hac civitate. Haec fere sunt quae de beneficiis Domini in hac congregatione dicenda succurrunt: nunc vero nonnulla attingam quae, etsi in superioribus contineantur, tamen nominatim commemorata majorem in modum animum ad Dei gloriam erigunt.

Est vir quidam nobilis, qui jam 20 fere annos concubinam domi habuerat impune, obstinate atque adeo abjecte perditus; hic Dei gratia primum est eo perductus, ut illam uxorem duceret, dehinc ad generalē confessionem; nunc frequenter et confitetur et communicat, totus et animi et vultus hilaritate novus. E plebejis praeterea 4 concubinarii 8 annorum, unus 12, mulier una concubina sacerdotis 13 annorum; omnes hi, depulso jugo Sathanae, ad melioris vitae frugem divino auxilio redacti sunt. Praeterea cum alioqui frequentes veniant ad confessionem, jam a multis annis, variis diaboli machinamentis non confessi, in his tamen tres eximiam Domini gratiam sunt experti. Unus, qui tres aut 4 annos, daemone plenus, per diversas regiones quaesivit inimicum, ut necem fratris in illius caede ulcisceretur. Alius totos annos 15 exercuit capitales inimicitias. Tertius totos 30 annos nunquam (nisi semel) confessus fuerat. Magna spiritus est exultatio in X.^o Jesu tam multas videre miserrimas animas tam aperte a draconis faucibus liberari. Quinque virgines in monasteria virginum ingressae sunt, X.^o Jesu sponso suam et virginitatem et vitam devovere proponentes. In his, cum gratia Domini, adhibetur a nobis magna spiritus examinatio, antequam

carum consilium probemus. Ita fit fere ut victi etiam ipsi parentes earum animi propositum boni consulant.

Mulier una, 14 annos a daemone obsessa, liberata est, ac magna devotione et spiritus libertate Domino famulatur. Item alia, quam diabolus 3 annos obsederat. Nec mirum; haec enim regio in valle daemonum sita, et plenissima daemonum est¹. Opus praeterea obtulit nobis Dominus proximis diebus, de quo ne in genere quidem scribere licet; fructum tantum ejus dicam; ejusmodi enim est, quo caedes 7 hominum, furtum vero pessimum 15 aut 20 millium aureorum vitatur.

Hoc anno magna est annonae caritas in hac insula, alioqui feracissima, et pauperes extremam patiuntur inopiam. Dedimus operam his 4 mensibus ut eleemosynae colligerentur, tum a patribus² juratis tum ab aliis, quibus aliquod subsidium pauperibus esset paratum. Eas tamen eleemosynas nos non attingimus nec distribuimus, sed eam curam esse voluimus duorum Messanensium, qui et omnes pauperes nosse possint, et vacet illos perquirere (nam eleemosyna solum pauperibus, quibus aliunde spes nulla est, dispensatur), et qui alioqui publice probati homines habentur. Res est et boni exempli et fructus non modici.

In expeditione Aphricana, cum jam Aphrodisium expugnasset Pro-rex, Panormi mortuus est filius primogenitus, regno ab eo praefectus discedente. Placuit juratis ac civitati ut ego suo nomine Pro-regem viserem. Jucundus ei fuit adventus meus. Itaque cum jurati 5 in exilio essent, trium quidem liberationem ego impetravi, duorum commutationem exilii, ut longe commodius habitarent et proprius Messanam, quod civitati et publice et privatum pergratum fuit.

Societatis in hac civitate tanta est existimatio et authoritas in X.^o Jesu, ut fere omnia, quae ad conscientiam attinent vel spiritum, ad nos referantur; frequentissime enim de variis rebus consulimur, idque adeo, ut nostra hac authoritate abutantur nonnulli, si quid velint confirmare vel excusare. Accidit etiam

¹ "Quod autem de multis obsessis a daemone superius facta sit mentio, minus mirandum Rectori Collegii Messanensis videbatur, cum Messana in valle, cui Daemonum nomen, sita sit, nec procul ab aliquo ore inferni, prout Sanctorum aliqui magnae auctoritatis asseruerunt." POLANCUS, *Chron.*, t. II, pag. 543, ann. 1552, n. 312.

² Abbreviatum vocabulum est in mss. hoc modo *patribus*, quod fere semper pro *patribus* est.

his diebus ut, nostro nomine interposito , gravissime deterreretur ab adulterio vir quidam nobilis, nobis insciis.

Omiseram illud, ex quo multi juvantur obdurati peccatores; habemus aliquot e veteranis nostris devotis, saeculares homines; hi solicite piscantur, et subinde grandes adducunt pisces veteratos seu peccatores ad confessionem.

Haec sunt, Pater in X.^o observandiss.^e, quae his 4 mensibus habuimus scribenda. Certo scimus deesse nos gratiae, quae per orationes P. V. offertur nobis a Domino, et in his ipsis, quae narramus, agnoscit P. V. voluntatem quidem bonam atque avidam recte agendi, caeterum nos esse servos inutiles plane et inertes. Faxit X.^s Jesus ut peracti temporis inutilitatem et inertiam jam primum tandem incipiamus resarcire, et germanum Societatis spiritum cordibus nostris penitus imprimere, et actionibus nostris exprimere, ad laudem et gloriam Dei et D. N. Jesu Christi et multarum animarum salutem. Amen.

Messanae , 6.^a Januarii 1551.

P. V. R.

Servus in Christo

HIERONYMUS NATALIS.

*In folio 203 v.^o scripsit Polancus: 1550, Ex Messana,
6 Jan.—C.*

LXXV

P. Hieronymus Domenech
 Patri Ignatio de Loyola.
 Panormo, 10 Februarii 1551^{1.}

IHS[†]

Muy R.^{do} en Cristo Padre.

La gracia y paz de Cristo Nuestro Señor sea siempre en nuestras ánimas.

De Trápana escribí á V. R. con Maestro Horacio, que llevó el presente del Virey á su Santidad, y le dí aviso de la determinacion, que había hecho Su Excelencia, de mi partida para Valencia, por la ocasion que se había ofrecido para la dicha determinacion. Despues de estas cartas, habiendo esperado tres ó cuatro dias un despacho del Virey, me vine á Palermo para entretanto que venia la nao de Mesina, que va á España, entender en concluir algunos negocios del colegio; y así llegué á 15 del pasado, y hallé al P. Ministro² en principio de una enfermedad, la cual, aunque él queria resistir y disimular, ha prevalecido, y le agravó tanto que los médicos finalmente estaban con mucho temor de su vida, hallando señales de muerte. Ha placido pero³ á Nuestro Señor dejárnosle acá y darle la salud, cual todos mucho deseábamos y se la suplicábamos, y así ya por gracia de Nuestro Señor se levanta y no le falta otro sino cobrar un poco de más fuerzas; y así por esta causa como por los negocios en los

^{1.} In folio duplo, cui olim erant numeri 354 et 365, nunc autem 26 et 27. Tota epistola autographa est manu ipsius P. Hieronymi Domenech et servat adhuc, in quarta pagina, cerae rubrae particulas cui impressum fuit sigillum: unde certum videtur hanc fuisse ad Ignatium missam, licet dum eam plicavit et obsignavit Domenechus, nomen suum subscribere fuerit oblitus.

^{2.} Michaël Botellus.

^{3.} Pero significat hic tamen.

cuales he entendido este tiempo, parece que fué ordenada mi venida por acá de Nuestro Señor. El se sirva de todo por su infinita bondad y misericordia.

En este tiempo se ha entendido en ordenar una casa, que habiamos tomado junto con la nuestra, y dos estancias de abajo de la nuestra para escuelas; y así se ha fabricado un poco en las dichas escuelas, y dentro de tres ó cuatro dias esperamos que se acabará, y, placiendo á N. Señor, se pasarán las escuelas junto á nosotros; que estando apartadas, como estaban, era trabajo, y no se podia cumplir tan bien con los estudiantes, como se espera se podrá acá con la ayuda de Nuestro Señor.

Hase publicado tambien el contrato del acuerdo entre el cabildo de los canónigos y el colegio sobre el uso de la iglesia de S. Antonio, y así habemos abierto ya una puerta de nuestro aposento, que viene á dar á la puerta de la iglesia; y para aprovecharse de dicha iglesia está el colegio muy cómodo. Y finalmente el colegio y las escuelas están bien colocadas, así por la comodidad de la iglesia muy buena, como por estar en el mejor de la ciudad.

Maestro Pedro de Rivadeneira continua sus prédicas los domingos y fiestas en dicha iglesia, y por gracia de N. Señor lo hace con satisfaccion de muchos y da buena esperanza de sí. Quisieran algunos gentileshombres que predicara cada dia esta cuaresma; mas por no ser él ejercitado en este oficio, y no ayudarle mucho las fuerzas para tanto trabajo, y tambien porque importa mucho la clase que él tiene, cual era forzado dejar habiendo de predicar cada dia, nos ha parecido que no convenia; y así seguirá los domingos y fiestas solamente, y con esto que solamente lee despues de comer, y á la mañana en su lugar Maestro Rogerio¹, para que tenga más comodidad de estudiar sus prédicas y no tenga tanto trabajo.

Acerca de los negocios que acá yo he tratado, yo truje cartas del Virey para un principal doctor de acá y otros, para que se entendiese en las cosas del Regente², las cuales por el órden que dejó la Vireina, que sea en gloria³, están á cargo del cole-

¹ Joannes Rogerius.

² Ludovicus Sanchez. Vide POLANCO, *Chron.*, t. n, an. 1550, n. 83, pag. 41.

³ Eleonora de Osorio, Siciliae Pro-regina, obierat dominica die palmarum, 30 Martii praecedentis anni 1550.

gio, habiéndole ella nombrado por heredero en su lugar de la hacienda de dicho Regente; y estaban las cosas algun tanto confusas por algunas mandas, que ha dejado en su testamento el dicho Regente, y así se ha habido no poco trabajo en aclararlas; y con la ayuda de Nuestro Señor espero que dentro de tres ó cuatro dias se habrá la conclusion de todo, y que quedará muy claro y en buenos términos, para que estos hermanos no tengan más trabajo ni cuidado en ello.

Se ha tambien entendido en vender las dos casas que ha dejado el Regente por medio de la Vireina al Colegio. De la una nos dan tres mil y quinientos escudos, y de la otra pienso que nos darán dos mil y quinientos. Podrá ser que ántes de partirme se concluya esta vándita, y que se dé órden que de dichos dineros se compre renta, como es la voluntad de la Vireina en su testamento; de la cual renta cien onzas limpias, que son doscientos y cincuenta escudos, han de quedar al colegio de renta, y treinta onzas se han de dar á los huérfanos; y si más renta fuese, ha de ser para el colegio; de modo que por lo ménos de este legado tiene cien onzas. Más adelante, de los dineros de las bulas¹ se mercarán veinte onzas de renta; y aunque de aquellos dineros se podia mercar más renta, se ha tomado parte de ellos para la spesa² del colegio para que no se viese en necesidad. De modo que, así de los dineros de las bulas, como de otros que quedan de la herencia del Regente, pienso dejarles á mi partida cien onzas para expender. Tambien despues de la muerte de ciertas monjas, hermanas del Regente, vienen al colegio veinticinco onzas de renta de una muy buena casa; y así serán de dicha herencia para el colegio ciento cuarenta y cinco ó ciento cincuenta onzas de renta por lo ménos, sin ciertos dineros que se pretenden que se podrían haber; mas pienso seria cosa difícil.

La ciudad prometió por dos años (ántes que viniese el colegio) dar doscientas onzas cada año, y ya se han cobrado todas, de modo que no queda más obligada: bien que muestran que no son para faltarnos. Agora por esta carestía tan grande, como

¹ *Dinero de las bulas*, pecunia in opera pia eroganda cum privilegium aliquod insigne aut pingue beneficium alicui conferebatur, cuius collationis instrumentum solebat esse Pontificis bulla.

² *Spesa* italicice, *expensa* latine et hispanice.

hay por acá, pienso que están trabajados, porque la ciudad es la que se merca las provisiones y no tiene renta agora ninguna (como tiene Messina), por haberla empeñada. Para habernos de dar alguna cosa es menester que tengan consejo, y así para pedirles agora alguna ayuda, ó que determinasen para adelante, pues han visto la obra de dar las dichas doscientas onzas, no parece que convenga por agora hasta que venga el Virey por acá.

Maestro Nadal, placiendo á Nuestro Señor, pues estará en mi lugar, tendrá cargo de solicitar este negocio; yo á mi partida se lo encomendé al Virey, al cual tendrá tambien cargo de acordar que aquella gracia que ha hecho el Emperador, á instancia de Su Excelencia y de este reino, de la primera vacantía de Abadía de quinientos ó seiscientos v (escudos) de renta, que habiendo comodidad se ponga en efecto. Yo estoy esperando cada dia al dicho Maestro Nadal para informarle de todas estas cosas, y si no viniere ántes de mi partida, yo dejaré alguna instrucción en escrito de las cosas que se han de hacer por acá. La nao se espera con el primer buen tiempo. Hase detenido más de lo que se pensaba, por el tiempo. Aquí no tiene que hacer, por lo que podrá ser que mi partida sea muy presto. Cuando fuere, placiendo á N. Señor, de ella daré aviso á V. R.

Aquí hemos recibido las nuevas, así de ahí de Roma, como de Salamanca y de Alcalá y de Ingolstadio y de Viena, y la copia de la carta del rey de Romanos¹. Con ellas hemos recibido mucha consolacion y causa de mucho alabar á Nuestro Señor; y á V. R. humildemente rengraciamos² por la gracia que nos ha hecho de hacernos partícipes de ellas.

Las cartas de V. R. consolatorias, para el Virey y la Sra. D.^a Isabel³, se recibieron, como he avisado á V. R.; y más, recibió el Virey la carta del Sr. Duque⁴, á la cual ha respon-

¹ Has Romanorum Regis litteras habes in BOLLAND., *Act. SS.*, t. vii mensis Julii § XLIV, n. 456, pag. 496, et in *Cartas de San Ignacio*, t. ii, pag. 548.—Historicarum litterarum (*las nuevas*), de quibus hic sermo est, fragmenta quaedam habemus in *Historia varia*, vol. i.

² *Rengraciamos*, ex italicō *ringraziare*, hispanice *dar gracias*, latine *gratias agere*.

³ Elisabeth de Vega, Joannis de Vega, Pro-regis Siciliae, filia.

⁴ Gandiae Dux, Franciscus Borgia; ejus litterae ad Siciliae Pro-regem, de quibus hic sermo est, datae sunt Romae sub finem Novembris 1550, et in Siciliam missae cum aliis Patris Laynez datis 22 ejusdem mensis.

dido. Las últimas, que de ahí recibimos por via de Mesina, son de tres de Enero, con las nuevas, y las otras de diez del mismo con la hijuela. Las que escribe Maestro Polanco habernos enviado del felice tránsito de Croco ¹, no las hemos recibido. Las que escribió el P. Maestro Lainez para Su Excelencia y para mí, se recibieron en Trápana, y á ellas de allí se respondió.

Con esta no tengo más de que avisar á V. R., sino suplicarle á todos nos tenga por muy encomendados en sus santas oraciones y sacrificios.

De Palermo, 10 de Febrero 1551.

Superscriptio. Al molto R.^{do} in C.^{to} P. il P. Mtro. Ignatio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Jesus, in Roma.

Alia manu in superiori paginae quartae ora: 1551, Palermo, 10 di Febr.^o

¹ Cornelius Crocus. Vide supra, pag. 197.

LXXVI

P. Sylvester Landinus
 Patri Ignatio de Loyola.
 Mutina, 9 Martii 1551 ^{1.}.



Ex litteris Patris Sylvestri Landini.

Gratia et pax, etc.

Paucis referam Paternitati Tuae R., quid spiritualis fructus per Dei gratiam collectum fuerit his in locis, in quibus versatus sum, ex obedientiae sanctae praescripto, quae referre quod exactis his mensibus, antequam Mutinam redirem, scribendum fuerat, ante hoc ultimum quadrimestre injunxit.

Primum monasterium Casolae, pro virginibus pauperibus erectum, absolutum omnino fuit cum ecclesia et claustro et muris insuper, per ambitum centum et sexaginta ulnarum et amplius, obseptum, non exiguae altitudinis; virgines etiam, novem numero, primo in ingressu (nam aliae sunt subsequatae) ibidem collocavimus; omnia ex auctoritate Episcopi acta fuerunt. Nec sane persecutiones defuerunt multae a primariis loci viris, qui sibi impetrare monasterii patrocinia volebant; qui tamen inter illos erat praecipuus jam vita functus est; et post illam excitatam persecutionem, semper deterius valuit, donec diem obiit extremum. Ignoscat illi Dominus. Omnia

¹ Apographum Romae confectum, ut in Societatis domos mitteretur, in folio 48 codicis papyracei, cui in prima pagina est sequens inscriptio: IHS. | Hoc libro continen| tur lrae, ad aedificatio| nem pertinentes inci| piendo ab anno 1551. Hunc codicem deinde hoc modo designabimus: Cod. 1551.—Habemus etiam et aliud exemplar, manu P. Joannis Philippi Vito factum, in duplixi folio, cui olim erant nn. 287 et 288, nunc autem 92 et 93.

nunc tranquilla sunt, moniales et oppidum. Per litteras a me constitutiones cum peterent, illas misi, quas T. P. R. Sanctae Marthae monasterio aliquando dedit. Totum hoc opus ex eleemosynis confectum est. Alii triticum, alii pecuniam, alii annulos, alii operas, alii alia offerebant; et eo usque devotio offerendi excreverat, ut ex his quae supererant, opere confecto, pecuniam restitui quibusdam curaverim; non enim tantum ex ipso Casulac oppido, sed etiam ex circumvicinis ad suum laborem impendendum multi confluenterunt.

Pax illa inter multos conciliata in oppido Caregine (quae, ut scripsi, cum magna animarum motione facta est), licet quadraginta et quatuor hominum caede exasperati hinc inde fuerint, denuo confirmata et stabilita est. Et multi ad frequentem sacramentorum usum inducti sunt, ut pacem melius conservarent. Curatum est etiam ut usuris obviam iretur, ut choreae ad modestiam reducerentur, ut quotidianae et communes orationes instituerentur, quae, ut conservari possint, eorum patri spirituali (qui valde amicus est Societatis) cum aliis sui similibus sacerdotibus curam reliqui.

Majani, ubi inimiciis etiam homicidia patrata fuerant, homines principales ad concordiam reduximus; in aliis locis per Dei gratiam id ipsum effectum est. In compluribus ecclesiis, quas ad centum puto fuisse, ubi sanctissimum sacramentum *εὐχαριστίας* non servabatur, per Dei gratiam homines induximus ad id devotius et cum lumine continue servandum, et multae societates ad honorem sacratissimi sacramenti institutae sunt. Ducentis fere in locis de frequenti communionis usu praedicavi, sed fere quinquaginta amplexa sunt sanctam consuetudinem; reliqua vero loca interdum id faciunt, sed non perinde frequenter. Compluribus in oppidis, singulis quibusque diebus dominicis, eleemosynae publice fiunt in usum pauperum. Oratio etiam in multis locis in communi quotidie fit sub noctem. Usurae extirpari cooperunt: non pauci etiam concubinarii, qui diu admodum in statu damnationis exstiterant, jam, peccato relicto, frequenter communicant. Multi sacerdotes inducti sunt ad animarum salutem juvandam, praeter quinque illos aut sex, qui in spiritualibus exercitiis profecerunt. A triginta milliaribus, et longius, confessionis gratia, quidam ad me veniunt. In hac etiam dioecesi mutinensi, praeter id quod

in ipsa civitate actum est, de quo aliqua scripsi, visitavi etiam fere centum et quadraginta ecclesias. Inde fructus animarum valde magnus provenit, major vero ipsa in civitate per gratiam Dei. Ne autem remitterer ab Episcopo ad visitationem dioecesis preces urbanorum obtinuerunt.

Mutinae, nona Martii 1551.

LXXVII

P. Ludovicus Gonzalez
Patri Simoni Rodericio.
Almeirin, 14 Martii 1551 ^{1.}

IHS[†]

Pax Christi.

Charissime Pater.

Per muitas vias temos escrito a V. R. Em ha derradeira a XXV do passado per hum correo que d' aqui partio.

Terça feira, X de Março, partirão pera a India Belchior Nuñez e Antonio Deredea ² ē hūa naao cõ tres orfãos. E G.º Roiz. e Acosta ³ ē outra cõ outros tres. Moraes e Almeida ⁴ partirão d' aqui a tres ou quatro dias na naao ē que vai Jeronimo Correa, do qual a velha despedida se foi jaa pera Coymbra ben desposta. Vão estes irmãos com grande fervor; fuios ver ēbarcar, e cõfesso a V. R. que se me renovarão todas minhas chagas passadas. Vão tamben este año seis frades de São Domin-

¹ Autographa; sed in ea solum ultima verba, a *As cartas não...*, usque ad mãos alheas sunt manu scripta Patris Ludovici Gonzalez. Est in folio unico olim n. 77, nunc 81.

² Antonius de Heredia.

³ Gundisalvus Rodriguez (*Gonçalo Roiz*) et Joannes da Costa, seu, ut hic scribitur, *Acosta*, et alibi *d'Acosta*. Hunc Christophorum appellat FRANCO in *Catalogo*, quem in *Synopsi Annalium*, ann. 1551, n. 11, Joannem appellaverat. Joannes etiam dictus est a Tellez, sed a Polanco semper Christophorus.

⁴ Pater Emmanuel Morales, senior, et frater Petrus de Almeyda.

gos cōfedrados cō os padres pera serē laa todos Irmaōs e repartire o despoio igualmēte. E isto de hūa certa man.^{ra} que parece muito de Deos.

Vão tambē seis mācbos, que segundo algūs delles tiverão contrastes do mūdo, e os vençerão, parecē chamados do Senhor, mas não levão mais da Cōpanhia que terem caa muito batido aa porta. E por que se não abrīrão esta, irem bater aa do Collegio de Goa. Ouve ētre elles que, afora deixar muita fazenda, desprezou tambē LX¹ reis de renda cad' año que hū seu tio logo dava per se não ir. Tomarão lhe a capa ē casa per não sair fora, e sendo homem mui conhecido e escudeiro do Infante Dō Luis, andou per Lix.^a ē pelote levando barris d' agoa e todo o mais áas costas aa não e descalço, ēbarcādo nos bateis os padres; isto cō tanto fervor que se o não conheceramos per muito sesudo, se podera atreuir a doudiçē. E perque parece que este sera na India recebido e o Senhor se servira delle ē cousas grandes, direi o nome a V. R. que se chama Aleixo Madeira.

Os meninos vāo muito fervētes e fica grande ēveia nos outros. E ouve muitos que por lhes não caber a sorte, chorarão muitas lagrimas².

As cousas do collegio sabera V. R. pelas muitas que lhe tē escrito; nos estamos espantados da tardança de V. R. per que ao 2.^º de Febreiro, como vimos por cartas que agora recebemos com muitas bullas pera a India, V. R. não era ainda ē Roma. Por amor de nosso Senhor, que V. R. nos escreva largamēte. O Cardeal³ nos esta mui afeiçoad, e dame a ētender que no ha de dar o Collegio de Evora, o qual agora foi acabar cō muita presa.

As cartas não vāo ainda per la reçāo que não forão e mais porque estas vāo assi perdidas.

14 de Março; d' Almeirin.

Servus

LUDOVICUS.

¹ Sic; existimamus tamen deesse signum quod voci *millia* respondet.

² Sermo est de novem pueris orphanis, quos Abbas, Petrus Domenech, ex orphantrophio, quod Ulyssipone instituerat, eductos, in Indiam, ut Societatis Patribus adjutores essent, mittebat.

³ Henricus, Portugalliae Infans et Cardinalis, Evorensis Archiepiscopus.

Do charissimo Ambrosio Perez não vos screbo porque não tenho olhos proprios nē mãos alheas.

Superscriptio. Ao muito R.º ē Christo Padre o Padre Mestre Simão da Cōpanhia de Jesu, em Roma.

Alia manu: 1551, Almerin, 14 di Marzo, Luis Vienez ¹.

Et alia: edification de un paggio che s' imbarcò per l' India et per esser della Com.²

LXXVIII

P. Adrianus Adriaenssens
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 21 Aprilis, 1551 ³.
(Excerpta ex litteris)

IHS[†]

Ex litteris magistri Adriani Lovanii scriptis 21 aprilis 1551.

Posquam de domesticis, quae consueta sunt scholasticis Societatis prosequutus est, de se ipso subdit ³:

Pergo in confessionibus audiendis; hac tota quadragesima pene singulis integrisque diebus hac occupatione distineor, factumque est (cooperante Domino) ut ne unus quidem a me discesserit, qui non libenter sit pollicitus se ad confessionem cebrius redditurum; aliqui etiam conquerebantur quod non matrarius ea audivissent, quae tunc audivisse se utiliter sentiebant. Sequutum est et hoc, quod pastores et concionatores ad fre-

¹ Sic pro *Ludovicus*; sed excusabilis error est. Caecutiebat enim Ludovicus et tamen veloci admodum calamo literas pingebat, unde ad earum intelligentiam quādam quasi divinationis arte saepius est opus.

² *Historia varia*, vol. i, fol. 214 et 215. Transumptum Roma Ulyssiponem missus Patri Ludovico Gonzalez de Camara.

³ Hucusque Polancus.

quentem communionem unanimiter et quasi certatim suos exhortantur, ut omnes paulatim spiritum Societatis videantur imbibere et sequi. Benedictus Deus, cuius gratia crescit mundi contemptus, vitantur choreae, resecatur vestium pretiosarum superfluitas, diminuuntur conviviorum sumptus, liberalius fit eleemosyna, et tempa exornantur.

Cum concionatoribus aliquando loquor, et jam haec, jam illa inculco; unde quae ego paucioribus in confessionibus dico, ipsi eadem latius praedicant, ut omnino verisimile sit intra unum aut alterum annum, rebus bene compositis Lovanii, tempus fore ut nos convertamus ad evangelizandum aliis civitatibus et locis hujus regionis. Sed omnia dirigat Dominus, qui operatur omnia in omnibus.

Quibusdam spiritualia exercitia communicavi, inter quos cuidam theologo, qui pergit bis in hebdomada nobis confiteri, et ad sacramentum eucharistiae accedere cum magna admiratione et aedificatione multorum; et omnino statuit se nobis adjungere, et plures brevi sequuturos speramus; in multorum enim cordibus bonum semen seminatur, et fructum paulatim exoriri et crescere animadvertisimus. Sit Dominus benedictus.

Hactenus Magister Adrianus, qui, cum aliquandiu Romae probatus rarae puritatis ac virtutis specimen dedisset, adversa tamen valetudine graviter afflictaretur, Lovanium missus est, prius tamen ad sacerdotium promotus; nam praeter singularem probitatem, etiam doctrina non vulgari praeditus erat. Ibi parum robustus corpore, animi tamen vigore, et gratia Dei potius, multum laborum sustinuit, et in dies in juvandis animabus sustinet, et licet aliquando fructuose sit concionatus, et christianam etiam doctrinam juventuti tradiderit, quod tamen Lovanum concionatoribus, qui Latina et vernacula lingua concionantur, abundat, ad confessiones audiendas, et alias charitatis functiones se contulit, et exemplo vitae et colloquis, sed potissimum confessionis et communionis sacramentis, plurimos ad Xpm. trahit. Praecepit etiam fratribus, qui de Societate nostra Lovanii sunt, et privatis facultatibus (quas ad hoc reliquit) bona ex parte collegium ibi erigere et dotare statuit. Hactenus enim hominum collegium ibi fuit; sed materiale nullum. Cum res transacta fuerit (Deo juvante), fusius scribi poterit.

Visum est Patri nostro, M.^o Ignatio, hunc Magistrum Adrianum ad professionem admittere; nullus enim erat in illis inferioris Germaniae partibus professus, et alioquin ratio id exigebat. Suas ergo vices Decano ac Cancellario Universitatis Lovaniensis (qui nobis arcto benevolentiae et charitatis vinculo junctus est, et probitate, doctrina, et auctoritate primas ibidem tenet) ad ejus professionem admittendam commisit. Qui sub finem Maji hoc negotium transegit. Ut autem et professionis modus, et Decani ac Cancellarii erga nos benevolentia, et ejusdem ac totius Universitatis existimatio de Societatis nostrae instituto intelligatur, subscribi curabo ejusdem Magistri Adriani epistolam pridie Nativitatis Sancti Joannis scriptam¹.

¹ Haec etiam Polancus scripsit, qui ea brevius enarrata *Chronico* suo, t. II, ann. 1551, nn. 241 et 242, pag. 283 inseruit. Adriani epistolam, 23 Junii datam, suo infra loco transcribemus.

LXXIX

Petrus Canisius

Patri Ignatio de Loyola.

Ingolstadio, 30 Aprilis, 1551¹.



De rebus fratrum Societatis, qui apud Germanos degunt, ab initio anni 1551, praesertim
Ingolstadii, usque ad mensem Maium².

Gratia et pax, etc.³.

Redditurus rationem superiorum huius anni mensium, hoc de meipso praefari habeo, R.^{de} Pater in Christo Praeposite noster, vereri me scilicet, ac sollicitum esse summo iure quam ego rationem omnis vitae meae sim coram iudice Deo redditurus, qui nunc de paucis etiam mensibus, nisi male collocatis, respondere non possum. Praestat igitur de R.^{do} P.^e et Doctore, D. Claudio Jaio, et D. Nicolao Goudano dicere primum, quod per illos divina bonitas efficiat, quae peccator ego Deoque ingratus et inutilis plane haud consequor.

Vellem interim magis mihi esse comperta, quae praecipue R. P. Claudio hoc anno gessit, praeclara sane, et ad Christi gloriam illustrandam scriptu digna, si quis ea coram adspexis-

¹ Duo exemplaria harum litterarum habemus: unum a P. Bernardo Oliverio exaratum in foliis 10 et 11 Codicis 1551; alterum, Roma ad Hispanos socios missum, in *Historia varia*, vol. 1, fol. 208 et 209.—Autographae Canisii litterae sunt in folio duplice, nn. 379 et 380, cuius tres tantum priores paginas implent; in quarta non est nisi superscriptio et alia pauca, quae infra post superscriptionem transribentur.

² Inscriptionem hanc, quam Canisius suae narrationis initio imposuit, linea circumducta conclusit Polancus ne in transumptis scriberetur. In ea verba illa, *praesertim Ingolstadii*, linea obducta oblitterata sunt et quidem, ut videtur, ab ipso Canisio.

³ Verba haec non sunt Canisii, sed Polanci, qui ea et quidem manu propria hic inseruit ut Canisianam narrationem ad epistolae vulgarem formam reduceret, sicutque a librariis transcriberetur.

set. Illud satis constat, operam Patris huius in Comitiis proximis, ut alias perscripsimus, neque parum, neque paucis profuisse, sive confessionis sacramentum spectemus, in quo administrando saepe multumque versatus est, praesertim ob concessum aulae Caesareae Jubilaeum, sive familiaritatem illius cum Principibus habitam consideremus. Et pro nostra quidem ac Jesu Societate in illo Principum atque Germanorum conventuantum praestitit, quantum nemo aliis unquam in Germania: sic nomen, originem, successum, progressum Societatis explicuit, sic infixit Germanis animis, ut authoritatem nostris et fidem invenerit, quae ad hanc vineam Christo excolendam erat pernecessaria¹. Magna in illo dexteritas, qua sese attemperare² solet omnibus, tam summis quam infimis: magna in agendo prudentia, ut quorumvis animos tractare, sibique in Domino conciliari norit, adeo ut mirum saepe multis visum sit quo pacto simplicitas et modestia illa Patris cum autoritate et laude publica conjungeretur, ut nihil non impetrare vel ridendo posse videatur³. Sed spiritus Dei quem semel occupavit, eum multis ornat dotibus, praesertim ubi communis id exposcit utilitas et gloria Christi. Unus non Catholicis modo pergratus, et ad confirmationem fidei commodus adhortator fuit, sed etiam praecipuis, qui tunc aderant, Lutheranorum consiliariis, qui illum de fide disserentem audiebant lubentissime, satisfecit. Rogabant illum de maximis controversiis in Religione, proferebant argumenta sua, praesertim de materia Justificationis etiam praesentibus quibusdam Episcopis. Ille, ut mirus est artifex in perspiciendis et tractandis animis, summa cum modestia respondebat, aperiebat nodos, eximebat scrupulos, veritatis causam illustrabat, ut mirari tum Catholici, tum haeretici possent. Quare, qui partes agebant Saxoniae Ducis, illius verbis rationibusque permoti, ad concordiam de Religione ineundam convertebant sese, adibant summos principes, commendabant P. Claudium, id maxime rogantes, liceret Patri in Saxoniam proficisci, ac de rebus fidei cum Philippo Melan-

Canisius scripserat: "... et fidem invenerit ad hanc vineam Christo excolendam", Haec Polanus emendavit hoc modo "et fidem quae ad hanc vineam Christo excolendam erat pernecessaria..."

² Attemporare scripsit Polanus ubi applicare scripserat Canisius.

³ Videretur scripsit prius Canisius, sed retur delecto in principio lineae, in praecedentis lineae fine addidit atur.

cthone¹ aliisque sectae magistris conferre: plus effecturam apud illos eruditam modestiam et modestam eruditionem illam, qua ipsi iam fuissent adjuti, quam profecissent acres aliorum disputationes.

Neque abhorrebat Patris animus ab ea profectione in Saxoniam, nisi quod optabat adjungi sibi R. P. Jacobum Laynez, cuius etiam praesentiam, si Dominus cooperaretur, ad emoliendam haereticorum duritiem sibi et Ecclesiae prodesse posse non dubitaret.

Faxit clementiss. Deus, ut ad Saxoniam quoque, ubi velut sentina haereticorum est, Societas nostra penetret, lucemque inferre aliquam possit sedentibus in regione umbrae mortis. Nunc profectionem illam praepeditam, aut potius dilatam cernimus, quod ad collegium Viennense Pater sit destinatus, jubente sic Pontifice Maximo et postulante Romanorum Rege Serenissimo. Estque hoc primum in Germania collegium Societatis, ad quod multi e nostris aut jam pervenerunt, aut brevi admodum per venturi sunt, Christo duce, quos tum e Sicilia, tum ex Italia missos audivimus.

Mirum vero dictu quanto cum moerore dimissus sit Pater a R.^{mo} et Ill.^{mo} Cardinale Augustano, qui abeuntem ad navim usque, non sine lachrymis puto², est prosecutus, quique per quadragesimae tempus in spiritualibus exercitiis nostris sub eodem Patre non parum profecit, digressus idcirco ex Episcopatu suo in monasterium quoddam, ubi, semotus ab aulae strepitu, de rebus piis commodius meditaretur. Nam et hac de causa Regem exoravit, ut Patris opera illo tempore posset uti, quemadmodum saepe antea desiderarat. Sed et Cappellanus R.^{mi} suo fructu non est defraudatus, acceptis hebdomadae primae exercitiis, quae ducunt facile³ ad generalem confessionem.

Omitto multiplicem fructum, quem hoc toto superiore anno collectum Dominus voluit in aula dicti Cardinalis, dum is et sese et aulae disciplinam usque ad multorum admirationem reformat, non secus observans, quam si pater praceptorque ipsi fuisse, Patrem Claudium. Is Viennam, uti speramus in Domino, jam pervenerit una cum charissimo fratre M. Petro Schori-

¹ Scripto prius *Melancthone* et deleto, scripsit ipse Canisius *Melancthone*.

² Huic vocabulo, quasi defendo, linea supposuit Canisius.

³ Etiam verbum hoc, ut delendum, linea subter ducta signavit Canisius.

chio, qui et ipse magna cum aedificatione vixit nobiscum, et hinc aegre dimitti potuit, quod in professorem publicum jam diu ac multum esset expeditus.

Ut proprius ad nostra veniam, haud opus fore puto multis hic repetere studia solita, praelectiones item atque conciones nostras, in quibus eodem duce progredimur, quo primum auctore coepimus, Christo Jesu Domino nostro, cui gratias etiam agimus ob auctum jam auditorum numerum. Nec maior fuit unquam aut melior Theologiae hic restaurandae spes, praesertim quum multa tractentur de dupli collegio extruendo: alterum Societati nostrae destinatum atque promissum est, alterum Scholasticis Theologiae constituetur, iis, qui aliquando ministri ecclesiarum in Germania esse velint ac possint. Posterius hoc nostro adjungi collegio volunt, ut haud procul absint, quos regi et institui a nobis desiderant, existimantes hoc pacto quam optime collocari sumptus, quos nunc maximos recipit haec academia, cui a Pontifice Maximo concessum est daeum¹, ut ex vicinorum ecclesiasticorum proventibus decimas integras semel atque iterum colligere possit.

Precandus est certe Dominus misericordiarum ut nullo inturbante procedat hoc duplex collegium, quemadmodum Ducis Illustrissimi consiliario, quum hic esset, per Dei gratiam persuasimus et² qui hoc institutum se modis omnibus approbare atque promovere velle dixit, eoque curaturum se mitti litteras Ducis sui³ tum ad Pontificem Maximum tum ad R. T. Haberet non paulo melius Germania, si studiosi, tum ad pietatem, a qua fere obhorrent, tum ad Theologiam, quae illis odiosa facta est, assuefieri possent, ac praesertim (ut mihi videtur) si a nostris instituerentur.

Curamus nunc ut ad disputandum in aedes nostras venire pergent hebdomadatim, ita multis horis in Dialectica et Physica exercent sese, nos praesides adsumus, et ad disputandi usum, qui hic interiit pene, revocamus delectos aliquot bonaeque spei adolescentes. Faxit Dominus ut, sicut in literis, sic in spiritu

¹ Sic Canisius.

² His Canisii verbis *per Dei gratiam persuasimus et substituit Polancus vi-*
sum est.

³ Canisius dixerat: *eoque missurum se litteras; sed his deletis, apposuit in ora pa-*
ginæ Polancus, signo addito ut textui insererentur haec alia: curaturum se mitti lit-
teras Ducis sui.

proficere pergent, nostraequae expectationi, quae ipsorum est salus, faciant satis.

Optime procedit Aethica lectio, quam in hujus scholae gratiam praeter morem veterem profitetur Pater Nicolaus, publicam propterea laudem promeritus, ut etiam Juris Doctores mittant ad illum suos auditores.

Plus honoris offertur nobis, quam fateri debeamus: utinam minor existimatio nostri ¹ majorque proventus animarum accederet; utinam in animorum affectibus ² id efficere, quod in ingeniiis, valeremus. Declaravit suam erga nos benevolentiam Princeps cum nuper adesset: nec minori favore nos prosequitur Cancellarius academie, idemque Eystettensis Episcopus, qui suis nos literis amanter consolatur, qui Societatem hanc omnem paterno certe affectu complectitur, qui aureos mille jam offert ad nostri structuram collegii. Idem consiliis suis magnum permovit Archiepiscopum Germanum, ut collegium et ipse promiserit nostris constituere.

Christi gratia sum ego jam defunctus munere, quem Rectoratum vocant, in quo, etsi laborum et molestiarum bona pars insit, quae non valde conducat ad fructum spiritualem, attamen nonnihil datum est cur bonorum authori et fonti non ingrati esse debeamus. Fatentur aperte multi, studiosos in hoc magistratu egisse quam soleant modestius; communis fuit tranquillitas, etiam tum quum tumultuari et debacchari cum venia posse videntur, feriis scilicet Bacchanalibus. Notandos haereticorum, qui exstabant, libros curavimus; ne venderentur prohibitum est, neve ex mercatu huc amplius inferrentur suspecti authores, qui Grammaticis etiam, et Dialecticis et Rheticis libris atque praeceptis venena praesentia commiscuerunt.

Graviores abusus, qui subito leviterque tolli non posse videbantur, quod alte radices egissent, collegimus in scriptum unum, collectos misimus ad ipsa totius academie capita, quorum id proprium est communi scholae utilitati et reformationi providere. Haec res minorem conflavit nobis invidiam apud studiosos, qui neque a nobis adversus tot morbos medicinam recepturi facile videbantur, et liberavit etiam a periculo conscientiam, si, quod vellemus, praestare satis non potuimus. Nec

¹ *Nostri additum est a Polanco.*

² *Animis Canisius; animorum affectibus Polancus.*

fuit ingrata isthaec nostra opera iis, quorum authoritati ac officio sananda illa vulnera committebamus. Et cum non desint bonis parentibus filii mali, quos utinam academiae nullos haberent, nos parentes, etsi procul disjunctos, per litteras admonuimus in tempore sibi filiisque consulerent bene, coërcerent aetatis illius et indolis petulantiam, viderent ut filii honestius et rectius instituerentur. Jam quia puniendi erant nonnulli, vel ob peccati magnitudinem, vel in aliorum exemplum, vel ob retinendam veterem disciplinam; alii, quia insanabiles et desperati viderentur, in exilium acti; alii graviter reprehensi, neque sermonibus tantum, sed etiam carcere castigati, quod melius curari non posse existimarentur; alii chyrographum dare jussi et sistere fideiussores admoniti de vitae suae seria correctione. In condonanda noxa conditiones praescriptae certae; nonnullis quidem, ut in dies aliquot, aliis ut in hebdomadam et amplius abstinerent prorsus a vino, cuius usu fuissent abusi; quibusdam ut arma nulla deferrent; aliis ut ad certam horam vesperi essent domi, non egressuri ante lucem; praeterea ut redirent singulis mensibus, et probatum adferrent Rectori testimonium de vitae suae institutione. Breviter, non charitatis modo, sed etiam justitiae exercendae locus multiplex datus est, admirante me quo pacto fieret ut, non diversae tantum, sed etiam contrariae functiones, in una hac essent Societate, dum alii captivos redimerent, ego mitterem in carcerem; alii demulcerent iratos, reconciliarent offensos, ego pleterem, et objurgarem, et terrerem, et castigarem improbos.

Faxit piissimus Dominus Jesus, ut perinde ac periti medici solent, ad omnes omnium infirmitates nos accommodemus, omnia facti omnibus, ut multos lucrifaciamus. Postquam hoc munus deposui, quod certe invitus admodum suscepi, et indignus administravi, reddenda fuit accepti et dati ratio.

Pecuniam numerarunt quam pro more solvunt Rectori; sed constanter negavi me accepturum quicquam; non enim esse morem Societati nostrae, pro quoquam officio vel munere administrato sperare aut recipere isthaec praemia: converterent ipsi, si vellent, quod mihi offerrent, in pios usus alios: sat esse si, unde suppetat vitae necessitati, in diem haberemus. Et vix persuasi tandem, nec dubito quin tacite probarint Societatis exemplum. Christo sit omnis honor et gloria, quem et maxime cun-

cti precari debemus, extrudat ut operarios suos in vineam istam desertam, super quam (ut Isaias inquit) ascendunt vepres et spinae, quia non putatur, non foditur, diruitur ejus maceria, ut sit haereticis in direptionem et conculationem¹.

Sed nostris verbis commendare, immo deplorare ter miseram Germaniam non necessum est; res ipsa testatur quo deveinerimus relict i a bonis, oppressi a malis, pleni scandalis, dediti sectis, obcaecati erroribus, corrupti studiis omnis impietas. Ut nullum misericordiae, charitatis, compassionis officium collocari posse iustius videatur, quam in sublevandam hanc unam nationem omnium afflictissimam, miserrimam depravatissimamque. Excitet, quaeso, Deus totius consolationis, excitet spiritum suum principalem in fratrum nostrorum cordibus, ut Germaniae nostrae, cuius inutiles plane servi sumus, germani illi cultores adesse velint et possint, effusuri etiam (uti decet) sanguinem saepe pro Ecclesia Christi. Oret pro nobis R.^{da} P. T., cui Germaniam magis quam nos ipsos in Christo commendatam esse velimus, si loqui ex animo debemus, quamquam non ignari p[re] caeteris omnibus, qui in hac Societate versantur, egere nos plurimum sanctis tuis precibus sacrificiisque.

Ingolstadii postremo Aprilis die, post Christum natum anno 1551.

Indignissimus filius et servus in Christo.

PETRUS CANISIUS.

Superscriptio. IHS. R.^{do} Patri nostro in Christo Domino Praeposito Societatis Jesu.

Et Joannis Philippi Viti manu, in superiori extrema quartae paginae ora: 1551.

Quad. Ingolstadio, Aprile, Canisio.—Fatte tutte et mandate.

Et alia: post.^o Aprilis.

¹ Quae hucusque dixit Canisius de Ingolstadiensi Academia, a verbis nempe illis Christi gratia sum ego jam, lineis conclusit Polancus quasi a librariis, dum has transcriberent litteras, transilienda. Extant tamen in nostris duabus transumptis quae supra commemoravimus.

LXXX

P. Leonardus Kessel
 Patri Ignatio de Loyola.
 Colonia 30 Aprilis 1551¹.

COLONIA

Ex litteris P. Leonardi, a Januario usque ad finem Aprilis, anno 1551.

Gratia et pax, etc.

Superioribus litteris mentionem feci nobilis dominae Abbatisse monasterii undecim millium virginum, quae in festo Omnium Sanctorum publice (quod nunquam visum est) in ecclesia sub nostra Missa communicavit cum magna omnium aedificatione: reliquae vero canonicae ad confessionem et ipsae praeparari coeperunt, et in dies in Domino proficiunt. In vigilia Natalis Domini, et etiam in die Coenae Domini, eadem Abbatissa, cum omnibus monialibus et tota familia, nostra in Missa communicarunt; tantumdem in die Paschae. Sunt nobilissimae hujusmodi virgines et nobis ac toti Societati valde affectae; praecipue Abbatissa, quae et me saepe, aliquid boni conferendi gratia, vocat et libenter audit, ac in coeptis alacriter pergit.

Aliis in monasteriis, multis praesentibus, concionatus sum, cum magna, ut videbatur, satisfactione. Nostra vero in parochia mense februario valde occupatus fui in confessionibus audiendis, licet corpore debilis, multum tamen ad ferendos labores confortatus Dei gratia. Inter caeteros confitentes quae-

¹ Apographum in folio 1 Codicis 1551.

dam meretrix, ex toto corde ad Christum conversa est, quae multis cum lachrymis postea ad nos, confitendi gratia, saepe reddit.

Cujusdam bonae matronae filius, qui jam per annos aliquot usu rationis privatus fuerat, per Dei gratiam omnino ad sanitatem est restitutus, et cum aliis studiosis ad confitendum et communicandum singulis hebdomadis se devote praeparat.

Quidam studiosi ad religionis ingressum inducti sunt, qui ad carthusienses se contulerunt.

Confitentium numerus quotidie augetur, etc.

Hac certe quadragesima magna fuit studiosorum ad nostras aedes frequentia, confitendi ac consulendi, vel boni aliquid audiendi gratia; nec parvo cum fructu eis aliquid temporis est impensum. Spero multas animas Christo recuperatas esse per ipsius gratiam. Inter alios quidam fuerunt, qui totos viginti vel triginta annos ad confitendum non accesserant, qui tamen vitam omnino corrigere proposuerunt.

Singulis dominicis diebus duas exhortationes habui, et sexta feria sanctae hebdomadae per quatuor horas aliquid de Passione Christi dixi cum magna hominum satisfactione: sequenti die et nocte solemnitatis Paschalis confessionibus audiendis vacavi.

Mense Aprilis, corporis debilitate impeditus, nullam exhortationem in publico habere potui: domi tamen nostrae multis confessionibus audiendis et quibusdam generalibus occupatus fui, et mihi multum solatii dedit vitae male prius actae in bonam mutatio, quam in quibusdam expertus sum.

Saepe ad infirmos vocor et eos qui obsessi putantur: quando ipsis adsum, Dei gratia, melius habent.

Habemus quidem adversarios, sed plures propugnatores, qui detrahentium ora faciant obmutescere.

Misimus Romam 13.^a martii charissimum fratrem Baldum¹ cum tribus aliis studiosis, qui donis Dei non contemnendis sunt dotati.

Sub Augusti finem tres vel quatuor aut forte plures, qui praediti etiam sunt naturalibus Dei donis non mediocribus, ad

¹ Baudouin Delange (*ab Angelo*), né à Liège en 1535, admis à Louvain en 1551, mort à Liège en 1601; il fut recteur à Saint-Omer, à Louvain, à Liège, et provincial de Belgique de 1571 à 1585.—DELPLACE, I. c.

P. V. transmittam, inter quos unus in artibus promotus est Lovanii, qui primae hebdomadae exercitia magno cum fructu absolvit, et tanta charitate accensus est, ut quiescere nequeat, donec parentibus ac amicis et aliis rebus omnibus postpositis, Romam se conferat cum aliis. Alibi enim, ubicumque P. T. placet, plus in studiis et pietate quam Coloniae proficere poterit. Nepos Balduini, qui studendi gratia ad nos venerat, cum valde ad Societatem afficeretur, eum admisimus. Spero non mediocria de hoc juvane, quem, exemplo suo, alios etiam ad Christum tracturum verisimile est. Tres alii studiosi, qui ad nos hisce diebus venerant, se totos Societati dare intendunt.

Hactenus magister Leonardus, qui, fere duodecim mensibus, viginti studiosos juvenes Romam misit, et non mediocri dexteritate in juventute ad Christum trahenda pollet, nec tamen promiscue sed cum delectu eos, qui ingenio, moribus et aliis etiam externis donis Dei praediti sunt, retinet. Ut et nos ipsi ex eis, qui Romam missi sunt, colligere possumus, et illo etiam argumento quod domi juvenem, specie quidem spiritualem, sed, ut res ostendit, superbum et seditiosum cum haberet, non solum ipsum domo expulit, sed et novem alios, qui ejus contactu et exemplo ab obedientia et humilitate recesserant, simul domo ejecit. Ut in bonis acquirendis et conservandis solers, sic in iis qui inepti deprehenduntur ad Societatis institutum, expellendis, strenuus; et utrobique Societati in Domino perutilis est¹.

¹ Haec Polancus Leonardi litteris addidit.

LXXXI

Dionysius Vazquez
 Patri Ignatio de Loyola.
 Compluto, 1 Maii 1551^{1.}

ALCALÁ

Gratia et pax, etc.

Missus est ad nos P. Tablares² cum illustribus quibusdam adolescentibus a te domui nostrae destinatis, P. colendissime. Hi partim domi jam sunt, partim adhuc exspectantur. Faxit Christus ut omnia optimos sortita eventus in bonum cedant commune.

Exerceri hic quosdam Hieronymianos Patres scripseram ad te praecedentibus, quod plurimum fructus boni iis peperit atque aliis. Monachorum certe multi illud pro comperto sibi dicebant esse talia aut eadem Patrum fuisse fundamenta, cum religionum spiritualia aedificia construebantur; alii gratias Deo optimo maximo agere se ajebant, qui eos hoc tempore creasset neque unquam antea. Nec defuere inter eos (qui longo ac indefesso labore profectum spiritus emerant) asserentes vineam Domini diversis temporibus diversisque manibus operiorum excultam fuisse, et uno ore id ajebant ut ad culturam caeteros adhortarentur, praedicantes latere in vineae visceribus thesauros pretiosissimos, qui non ita magno sudore, ut olim, parabantur. Cum igitur hi Patres apud nos agerent, ab aliis religiosis fuere molestiis magnis impetiti; qui cum se conquesturos coram

^{1.} Apographum in foliis 59 et 60 Codicis 1551.

^{2.} P. Petrus de Tablares Roma paulo ante hoc tempus in Hispaniam redierat.

praeside suo testarentur, si id agere pergerent, Prior, vir prudens ac probus, nihil de se veritus, verum communis consultum volens Patrum suorum emolumento, enixe P. Villanovam est precatus ut ad suum coenobium ¹ recta pergeret, omnibus, qui fuerant reliqui, exercitamenta spiritualia praebiturus, ne quid interea daemon misceret turbarum, quae rem omnium optimam disturbarent. Oratu ejus flexus, ad eos est profectus, ubi viginti circiter dies commoratus, incredibili pene eorum profectu et exterorum exemplo ad nos rediit. Priorem vero adeo facti non poenituit, ut palam fecerit omnibus, tam litteris quam praesentia, se hic fuisse christianaे rudimentis philosophiae imbutum. Misit nonnullos postea ex amicis ac familiarissimis exercendos; et quod in alio esset admiratione dignissimum, promittit neminem in suum sodalitium admissurum se unquam, quin antea hic exercitus magna cum probatione fuerit; quod et fieri jam ab eo coepit. Nobilem enim adolescentem, qui religionem ingredi ardet, interea remoratur dum exercitamenta spiritualia imbibit. Hoc modo ambire et tentare, omni revoluto lapide, se ait ut praeses caeterique sui ordinis patres iisdem spiritualibus armis muniantur. Cum per oppida suo monasterio vicina concionum causa vagatur, sacerdotibus suadet ut huc citissime volent, vitae modum accepturi. Dona offerebant Patres illi plura Patri nostro; at vero nihil horum ille sustinuit donari, gratis se dare, quod accepisset gratis, ajens.

Nunc ad fratres, qui nobis in Christo additi sunt, veniam. Paucis, postquam litteras ad te dedi, diebus, Doctor Castillo Caracensis ² huc venit, desiderio tractus Domini vias dignoscendi et quae, cum angustissimae, tunc essent certissimae, ambulandi. Hic juris utriusque gnarus Salmantica decesserat, ac magistratus praetoriaque judicia moderabatur, cum, sacerdotis insigniis decorari cupiens, insignia magistratum abjecit. Sacerdos igitur factus, exerceri apud nos spiritualibus documentis coepit; et in iis non male proficiens, postquam examinandum vitae genus fuit, elegit abjectus esse in domo Domini; et rebus omnibus domi compositis brevique rejectis sarcinis, quae impedi-

¹ Monasterium Ordinis Sancti Hieronymi, Sancta Annae dicatum, in oppido Tendilla.

² P. Didacus del Castillo.

mento currenti esse potuissent, ad nos est reversus, perpetuo Christo Jesu mancipatus.

Deinde alios (inter plures qui id efflagitant) duos admisit, qui adeo bonam de se praebuere nostrae Academiae spem, ut omnium fere oculos in se converterint: alterum Licenciatum, Ildefonsum Lupum a Navarra ¹, qui anno transacto exercitiis fuerat initiatus, et longa parentum catena irretitus, vix potuerat ejus nodos subterfugere; nunc vero, omnibus superatis procellis, in portum se recepit. Alter est Aegidius Gonsalus de Avila ², rarissimo ingenio ac morum facilitate et suavitate. Hic decimum octavum agens annum, romanae et graecae linguae gnarus, dialecticem et physicem edidicit, ac sacris theologiae studiis parabatur, et utriusque linguae poësi felicitur exultus, quibus solis quodammodo natus videbatur. Hi duo, licet angustiae nobis convenienter undique, domi nostrae manserunt.

At cum natura parens charitatem in liberos parentibus indiderit ardentissimam, ubi patres ³ Aegidii rem aperte intellexerunt, huc se receperunt ex patria Toletu proxima. Egregium sane spectaculum probus adolescens nobis consipientibus dedit, qui tristes matris lachrymas moestissimaque lamenta siccis oculis contemplatus, suam aperuit illi mentem tranquillo vultu firmoque corde, pollicitus nihil sibi esse in rebus certius quam Deo servire atque obsequi in hac Societate ejus nomini consecrata. Quid multa?; persuasit praesens filius ut absentem habere mallet. Abiere patres laeti, quantum apparebat, nobiscum, si licuisset, Dei obsequiis parituri.

Tres praeterea adolescentes P. Villanova admisit hisce diebus; eorum duos theologiam audituros Gandiam misit; artibus enim liberalibus linguaque Romana satis abundeque instructi sunt ⁴. Tertius, Ripalda nomine ⁵ est, cuius ex indole et ingenio,

¹ Vide supra, pág. 224.

² Aegidius Gonsalus de Avila, hispanice *Gil González Dávila*, natus in oppido Burujon, provinciae et dioeceseos Toletanae, non Burojon, ut in novissima editione operis *Varones ilustres de la Compañía de Jesús*, t. viii, pag. 242.—Vide P. CHRISTOBAL DE CASTRO, *Historia del Colegio de la Compañía de Jesús de Alcalá*, lib. iii, cap. 12.

³ Parentes. Hispanice, dum de patre et matre, *padre y madre*, sermo est, dicitur *padres*.

⁴ Eorum unus erat P. Michaël Gobierno, cuius gesta vide in opere *Varones ilustres de la Compañía de Jesús*, Bilbao, 1891, t. vii, pag. 312.

⁵ P. Hieronymus de Ripalda, de quo vide Patris CHRISTOBAL DE CASTRO, *Historia*

probitatis et eruditionis miram concepimus expectationem, licet nondum prima pubertatis signa dederit. Hic (quod modo ex praesentibus licet conjectare) nobiscum manebit, liberalibus disciplinis, quas cooperat adire, extremam impositurus manum.

Plurimi praeter hos sunt, qui admitti in tuum gremium postulant, verum neque quit satisfieri neque in rem esse arbitramus quosvis sine magno delectu receptare. Vix diebus viginti quatuor elapsis ab adventu Doctoris Castillo, Concham est missus a P. nostro Villanova ut P. Emmanuel¹ comitaretur, qui Emmanuel a Doctore Vergara² fuerat multis retro mensibus accersitus concionandi causa. Eorum vero itineris modus novum et (ut vere dicam) mirabile nostrae gentis hominibus praebuit spectaculum. Nam praeterquam quod pedites, ibant sine baculo et pera, juxta verbum Domini. Illud insuper ut novum in admirationem rapiebat, quod Patrem Emmanuel in publicis oppidorum ac civitatum plateis concionantem videbant, tamquam in sublimi ecclesiarum suggestu; alii mirari, alii pavere, laudare omnes boni atque asseverare non aliter priscos Ecclesiae proceres factitasse, cum ad convellendas ex gentium animis idolatrias divini spiritus flatibus agebantur. Concionibus ergo ac confessionibus vacantes, cibum mendicato quarentes, iter suum peregerunt. Doctor Castillo, ubi signa humilis ac sanae mentis ostendit, revocatus huc est.

Emmanuel vero duobus oppidis curam impedit, ubi Doctor Vergara sacerdotia quaedam habet non sine animarum cura. Fecit illic opimos fructus spirituum hortis pullulascere. Nam ut vulgata jam praeteream, confessiones, conciones, adhortationes, catechismum, consilia, quibus indigenarum animos in Domini adventum praeparabat, illud est non vulgare quod statutum decretumque reliquit in perpetuum populi consensu ne cui

del Colegio de Alcalá, lib. III, cap. 10. Mirum vere est ne verbum quidem in his fratris Dionysii Vazquez litteris reperiri de tumultibus occasione ingressus Hieronymi de Ripalda Compluti excitatis, quos refert P. Christophorus de Castro et post eum P. Eusebius Nieremberg et alii.

¹ P. Emmanuel Lopez, lusitanus, Portuensis, hoc est in urbe Oporto natus anno 1525, in Societatem Conimbricam admissus anno 1545, B. Patris Petri Fabri ex Lusitania in Hispaniam comes, et de Societate, praecipue in Complutensi Collegio, optime meritus Obiit Compluti anno 1603. Vide *Varones illustres*, t. viii, pag. 347, ibique nota quae in ORLANDINI *Historia* corrigenda esse P. Andrade animadveravit.

² Doctor Alphonsus Ramirez de Vergara, de quo saepissime POLANCUS, ORLANDINUS, ALCÁZAR, RIVADENEIRA, etc. Is alius est ab ejus coaetaneo Doctore (Joanne de) Vergara, Complutensi.

liceat impune, jam non dico pejerare aut blasphemum esse, sed ne levi quidem juramento quicquam velle convincere. Statuit eam in rem poenas pro jusjurandi aut hominis ratione irrogandas; flagitantibusque natu et dignitate grandioribus, primos judices Emmanuel noster elegit quos, et vitae integroris et linguae temperantissimae esse, deprehenderat. Novem passuum millibus ab eo oppido Conchae civitas abest, et tamen nonnulli illinc profisciscebantur concionum Emmanuelis audiendarum causa. Conchae etiam est concionatus ad populum non minore hominum frequentia quam benevolentia et, ut speramus, fructu. Tandem ad nos reversus, P. Villanovam adjuvat in expediendis rebus plurimis, quibus pene ambo simul pares vix esseвидetur.

Exerciti sunt his diebus plurimi diversae conditionis homines, nobiles quidam conjugati, medici, theologi et inter eos tres Patres Mercenarii¹ ex his qui Compluti penetralia sacrarum literarum adeunt. Nam hoc judex Academiae (quem conservatorem vocant) multis contendit precibus, exerceri et ipse cum reliquis Patribus sibi commissis cupiens. Ex Collegio, quod a dignitate Majus vocant, unde Academiae rectores creantur undeque universae Hispaniae theologi ac concionatores et ecclesiis et cathedralis propositi ministrantur, nonnulli sunt, qui libentissime sacros orationis et meditationis fructus caperent, si aliqua reluceret commode id prosequendi opportunitas. Sanctione tamen institutoque sui gymnasii deterrentur, quo gravi mulcta caverunt ne quis ex collegis suis extra Collegium pernoctet nisi extra oppidi muros agatur. Sed obviam eundum est aliqua ratione praedicto obstaculo, ne ansam inde daemon arripiat rem comodissimam interturbandi.

Siguntini et Conchenses et venere multi et venturi sunt, praesertim ex collegio, quod illic theologis est celebre, quorum exerciti sunt duo, reliquis venturis, si spes arrideat eos fore recipiendos. Doctor Vergara scripsit P. nostro Villanova esse apud se (Conchae) monasterium Divo Francisco dicatum, cuius Provincialis Rectorque cum prima religiosorum portione optent exerceri atque cam in rem mitti sibi aliquem ex Patribus Societatis postulent; ajuntque se in conventu totius ordinis, cum ad

¹ Patres Ordinis B. M. Virginis de Mercede, pro redemptione captivorum.

capitulum congregentur, omnes oraturos Patres ut spiritualia exercitia praelibent.

Si sim sigillatim omnia narraturus quae hujusmodi desideriis recensendis dici potuissent, vereor ne, aut mihi scribendi infinitum opus pene contexam, aut tibi molestiam pariam legenti. Confessionum ac sacrae Eucharistiae communionis miram hac quadragesima frequentationem vidimus; nam licet tres fuere dumtaxat sacerdotes, ita nocte et interdiu cum studiorum etiam occupabantur dispendio, ut multi, re infecta, discresserint, nec pauciores post Paschae festum confessionem distulerint. Nec est exiguis eorum numerus, qui diebus dominicis saluberrimam Synaxeos mensam nobiscum frequentant, quae res non ita pri-dem pro miraculo habebatur. Gloria illi cedat, qui omnia in nobis operatur.

Cum Emmanuel incolis oppidorum, quae Doctoris Vergarae curae subjacent, esset a concionibus, aliorum fructu illecti Uclenses viri D. Jacobo Commendatarii celebres¹, literas hujus exempli miserunt senatus² authoritate subscriptas:

"Perquam R.^{do} D. Villanova.

P. Villanova Capitulo, magistratus, et Uclensis praetor³ manuum oscula. Pro comperto habemus sanctam, quam incolis, domum quique eam inhabitatis Patres, plurimum emolumenti Christi fidelibus, nec minus grati obsequii Christo ipsi, prae-stare. Nuncium eam in rem profectum tibi hunc mittimus, obse-crantes per Dei charitatem ut virum aliquem ex sancta ista So-cietate ad nos venire jubeas, ut fructum christianis mentibus dignum et plantet et mature faciat pullulascere. Nam praeter Congregationem fratrum D. Jacobo militantium, multa etiam circumstant nos oppida, unde (ea est locorum propinquitas) ad Dei sermonis evulgationem occurunt. Quod si in praesentia parum tibi fiat commodum, quod Christi amore flagitamus, be-neficium praestare, hoc saltem munere munus pensatum arbitramur, si epistolam ad P. Emmanuelem deferendam nobis de-

¹ Equites militaris Ordinis Sancti Jacobi (*de Santiago de la espada*) primariam sui Ordinis domum habebant in oppido Ucles, provinciae et dioeceseos Conchensis. Commendatarii equites (*Caballeros Comendadores*) ii dicebantur, cum eis pars quaedam regionis tuenda tradebatur cum jure ex illis vectigalia percipiendi.

² Voce *Senatus* hic intellige quod jam usus habet ut vocetur Capitulo, sc., con-ventus primorum alicujus ordinis sive ecclesiastici sive religiosi.

³ Melius *Prior*; sic enim vocabatur qui domui seu monasterio praefectus erat.

deris, illaque jubeas ut ad nos statim veniat, relictis quibus modo detinetur concionibus. Facies hoc (sat scimus) modo advertas maxime nos christianaे philosophiae doctrina indigere.

Christus Jesus opera in te sancta perficiat.

Ab Uclensi Senatu, quarto Kalend. Martii 1551.„

Ad haec Pater pro temporis commoditate apposite per literas respondit, Patrum penuriam desideriis eorum opponens; pollicitus tamen fore aliquando (quod quidem divinae miserationis opera suadent sperare) ut abunde satisfiat tam piae ac religiosae eorum voluntati.

Hactenus ad spiritum duntaxat spectantia. Nunc, si libet, humiliora, quippe temporalia, obiter attingamus. Alia quidem domi nostrae erecta sunt aedificia; sed Domino¹ loca horti ac bibliothecae prae caeteris amoena et jucunda sunt. Hortum prope Collegium jacentem extra pomerium oppidi perforato muro adimus, qui septingentos et triginta pedes habet in ambitu densissimis arborum ac fructicum et herbarum². In ejus medio ac veluti centro puteus appetet aquae, ut limpidissimae ita etiam salubris, ut fontis ac stagni vicem gerere merito videatur. Murorum vero, quibus cingitur, altitudo 18 pedum est, materies valida, species pulchra, fons praesertim, conspectantibus ex agro; deambulatoria, quae lateribus horti ad murorum fundamenta adjacent, quatuor sunt, quae totidem aëris ventorumque regionibus opponuntur. Sed in bibliothecae usum turrim (quae murorum oppidi pars est, prospectum quoquoversus latissime patentem et oculis gratissimum [habens]) convertimus.

Scripsi Januario proximo, ut arbitror, nunciasse nobis Doctorem Vergaram quemdam, qui ecclesiam huic Collegio suis sumptibus vellet aedificare, jussisse ut delineamenta ac descriptionem ad se mitteremus. Nunc ergo vulgatum jam esse scias hunc esse illustrem Comitem de Melito³, qui missam sibi ecclesiae descriptionem ut parum magnificam contempsit, quippe qui illustre et memorabile opus velit aedificare; atque hoc tam ex animo facit, ut chirographum, sua et uxoris manu subscriptum, huc ad procuratorem suum jam miserit, quo jubetur

¹ Sie; sed forte librarii error est pro *omnino*.

² Sic nostrum exemplar; deesse tamen videtur aliquod verbum.

³ Didaeus Hurtado de Mendoza, Melitensis Comes et postea Dux de Francavilla et Aragoniae Pro-rex.

P. Villanova redditus annuos dare cujusdam oppidi (*Sarracines* id dicitur) quod sex passuum millibus a nobis distat, ut inde ecclesiae sumptus erogetur. Frumenti mille ducenti modii et confectae pecuniae quid certum ex eo oppido proveniunt. Ipse Comes ac Doctor Vergara jam hic aderunt delineandae ac describendae ecclesiae causa.

P. Villanova caeterique fratres et valent et ut semper valeas Dominum deprecantur, qui felicissimos exitus consilia tua sortiri faciat.

Compluti, Kalend. Maji 1551.

P.^{is} T.

Indignissimus filius,

DIONYSIUS.

LXXXII

P. Joannes Baptista Viola
 Patri Ignatio de Loyola.
 Parisiis, 1 Maji 1551¹



Gratia et pax etc.

Non immemor officii mei et abs te injuncti mihi muneris,
 scribam ad te, R. in Xpo. P.r, quae hoc evoluto quadrimestri
 gesta sunt.

Principio quidem illud dicam, plerosque in aula regia nobis
 obstitisse, quominus Rex privilegium erigendi collegii in Aca-
 demia lutetiana concederet Societati nostrae; quin etiam non
 paucos attentasse ne Lotharingus Cardinalis², congregations
 nostrae studiosissimus, ab ipso Rege hoc idem impetraret; sed
 Dei providentia, quae malorum hominum conatus evertit, in rem
 nostram praevaluit; nam et Cardinalis Lotharingus sese murum
 hac in re pro domo Dei posuit, privilegium illud non solum a
 Rege, verum etiam ab interiori Consilio Regis et Cancellario
 Galliarum obsignatum extorquens, cuius, ni fallor, ad vos mox
 exemplum misit. Non contentus tamen sathan, omnis boni ope-
 ris invidus, conatur etiam nos defatigatos reddere, ne incoe-
 ptum opus absolvamus, ex quo magnum praesentit Ecclesiae
 Dei fructum proventurum; nam cum ita cautum sit legibus re-
 gis, ut omnia hujusmodi indulta regia etiam a Senatu Pari-
 siensi legantur, nec in annalibus admittantur scribenda, nisi e
 rep. gallicana ab ipso Senatu esse judicentur, omnia turbat in-

¹ Apographum in fol. 20 Codicis 1551.

² Carolus de Guisa. Vide POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 90, not. 1.

genia, huic persuadens religionum numerum superfluum esse, alteri hanc Societatem magis ad convertendas externas nationes institutam esse, reliquis vero non hanc tantum, verum omnes alios ordines de medio tollendos; ita ut, cum pluribus nunc nobis est digladiandum quam prius, ferendusque non parvus molestiarum fasciculus, antequam totum hoc negotium finem suum accipiat. Speramus tamen fore ut consilio Dei omnipotentis iterum conculcetur sathan sub pedibus nostris; quoniam si proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo nobis omnia donabit? Haec sane nobis omnia evenire credimus ad probationem fidei nostrae et patientiae, quam nobis per orationes vestras donari cupimus.

Ut ad particularia descendam, juvenem satis levem, ne dicam maternae pietatis oblitum, ab ingressu religionis prohibuimus; cum enim matrem pauperrimam, a sexdecim annis gravi morbo decubentem in lecto, in pristinam valetudinem non reddituram animadverteret, nec esse videret cui tot labores essent ferendi nisi sibi soli, animo fractus et alendae matris difficultate perterritus, coenobium ingredi parabat; qua de re admoniti, docuimus illum naturalis juris praescripta magni esse momenti; deinde non hac ratione capessendam esse religionis formulam, ut scilicet alendi corporis nostri vel aliorum effugiamus labores, sed tantum ut meliores evadamus, hac via scilicet nos X.^o conformantes. Eoque consilio factum est ne pauperirma mater desereretur a filio, neve filius, ratione fugiendi laboris et abjiciendae crucis, religionis institutum, quod non propter X.^{um} capiebat, capesseret.

Mulierem item quamdam, quae se a multis annis in monasterium viduarum conjecterat, septuagenariam, egredi volentem, ne exiret compescuimus, docentes eam et scandalo futuram monasterio suo, et familiae suae et sibi ruinam; cumque illa a Superiore suo se facultatem exeundi impetrasse diceret, monui ego ne talibus dispensationibus fideret, quae et sibi prodesse et a Praelato suo minime concedi possent; quin potius, quod superest vitae et canitiei, in domo Domini pergeret consumere. Gratia autem Dei Opt. Max. effectum est ut amplius inde abire recuset.

His sacrosanctis quadragesimae diebus, multis tum viris

tum mulieribus a confessione fuimus, tam in domestico nostro sacello, tam in adjacente ecclesia, hispanis quidem scholasticis non paucis, gallis autem quamplurimis; quin etiam non desunt hispani quos, cum prius nos fugerent, singulis diebus dominicis audiamus in confessionibus, et illis cum multis aliis sacram synaxim ministramus.

Duo juvenes, quorum alter sardus, alter burgundus, et modestissimi quidem, post completa exercitia spiritualia, quae a nobis in auxilium animarum conferri solent, Societatis nostrae institutum elegerunt. Sardus quidem, ante exercitia ad nos enixe contendebat, nunc vero manibus pedibusque nititur ut in consortium nostrum assumatur. Verum monui illum ut diligentiori cura perpenderet an tantum sibi talenti existimaret dari, ut Societatis nostrae onera ferre possit. Alter vero in patriam secessit res suas compositurus.

Sacerdos ille flander, de quo ad te paucis abhinc diebus scripsi, tum propter ejus bonitatem et modestiam, tum ob perseverantiam, quam in illo sumus experti, ad duos aut tres menses recipietur in familiam nostram¹.

Doctor quidam theologus, dum superioribus mensibus adversa laboraret valetudine, licet mihi incognitus esset, me invisit, quem cum ego alloquerer et nonnulla de vitae nostrae incertitudine, de virtutibus, de raro usu earum apud homines hujus tempestatis, deque beatitudinis praemio iis promisso, qui talentum sub terram non abscondissent, dissererem, is mihi ita satisfecit ut verum israëlitam ad me venisse crediderim; cumque ab unoquoque fratrum nostrorum humanissime exciperetur, et in universa domus cubicula, quae invisere desiderabat, se contulisset, lectulos nostros super duos asseres et duo scabella concinnatos videret, conversus ad binos, quos secum duxerat, socios: en, inquit, optimam nacti sumus concionem; hac enim in domo hoc tam brevi tempore plus profecimus quam si praedicationi interfuissemus.

Quidam alias Doctor theologus, cuiusdam collegii primas, cum semel esset ad januas sui collegii, et procurator ejus, ut est moris, a scholasticis extraneis pecunias colligeret, animad-

¹ "Olivier Manare, né à Quincy-en-Artois, en 1523, admis à Paris en 1550, mort à Tournay, le 28 novembre 1614; il remplit les charges de recteur, de provincial, de visiteur, d'assistant et de vicaire général.", DELPLACE, I. c.

vertit duos ex fratribus nostris appropinquantes ut solverent, quos ille seorsum yocans: numquid non estis e Societate Jesu? Ubi rem ita esse comperit, non permisit ut solverent, quin etiam in cubiculum suum duxit, ubi promisit omnem operam suam.

Duo laici, conjugio copulati, habitantes fere in ultima urbis parte, per annum singulis diebus dominicis ad nos confessuri peccata sua accedunt, quibus et sacramentum Eucharistiae administratur. Eorum unus ait se, ab eodem tempore, quo hunc vivendi modum aggressus est, adeo in se nutritum patientiae spiritum ut, qui olim cum uxore sua semper discors erat, nunc sit ad maximam redactus concordiam.

Opinio est multorum tunc nomen Societatis nostrae futurum in hac academia celebre, cum aliquis ex illa, vir pius et doctus, aut concionabitur aut leget; nam quid nos in tanto virorum eruditiorum coetu possumus?

Quemdam, qui anathematis nodo, intervallo quinque aut sex annorum, constringebatur, cum adverso reconciliabimus hominem absolutionisque beneficium ei curavimus impendi.

Plerique, quorum nomina ad te transmisi, obnixe me rogarunt, ut te per nomen Domini Nostri Jesu Christi obsecrarem, ut illos et orationum et laborum et omnium bonorum universae Societatis nostrae, tamquam Praelatus ejus Generalis, velles fieri participes, et hujus tui assensu litteras ad eos mitteres, promittentes se quoque totam congregationem nostram altissimo Deo commendatueros.

Quidam hisce diebus flander, juvenis modestissimus, si quis alius, in palaestram exercitorum spiritualium se contulit, ubi cum mundo, carne et diabolo dimicat, de quo viciniora saluti speramus.

Duos misimus Romam, quos jam propediem ad vos adventuros speramus¹.

Studia eadem sunt fratrum quae prius, hoc uno dempto, scilicet, quod duo ex illis studium theologicum arripuerunt, de quibus non memini an scripserim.

Reliqua, quae in dies fiunt, nec scribere nec meminisse sat possum.

¹ Joannes Baptista Tavonus et Joachimus. Hic Joachimus ille videtur esse, de quo DELPLACE, l. c. pag. 3*.

Superest, R.^{de} in Xpo. Pater, ut nostrum omnium meique imprimis memoriam habeas in orationibus tuis, nosque etiam per fratrum, qui isthic sunt, suffragia juvari jubeas.

Bene vale. Kal. Maii 1551.

Tuus in Chro. Jesu inutilis filius

JOHANNES BAPT. VIOLAEUS.

LXXXIII

P. Joannes Baptista Barma
 Patri Ignatio de Loyola.
 Gandia, 1 Maji 1551¹.
 (Excerpta ex litteris)

[†]
 IHS

Ex litteris Patris Baptistae, rectoris collegii et Universitatis Gandiae, prima Maji, 1551.

Fratres nostri serio studiis incumbunt, quae magno cum fervore Gandiae exercentur, et mihi persuadeo nullibi progressus majores in litteris facturos esse studiosos quosque quam Gandiae, si illorum frequentia quieti et commoditati studiorum responderet. Domi in concionibus exercentur fratres, et multi ex illis non mediocre ad id talentum videntur accipisse.

In ecclesia vero nostra diebus dominicis mane verbum Dei proponitur populo concionando, sicut a prandio de christiana doctrina aliquid exponendo: quod praestat magister Benedictus² cui praedicationis donum non vulgare a Deo concessum est. Hic licet humaniores litteras profiteatur, in spiritualibus ta-

¹ Exemplar a P. Bernardo Oliverio confectum et a P. Polanco manu propria emendatum in folio, cui olim n. 411, nunc 78.

² Benedictus Pereira.

men colloquiis et exhortationibus non minus discipulorum mentes ad pietatem, quam eruditionem excolere conatur. Multi ex adolescentibus externis ad orationem cum nostris sese adjungunt, qui quotidie unam horam devotioni maximo cum fructu tribuunt; praeterea summopere piis colloquiis de Deo recreantur, domi nostrae sunt assidui, et octavo quoque die confitentur; horum vero magnus est numerus.

Xenodochia invisenda et eos qui carceribus detinentur consolando curo. Hisce vero diebus per Dei gratiam impetravi a Domino Marchione de Lombay ¹ ut quibusdam qui in exilium missi fuerant, quod alias ad certamen provocassent, noxam condonaret, qui cum satis poenarum dedissem in exilio viderentur, eorum reductio ad aedificationem populi et consolationem animadverto fuisse.

Ad domum nostram confessionis gratia plurimi accedunt; et si studiorum ratio non haberetur, nostris sacerdotibus feratiss esse admodum non licet.

P. Hieronymus Domenech invisit nos sub finem Aprilis, et in ecclesia nostra (nobis id contendentibus) concionatus est, et quidem cum satisfactione auditorum maxima. Nobis vero consolationi maximae fuit rara ejus probitas: Christo gloria qui eam illi et omnibus omne bonum confert.

Scripsi jam Paternitati V. de quadragesimae concionibus, quae diebus dominicis et quatuor feriis magno cum fructu fiebant: confessionibus vero plurimos adjuvit divina bonitas, in his praesertim quae ad matrimonia pertinent; circa quae casus hoc in regno rarissimos et non sine dolore referendos accidere experimur. In hebdomada sancta, pro more hujus regni ², meretricibus concionatus sum, non sine alicujus animae ad Christum conversae fructu, etc.

¹ Carolus, Francisci de Borja, Gandiae Ducus, major natu filius et in Ducatu successor.

² Morem hunc valentini regni intelliges, si POLANCUM consulas, *Chron. Soc. Jes.* ann. 1551, n. 379, t. II, pag. 349.

LXXXIV

P. Maximilianus Chapelle
 Patri Ignatio de Loyola.
 Salmantica, 3 Maji, 1551^{1.}



Admodum Reverende in Christo Pater.

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi et communicatio
 Sancti Spiritus semper sit nobiscum.

Superiori epistola scripsi P. T. quae et quanta Dominus ex
 benignate sua dignatus sit operari per P. Doctorem² caeteros-
 que fratres, quos sibi comites et coadjutores asciverat, ad in-
 junctae sibi visitationis officium in burgensi dioecesi³ rectius
 exequendum.

Toto autem hoc quadrimestri, nullus eorum praedicationis
 munus, vel alicujus alterius spiritualis muneris functionem, ex-
 tra civitatem⁴ exercuit; nunquam tamen ita vacarunt, quin
 praeter quotidiana exercitia litteraria, multis subinde sanctis
 occupationibus intenti tenerentur. P. Doctor concionatus est
 hac quadragesima in ecclesia, quae dicitur D. Benedicti, ubi
 magna semper fuit et attentio et frequentia auditorum tam ple-
 bejorum quam magnatum. Transacta quadragesima, rogatus
 est a parochis et sacerdotibus beneficiariis ecclesiae D. Martini
 (quae hujus civitatis parochiarum est praecipua), ut illius eccle-

¹ Epistola tota est manu ipsius Patris Maximiliani a Cappella, sed a Patre Polanco emendata, in folio duplo, cui olim n. 436, nunc autem 68 et 69.—Habemus etiam apographum in fol. 64 Codicis 1551.

² P. Michaël de Torres.

³ Verba haec in burgensi dioecesi addidit, perspicuitatis gratia, Polancus.

⁴ Intellige civitatem Salmanticae, ubi nostris praeerat P. Torres, et ubi peracta sunt quaecumque in hac epistola narrantur.

siae suggestum tamquam proprium sibi vindicaret, fore asserentibus ut, ex ejus praedicatione et doctrina, magna consequatur animarum utilitas et gloriae divini nominis incrementum; quorum sancto zelo et devotione commotus, onus suscepit, atque tribus diebus dominicis, a Resurrectione Domini, praedicavit magna cum eruditione ac fervore spiritus. In ea ecclesia, quorumdam probatorum hominum instituta est societas, eo fine et intuitu, ut puellae ac virgines orphanae in matrimonium collocentur: qua erecta ac firmata, Doctorem nostrum illi praefici voluerunt, ita ut nihil in ea ageretur aut ordinaretur sine praevio ipsius consilio, quo vel sic pios omnes magis incitarent ad erogandas eleemosynas, totique populo plenius satisfaccerent, cum ad omnium scilicet notitiam pervenisset Doctorem Torres huic instituto favere, et nihil in eo transigi posse nisi ipsius interposita auctoritate: itaque Doctorem obnixe roganter et obtestantur ut tam pium laborem¹ subire non gravetur; quorum tam justo cognito desiderio², provinciam suscepit donec de voluntate ac beneplacito Paternitatis tuae certior factus fuerit; sicque decretum est ut, quotiescumque celebabantur nuptiae dictarum puellarum, ipse concessionem habeat. Concionatus est etiam P. Baptista in alia ecclesia, quae juxta scholas Universitatis sita est, idque magno cum fervore et devotione, ad quem multi concurrerunt tam cives quam scholares, tam vulgares ac plebeji quam nobiles ac generosi. Quantum autem quamque uberem fructum attulerint conciones³ P. Doctoris et Baptistae⁴, colligere est ex multitudine et frequentia tum scholasticorum, quorum multi fuerunt generis claritate illustres, tum etiam aliorum hominum qui hac quadragesima domi nostrae confessi sunt, quorum tantus fuit concursus ut, licet septem essent sacerdotes qui confessiones audirent, omnibus tamen satisfieri minime potuerit; praetermissis⁵ etiam mulieribus, quarum paucissimae admodum admissae sunt; et ab eo tempore tot sunt, qui singulis diebus dominicis confitentur et communicant, ut quatuor vel quinque sacerdotes, ab hora

¹ Maximilianus scripsérat: ut tam *justum*, *aequum* juxta ac pium oneris laborem. sed redundantia verba sustulit Polancus.

² Post verbum *desiderio* delevit Polancus haec: *petentibus annuit impositamque;*

³ Maximilianus dixerat *sermones*.

⁴ P. Joannes Baptista Sanchez.

⁵ Scripsérat Maximilianus *rejectis*.

sexta matutina ad decimam usque, aliud nihil faciant quam confessiones audire, rem divinam facere et sacrosanctam eucharistiam administrare; inter quos nonnulli sunt qui, cum antea a tribus aut quatuor annis confessi non fuissent, jam, aliorum exemplo provocati, pro more habeant octavo quoque die reconciliari et sacram synaxim adire. Hi omnes, per gratiam Dei, in dies magis ac magis in melius provehuntur, eentes de virtute in virtutem, estque numerus eorum circiter quadraginta¹. Et revera, si domus esset amplior et sacellum capacius, tale praesertim quod plateam respiceret², dubium non est quin longe plures frequentarent haec sancta sacramenta.

P. Baptista praeter conciones ordinarias, quas habebat tempore quadragesimali, iis etiam praedicabat, qui carcere detinentur inclusi, quorum confessiones audierunt alii Patres domus nostrae. Sed et nunc eorum habetur aliqua³ ratio: visitantur enim nonnunquam et consolantur⁴ a P. Doctore et a fratribus; et si qua illis peculiaris occurrat necessitas, circa spiritualia potissimum, accersitur P. Doctor: unde paucis abhinc diebus, quodam ob sceleris abominationem ad capitale supplicium condemnato, accersitus est P. Doctor ut eum animaret⁵ ac ejus confessionem audiret, qui propter corporis malam habitudinem id facere non potuit, sed alium Patrem misit qui eum audivit et ejus animam Domino commendavit; pro qua, et ipso die quo concremandus erat, Missam celebravit de nomine Jesu. Semper praesens adsuit ipse et socius, deduxeruntque eum extra portas civitatis, ubi suppicio afficiendus erat, nec⁶ ab eo recesserunt donec exspiraret. Quantum Dominus dabat, animo dejectum in spem erigebant et consolabantur et, omni quo poterant devotionis spiritu, cor hominis ad Creatoris ac Salvatoris sui dilectionem inflammabant. Factum est tandem, Dei auxiliante gratia, ut tam conformis divinae voluntati, tam fervido accensus amore, tantaque in Dominum Jesum fiducia moreretur, ut ii qui aderant affirmarent, a multis annis visam non fuisse tantam animi constantiam ac fortitudinem in ho-

¹ Verba haec: *estque numerus eorum circiter quadraginta deleta sunt a Polanco.*

² Etiam haec: *tale praesertim quod plateam respiceret, delevit Polancus.*

³ *Aliqua sublatum est a Polanco.*

⁴ Sic, nec emendatum a Polanco.

⁵ Maximilianus habet: *confortaret et animaret.*

⁶ *Nec latum unguem ab eo dixerat Maximilianus.*

mine in tali articulo constituto: et hinc evenit, ut hujus viri mors omnibus magnae fuerit et admirationi et aedificationi.

Omnibus fere fratribus aliquid semper occurrit in quo occupentur; alii enim moribundis assistunt, alii inimicos reconciliant et in mutuam benevolentiam reducunt, curantque ut graves inimicitiae aut mors illata condonentur, alii tum domi tum foris proximis in spiritualibus communicant, consilium praebent, conscientiarum inquietantes scrupulos eximunt, in aliisque hujusmodi exercitiis saepissime versantur, in quibus omnibus, quantum videre licet, et Dei nomen exaltatur et proximorum salus promovetur.

Salmanticensis Episcopus, qui in praesentiarum in hac civitate residet, P. Doctori se valde benevolum ostendit eique promptam admodum exhibet voluntatem; unde certior redditus de infirmitate Doctoris, eum invisi jubet suo nomine, operam et industriam suam officiosissime deferens, sponte insuper offerens quicquid ad ejus salutem conducibile¹ judicaverit, affirmans sibi veluti quamdam injuriam irrogatam iri, si Doctor secus fecerit.

Item et Praetor civitatis atque Cancellarius Universitatis singulari quodam nos prosequuntur affectu, quod profecto cedit in magnam reipublicae utilitatem: sic enim affecti, longe facilius recipiunt et admittunt, atque majori cum desiderio audiunt si quid eis dicatur aut proponatur, quod ad rectam officii sui functionem spectat. Plurimi alii sacerdotes et scholastici tum ingenii (*sic*), tum morum probitate praestantes, dici vix potest quantopere afficiantur erga institutum et vivendi formam Societatis nostrae, quorum nonnullis usque adeo placet, ut ei prorsus addici desiderent.

Horum duo a multis diebus admissi sunt in numerum fratrum nostrorum, prius tamen susceptis exercitiis; praeter hos, alii duo sunt etiam sacerdotes, jamdudum Societati omnino dedicati, nondum tamen nobiscum degunt: prius enim theologici studii cursum consummare decreverunt; consummabitur autem ante dies viginti, quo absoluto, statim ad nos venient. Alii quoque juvenes multis ac importunis precibus rogaverunt, rogantque quotidie, ut admittantur, quorum tamen petitioni non-

¹ Maximilianus habet necessarium aut conducibile.

dum acquievit P. Doctor, ut eorum scilicet constantia ac perseverantia certius exploretur.

In omnibus laudetur et glorificetur Dominus, illamque gratiam nobis dignetur elargiri, qua ei vere, fideliter ac sincere serviamus. Amen.

Salmanticae, 5.^o nonas maji 1551.

Minimus filius Paternitatis tuae

MAXIMILIANUS A CAPELLA.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Admodum Reverendo in Christo Patri, Patri Ignatio de Loyola, Societatis Jesu Praeposito.

ROMAE.

Et in eadem pagina, ad oram, manu Patris J. Ph. Vito: Salamanca, mandate a Bologna.—Fatte tutte et mandate.

Manet adhuc cera sigilli.

LXXXV

P. Sylvester Landinus
 Patri Ignatio de Loyola.
 Mutina, 16 Maji 1551 ¹.
 (Excerpta ex litteris)

Ex aliis litteris ejusdem 16.^a Maji scriptis.
 Gratia et pax etc.

Quia Episcopus, cum ad visitandam dioecesim me mitteret, nihil me gratius sibi facturum dixit quam si crebro ad urbem redirem, partim propter eos, qui assidue communicant, partim ut de iis, quae in visitatione accidunt, ad eum referam, heri Mutinam rediens, litteras accepi Sanctae Societatis, quae mihi tantum laetitiae attulerunt, ut majorem in hac vita non desiderem, tantum etiam confusionis ut quid omnino dicam ignorem, cum tam longe me distare ab iis sanctis viris, qui volare potius in via Dei videntur quam currere, considero, nec dignum me esse qui de tam Sancta Societate dicar. Nolim tamen extra eam vivere vel mundi dominus. Sit gloria et honor Deo altissimo, qui tam mirifice per minima instrumenta operatur.

His septem diebus visitavi fere quadraginta loca Mutinensis et Bononiensis dioecesis, praedicando quotidie, quandoque quinquies, interdum sexies, aliquando etiam septies per gratiam Dei eodem die, nec fructum exiguum provenisse judico. Nam, ut particularia omittam, in singulis locis societas instituta est Corporis Domini, in qua, octavo quoque die vel, qui esset dispositus (*sic*) decimo quinto, aut minimum prima dominica mensis communicarent. Electi sunt superiores qui tam viris quam mulieribus in eadem societate praeesent.

¹ Exemplum in fol. 48 Codicis 1551. Est et aliud in folio duplici, cui olim nn. 288 et 289, nunc autem 92 et 93.

Elegimus praeterea duos, qui prae caeteris autoritate valebant, quorum sit officium lites quasvis deponere ac inimicitias sive discordias; regnabant enim plurimae factiones atque homicidia: hic audio uno die quinquaginta occisos fuisse, ibi sexaginta, alibi centum' quadraginta: omnia demum homicidiis plena et seditionibus. O quot oppressiones, quot raptus virginum, quot latrocinia, quot violentiae! et adhuc plagae calent. Et ut unum, unde caetera conjicies, referam, ad quadraginta ex iis qui occiso cuidam conjuncti erant, in conjectos¹ quidam Tanarius sigillatim evocavit et, securim in manu habens, capite truncavit; ne uni quidem pepercit, et tamen natu grandis erat. Electi sunt igitur hujusmodi pacis conciliatores, et componendarum dissensionum modum, ut ego in Domino sentiebam, eis tradidi; et singulis quibusque festis congregari cum filiis debent in ecclesiis, ut christianam doctrinam utriusque addiscant. Versantur enim in maxima ignorantia Dei et rerum spiritualium; unde inter hosce montes tam multa homicidia malaque alia nata sunt.

Delegimus etiam foeminas, quae infirmorum curam haberent; primo quidem ut confiteantur et communicent; deinde, si pauperes fuerint, ut aliquos de congregatione, ut dixi, instituta, per oppidum mittant, qui necessaria infirmis curent: ad quas etiam pertinebit dissidia, quae inter foeminas accident, compонere. Ad christianam etiam doctrinam audiendam iisdem diebus festis debent convenire, filiasque in pudicitia non in choreis et pompis enutrire, ut hactenus cum magno corporis et animae damno fecerunt. Tam ipsae quam viri ut Missam audiant et coronam seu rosarium quotidie dicant, jejunia ab Ecclesia inducta observent, et mutua charitate se complectantur, efficere curavimus. Quod per Dei gratiam se observatueros promiserunt.

Multum etiam lachrymarum fuderunt sacerdotes et laici per verbi Dei virtutem. Et revera admirandam vitae mutationem esse factam post primam visitationem, in hac secunda animadverto. Adeo ut fere omnes diebus dominicis communicent, et tam sacerdotes quam laicos in pietate profecisse tantopere video, ut Deo ineffabiles gratiarum actiones debeantur.

Et ut devotionis aliquod signum tibi referam, quodam in

¹ Sic; sed haec iisdem fere verbis enarrata vide in POLANCO, *Chronicon*, t. II, an. 1551, n. 77, pag. 199.

loco plusquam mille et quinquaginta rosaria empta intellexi. Animadvertisit etiam vitae mutatio aliis ex signis. Primum est, quod quotidie ad concionem veniunt, etiam feriatis diebus, quum prius ne campanae sonum intelligerent. Secundum, quod nemo ab ecclesia me prius recedit, nec me, donec ab eorum locis recedo, relinquit. Tertium, quod nonnulli ad alia oppida audituri verbum Dei convolant, qui prius vix praedicationis nomen intellexissent. Quartum, quod me non prius patiuntur recedere quam de reditu, quod in me est, promiserim. Omnia, ajunt, si deseris nos, propter factiones ruent. Quintum, occurruunt mihi viri et foeminae, grandes et parvi natu, sacerdotes et laici, quum ad ipsorum loca me venire intelligunt. Et quidem ex sacerdotibus nonnulli ex remotis locis oraturi veniunt ut ad eorum ecclesias, quae sunt extra dioecesim, accedam, quod libenter facio, neque id Episcopo nec alii cuiquam displicet. Magna cum laetitia animi, et quam vix possem exprimere, officio meo fungerer, nisi ex parte quorundam sacerdotum contradictiones occultae eam temperarent. Placatores et tamen ipsi redundunt, quum animadvertisunt in animarum puritate salutem nostram consistere, ad quam per frequentem communionem et confessionem pervenitur. Quod ad exteriorem attinet munditiem in supellectilibus sacris et rebus ecclesiae mundis retinendis, et instaurationem earumdem et decorem, dealbando aut depingendo, omnes obediunt.


Intra biduum redditurus sum Mutinam. Cibus noster est panis fabarum et castanearum. Laboratur enim ingenti penuria in his locis hoc temporis, et Episcopus quidem libenter pecuniam necessariam mihi suppeditaret; sed mihi aedificationi magis consulere videor non admittendo. Non enim mihi et aliis pauperibus sufficerent. Quod si, egentibus eis, ego abundarem, essem offendiculo fortassis aliis. Multi fame interierunt; alii inedia usque adeo extenuati sunt, ut mortis faciem p[re]ae se ferant. Omnia peccatis nostris adscribendum censeo. Illuminare nos dignetur Dominus, ad cuius laudem hoc etiam dicam, quod multum sudoris et laborum hilari animo tolerare concessit.

Patimur sitim et famem gravissimam interdum, lassitudinem etiam ac debilitatem, et usque adeo raucus sum contra peccata clamando, et saepius in die sudando, et postea refrescendo, ut ne loqui quidem cum duce meo possim. Sed postquam pulpi-

tum concendo, Dominus, pro illa summa charitate qua animas prosequitur, mihi vigorem et spiritum suum sanctum reddit. Sed verissime confiteor quod saepe, ubi caput habeam, ut dicitur, ignoro. Et tamen Dominus interim tantum dulcedinis et fortitudinis tribuit ut auditores mei in lachrymas resoluti dicant: Hic noster est Pater, quem misit nobis Dominus. Et licet homines feroce sint semperque armati incedant, tamen, quum a pulpito descendeo, hinc inde mihi assistunt et, defatigatum vi-dendo, multum charitatis mihi exhibent, nec satiari mei conspectu videntur. Multis itaque modis me divina bonitas consolatur et mille pro uno exhibet, et revera laetitiam aliam solidam non reperio quam fideliter Deo sub obedientia servire.

Cum Mutinenses conquesti fuerint apud Episcopum quod me extra urbem, ipsis relictis, ad visitationem aliorum locorum misisset, nunc, animadvententes fructum animarum maximum, quem Dominus producit, dolent quod eorum causa tantum labo-ris assumpserim.

Aliud non vacat legere per occupationum multitudinem quam litteras Societatis; sed lectio haec mihi satis erit, vim si mihi ipsi ad imitandum intulero. Spero in Domino me aliquando incoepturnum nec amplius procrastinaturum.



LXXXVI

P. Paulus d' Achillis
 Patri Ignatio de Loyola.
 Panormo, 18 Maji 1551¹.

IHS[†]

Gratia Domini Nostri Jes. Xpi. sit semper nobiscum. Amen.

Quae ex illo tempore quo² ad te, colendissime Pater, de rerum nostrarum successu scripsimus, Deus Opt. Max. per nos³ hactenus operari dignatus est, ut sacrosanctum⁴ obedientiae decretum observetur⁵, quoad ejus fieri poterit, paucis absolvam.

Atque ut inde principium narrandi sumam, discipuli omnes, qui scholas nostras certatim frequentant, in sex ordines ac veluti classes quasdam sunt distributi. Hi omnes et in moribus et eruditione a nostris instituuntur, qui summa cum vigilantia et studio unusquisque in sua facultate lectiones ad discipulorum captum accommodas⁶ interpretantur, caeteraque adhibent exercitamenta, quae eos et excitare dormientes et currentes incitare possunt. Itaque tantum jam paucis mensibus in hoc

¹ Ex apographo a P. Bernardo Oliverio confecto in foliis 36 et 37 Codicis 1551.— Autographae Pauli d'Achillis litterae sunt in folio duplici, cui olim erant nn. 367 et 368, nunc 28 et 29. Emendatae sunt in pluribus manu Patris Polanco; et quia utilitate sua non caret quid Ignatii Secretarius emendarit scire, et ut facile quis valeat Achillis litteras, prout ipse eas scripsit, exakte reficere, emendationes omnes ad paginae calcem subjiciemus.

² Verbum tempore, ab Achillis praetermissum, addidit Polancus.

³ per eos, qui in hac urbe sanctissimae Jesu Societatis commorantur. Ach.—per nos. POL.

⁴ ut tuae voluntati morem geramus et sacrosanctum. Ach.—ut sacrosanctum. POL.

⁵ decretum inviolabile atque adeo sartum tectum observemus. Ach.—decreatum observetur. POL.

⁶ idoneas atque accommodatas. Ach.—accommodas. POL.

descendi curriculo sunt progressi¹ nonnulli, ut magis se tam exiguo tempore² apud nostros quam apud reliquos ludimagi-
stros longo annorum decursu promovisse profiteantur³. Neque vero in hoc tantum praeceptorum cura ratioque consumitur, ut discipulorum eruditio summorum authorum enarratione⁴ au-
geatur, quotidieque magis ac magis aliquid in litteris accessionis fiat; verum eo aciem ingeniorum suorum intendunt, ut⁵ scho-
lastici universi, non minus morum integritate quam honestis disciplinis commendati enitescant; non magis⁶ scientiae quam sanctimoniae ratio habeatur, quando maxima pars felicitatis, vel tota potius felicitas, non in rerum cognitione sed in virtutis actione consistit.

Itaque non prius diebus singulis ad audiendas lectiones ac-
cedunt quin sancto rei divinae sacramento intersint. Domini-
cis praeterea diebus conciones audire, et, cujusque mensis initio, peccatorum suorum confessionem facere, vulgare est illis et usitatum; adde etiam familiaria cum discipulis colloquia, ex quibus mirum in modum adolescentes ad divinum amorem inflammantur, et coelestis ignis ardorem concipiunt. Adde etiam admonitiones et verborum spiritualium in lectionibus singulis interpositionem; nam si quis datur locus, si quae inter legendum offertur occasio, ut aliquid de mundi contemptu, de vitae emendatione interseratur, libenter interjiciunt, et in haec, tamquam in amoena quaedam diverticula, eorum interdum declinat oratio.

Ergo qui in vitiis omnibus contaminati atque obruti huc se contulerant, jam ex sordidissima morum colluvione emersi sunt et in melius vitam commutarunt; et non solum pro petulantia pudorem, pro audacia verecundiam, pro intemperantia continentiam, pro vanitate veritatem, denique pro perjuriis san-

¹ in hoc discendi curriculo profecerunt, tam fausto felicique pede sunt progressi. Ach.—in hoc discendi curriculo sunt progressi. Pol.

² temporis intervallo. Ach.—tempore. Pol.

³ apud nostros promovisse quam apud reliquos docendi magistros longo annorum decursu didicisse profiteantur. Ach.—apud nostros quam apud reliquos ludimagogos longo annorum decursu promovisse profiteantur. Pol.

⁴ perspicua summorum authorum et linguae latinae principum enarratione. Ach.—summorum authorum enarratione. Pol.

⁵ verum eo aciem ingeniorum suorum intendunt, *huc conatus omnes omnesque labores referunt, huc velis equisque contendunt*, ut. Ach.—verum eo aciem ingeniorum suorum intendunt ut. Pol.

⁶ neque minus virtutis quam eruditioris, non magis. Ach.—non magis. Pol..

ctitatem excolunt, sed incenduntur etiam religionis amore ac desiderio; unde nonnulli jam ad relligiosam¹ vitam tamquam ad tranquillissimum portum ex foeda gravissimaque hujus mundi tempestate mentem² appulerunt. Afficiunt haec et angelos laetitia summa, et parentes gaudio, et exteros admiratione; nos quidem certe incredibili voluptate perfundunt.

Audivisti alias jam, ni fallor, Pater, de nostra in aedes hasce, quas in praesentia colimus, commigratione; nunc de felici prosperoque migrationis successu audies³. Templum, quod Divo Antonio sacrum domui nostrae adhaeret, in ipso civitatis umbilico recens erectum, licet ingressu atque aditu a via publica remotum, est magnificum, satis eleganti structura, figura cubica atque quadrata, pedibus plus minus sexaginta quoquoversum, et fornicatum⁴, et insigni speciosaque testudine conspicuum. In hoc igitur templo, ad quod nobis ex horto nostro patet⁵ aditus, Mgr.⁶ Petrus a Rivadeneira, juvenis admodum, ut nosti⁷, a proximo adventu, dominicis diebus ac solemnioribus festivitatibus, obedientiae jussu concionatus est, et nunc quoque concionatur; idque cum magna hominum confluat multitudo, et non modo plebeji et vulgares homines multi, sed plerique apprime nobiles et sacrarum litterarum studiosi convenient frequentes, Deo Opt. Max. adspirante, cum jucundo auditorum applausu et benevolu quadam admiratione, nec exiguo, quod majoris momenti est, fructu,⁸ hactenus est exequutus, quem quotidie uberiorem⁹ merito speramus.

In confessionibus praeterea, Dei gratia, dictu mirum quam fuérimus hisce elapsis diebus occupati; nam permulti, qui multis jam, non dico mensibus, sed annis, confessi non fuerant, neque ullo confitendi desiderio tenebantur, exemplo illorum, qui nobiscum saepius confitentur, et celebri fama permoti, ad nos,

¹ ad monasticam. Ach.—ad relligiosam. Pol.

² meliorem mentem. Ach.

³ animum, si placet, paulisper attende. Ach.—audies. Pol.

⁴ fornicatum et concameratum. Ach.

⁵ semper facile patet. Ach.

⁶ D(ominus). Ach.—Mgr. Pol.

⁷ Verba haec: juvenis admodum, ut nosti, non habet ACHILLIS, sed addidit POLANCUS.

⁸ nec sine fructu. Ach.—nec exiguo, quod majoris momenti est, fructu. Pol.

⁹ itaque et concionem numero frequentiorem et fructum quotidie ex concionibus uberiorem. Ach.—quem quotidie uberiorem. Pol.

ut conscientiam multis sordibus contaminatam purgarent, et vitiorum maculas luerent, sese receptant. Ex his alii quatuor, alii sex, quidam septem, nonnulli decem, neque pauci totis decem et octo aut viginti annis, salutari poenitentiae sacramento et sacramenti beneficio caruerant; hic fortunarum ja-ctura ad desperationem redactus, ille inveterato odio atque animis exulceratis contabescens, nonnulli qui, in concubinatu atque adulterio obdurati, ad omne pene immane facinus occal-luerant, nihil minus quam de sua salute cogitantes. Verum enimvero, sacramento confessionis Deo suo reconciliati, et de potestate tenebrarum erepti, gravissimoque servitutis jugo, ex cervicibus depulso, liberati, vitam longe aliam instituerunt.

Meretrix quaedam inter alias, quae jam decem annos foe-dissimo turpitudinis coeno involuta, circaeis poculis perditos juvenes in sues commutare ¹ solita erat, non solum ex profun-dissima obscoenitatis voragine ² emergere, sed se etiam Deo in religione consecrare constituit.

Poenitentium numerus hisce diebus ³ fuerunt circiter mille ⁴ aut certe non multo secus. Nam multis diebus, ante lucem, ad confessiones audiendas quinque, qui domi eramus, sacerdotes, accersebamur, et usque ad tertiam noctis horam plerumque illis audiendis distinebamur. Neque vero ii tantum, qui ad nos ventitabant, confessi sunt, quamquam nonnulli etiam, propter summum ex extremis urbis regionibus concursum, cum paria facere non possemus, repulsi sunt; sed etiam moniales cuius-dam coenobii summis precibus contenderunt ut earum confes-siones nostrorum aliquis audiret; quod cum honeste negari non posset a nobis, maxima illarum utilitate et fructu perfe-ctum est. Non defuerunt plurimi, qui ad nos munuscula mis-sitarent; sed ea omnia semper intacta remisimus, ut et no-strum melius institutum intelligeretur, et nos, cum Divo Paulo, non sua sed se quaerere animadverteretur.

Jam vero quotidie ab aegrotantibus et minus recta valetu-

¹ *commutare et sirenarum cantu illectos praecepites agere.* Ach.—*commutare.*
POL.

² *voragine ac barathro.* Ach.

³ *Verba haec hisce diebus addidit POLANCUS.*

⁴ 600. Ach.—1000. POLANCUS, qui aliunde hujus numeri notitiam hausisse putan-dus est.

dine laborantibus accimur, ut peccatorum onere et aegritudinis acerbitate, quae pleraque peccata comitatur, releventur.

P. Daniel¹ apud foeminas poenitentes, et ad puritatem, Christi beneficio, ex impuritate conversas, dominicis diebus singulis concionem habet. Mgr. quoque Michaël Botellus, primo die sabbati cuiuslibet mensis peccatricibus mulieribus, in Divi Andreeae aede, prima dominica mensis nobilissimis matronis, in Divi Antonii, non sine fructu concionatur.

Cum multi juvenes, divino igne incensi et incredibili perfectionis cupiditate flagrantes, obnixe admodum ut in nostram Societatem reciperentur nos obsecrarent, ex iis quatuor, qui nostro instituto commodiores videbantur, admissi sunt; quorum unus Florentiae natus, Gubernatori Montisregii praeterito consanguinitate propinquus est. Reliquorum duo Panormitani, tertius item Siculus est; omnes optimis parentibus orti. Qui, postquam ingressi sunt, non parum in spiritu profecerunt, et in dies magis magisque ad perfectionis fastigium summo cum impetu adnituntur².

Hos R.^{dus} in Christo Pater Hieronymus Natalis in membro domus a nobis sejuncto collocavit, atque P. Petrum Venustum eis praefecit, qui singulari vigilancia atque virtute eorum omnium curam gerit. Non desunt et alii ingenui liberalesque adolescentes, qui Christo Jesu imperatori nomen dare et eodem sacramento militiae sese adstringere in hac sancta Societate concupiscant, quibus nos spem modo damus ut eorum constantiam periclitari et animum exploratum magis atque perspectum habere possimus. Itaque tantum abest ut eorum languescat studium et aliquid de pia contentione remittatur, ut quotidie potius augescere atque inflammari magis videatur.

Quamquam haec civitas panormitana multis hactenus argumentis suam in nos benevolentiam ostenderit, multo clarius tamen ardentiusque, quam gratum ac jucundum nostrum illis esset officium, paucis³ abhinc diebus declaravit; nam cum magistratus, hac de re a Pro-rege admonitus, annuos reditus collegio nostro assignare vellet, senatu convocato, ut in ejusmodi

¹ Daniel Pacybroeck. Vide supra, pag. 28.

² summaque contentione adnituntur. Ach.

³ quantumque nos facerent, paucis. Ach.

rebus fieri solet, omnes ad unum in eam sententiam ierunt¹, ut quingenti aurei singulis annis in perpetuum Societati attribuerentur, quod et confectum est². Praeterea, cum superioribus diebus abbatia, ut vocant, esset conferenda, et multi primates eam a Caesare impetrare contenderent, respondit Caesar collegio Societatis Jesu Panormi proxime erecto esse collatam, eaque de re jam ad Pro-regem scripsisse. Reditus annui illius, ut ferunt, plus minus septingentorum³ aureorum sunt.

Post R.^{di} Patris Hieronymi Domenech in Hispaniam navigationem, R. Pater Hieronymus Natalis apud Pro-regem ejus vices gerit⁴, multaque pia et sancta opera, quae ejus charitas est, excitavit. Bona cujusdam xenodochii nobiles quidam invaserant et in usus suos inverterant; ea ut in pauperum usum, in quem legata fuerant, converterentur, cum illis egit. Deinde ejus hortatu et impulsu per diversa Siciliae loca procuratores dimissi ut, in summa difficultate annonae, pauperum necessitatibus providerent. Postremo, eodem authore, permulti aulici singulis mensibus sua peccata confiteri et sanctissimam synaxim recipere decreverunt. Drepani monasterium, ad quod ex impara vita meretrices confugerent, instituendum curavit⁵. Multa alia bona ipse Pater, Dei Optimi Max. beneficio, hoc temporis spatio, et Panormi et Drepani confecit, quae majus quotidie incrementum acceptura plane confidimus.

Nunc viginti in hoc collegio sumus. Pro se quisque elaborat ne talentum, a Domino acceptum, humi defossum recondat. Faxit benignissimus Dominus Noster ut spiritum suum mentibus nostris plenissima manu infundat, quo et divinam ejus voluntatem cognoscere et cognitam perficere mereamur⁶.

Panormi, 18 Maji 1551.

Tuus in Christo Jesu minimus filius

PAULUS D' ACHILLIS.

¹ pedibus manibus ierunt. Ach.

² quod lactis auspiciis coctum, laetioribus processit, laetissimis confectum est. Ach.—quod et confectum est. Pol.

³ sexcentorum. Ach.

⁴ obtinuit. Ach.

⁵ Totam hanc periodum, a verbo Drepani ad curavit, interseruit POLANCUS.

⁶ cognitam perficere, denique promissam nobis haereditatem adire mereamur. Ach.—et cognitam perficere mereamur. Pol.

Superscriptio. †. Al molto R.^{do} in Chro. Padre il P. m.^s (*sic*) Ignatio de Loyola, Preposito della Compagnia de Jesu, A Roma.

Manu J. Ph. Vito: Quad. Palermo 1551, 18 di Maggio.

Et alia: 1551. Palermo, 18 de maggio, m. don Paulo de achilli.

LXXXVII

P. Antonius Vinck
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 19 Maji 1551¹.

Ex litteris Messana missis 14 kal. Junii 1551, a M. Antonio Vink, Rectore collegii nostri:
de proxime exacto quadrimestri, quo fere abfuit Magister Hieronymus Natalis².

JESUS-MARIA

Gratia, pax et misericordia Domini nostri Jesu Christi sit
cum omnibus nobis. Amen

Cum semper, et id quidem merito, nostrae nos ignaviae atque socordiae pudeat, nunc maxime et pudet et taedet, Pater in Christo observandissime atque imprimis reverende, eo nimurum absente, cuius nutu atque auspicio multaque apud Deum (sicuti mihi persuadeo) gratia, maxime factum est quidquid hactenus hic fieri potuit boni. Abest enim (ut scis) jam tertium

¹ Harum litterarum exempla quatuor habemus.—Primum, autographas ipsius Antonii Vinck litteras in quadruplici folio, cui numeri erant olim 326-329, nunc vero 32-35.—Secundum, harum litterarum, postquam eas polivit et in quibusdam decurtavit Polancus, apographum a P. J. Ph. Vito factum in triplici folio, cui olim numeri 330-332, nunc 36-38.—Tertium secundo simile, a P. Bernardo Oliverio confectum in foliis 23 et 24 Codicis 1551.—Quartum, exemplar secundo et tertio simile, in Hispaniam missum et in *Historia varia*, vol. I, fol. 218-220 asservatum.—Nos hic autographas Antonii litteras adamassim sequemur.

² Haec Polancus manu propria ipsis Antonii Vinck litteris praeposuit, a librariis in apographorum capite scribenda.

ab hinc mensem R.^{dus} in Christo P. Natalis¹; quo tempore, etsi a consuetis laboribus et exercitiis minime cessatum est quando, si secus fieret, responderi obedientiae nequaquam posset, eo tamen segnius remissiusque facta sunt omnia, quo velut pastore oves destitutae, aut magistro privati discipuli, continere se domi omnes, et una consolatoris exspectare adventum quam in medium prodire mallebant. Quamobrem tacerem quidem ego potius, aut uno verbo nostram omnium ineptiam et imperitiam confiterer, quam ea recensenda susciperem, quae scripturus sum, nisi me, ut id faciam, et dignitas urgeret obedientiae, et tua hortaretur humanitas, pietasque invitaret, quae nihil parvipendi putat oportere, quod, quamvis minimum sit, citra divinum tamen auxilium fieri a quoque non potest.

Ut igitur aliquando incipiām nec te diutius morer², quod ad domesticorum attinet vitæ rationem et studia, nihil his quatuor mensibus immutatum est. Idem orandi, idem studendi, idem quoque legendi modus est qui ante fuit, majore tamen in dies profectu crescenteque magis ac magis omnibus animo, non ad permanendum modo in vocatione, sed ad vivendum etiam prout in ea decet.

De juvenibus quoque, qui in domo probationis sub D. Cornelio³ vivunt, idem penitus dixerim, ita confirmatos illorum animos esse ut nihil in praesentia desiderari merito posse videatur. Quod quidem saepe nobis visum est, sed paucis ante diebus potissimum. Nam cum celebris certusque rumor turcam advenitare cum classe et exercitu non modico, has regiones implesset, praesertimque haec civitas ab ipso crederetur invadenda, tantum absuit ut adolescentes, parentum scilicet memores, de repetendis domibus aut fugiendo cogitarent, ut non modo nobiscum se morituros lubenter, sed et rogaturos (si ita res eveniret) dicarent, audacterque pollicerentur, ut his facultas daretur, quo, adhortandi causa et commonendi milites civesque, ut ea facerent quae Christi milites decent, ad urbis moenia proficerentur. Hoc, praeter caetera, quae quotidie in his videmus

¹ Messanam, Drepanum et in alias civitates Pro-regi comes fuerat primis hujus anni mensibus Natalis.

² Quae hucusque dixit Antonius, linea circumducta conclusit Polancus ne transcriberentur; itaque a sequentibus verbis *quod ad domesticorum...* initium sumunt transumpta exemplaria.

³ P. Cornelius Wishaven.

certissima bonitatis indicia, fidem nobis fecit maximam ejus spei, quam et ipsi de his concepimus et aliis praedicare non dubitavimus. Carnis et propriæ voluntatis (ut ita dicam) mortificationi et abnegationi sic ex animo vacant et hilariter, ut omnibus admirationi, nobis vero etiam pudori sint. Praecipue vero stupori est, et paene multis non videtur naturale, quod omnium domesticorum suorum tanta eos cepit oblivio, ut ne eorum quidem, quae aliquando ipsi domi ficerunt, recordentur: et si cui forte aut fratrī aut alterius consanguinei mors nuncietur (nam hoc factum superioribus diebus ut unī frater, qui sacerdos erat, alteri germana, alii etiam ex matre avia mortua sit) non solum non commoveri quicquam, sed et hilari fronte accipere videantur, illudque unum respondeant, optare se ut eorum anima requiescat in pace. Quod si quando (nam hoc raro conceditur, neque absque alio nostrum) ad suos dum aegroti decumbunt invisendos, rogati a parentibus, eos dimittimus, videas inter virorum mulierumque lachrymas adolescentulum siccis genis, virili pectore senilique mente, quamvis voce puerili, adhortantem aegrum jubentemque de divina misericordia bene sperare, caeteraque admonentem, quae tunc temporis solent esse utilissima, et demum eodem vultu atque animi robore domum ad nos reverti, quo ante discesserant, obstupescentibus et quasi conquerentibus amicis de nimia duritie (sic enim ipsis appellanda videtur) et impietate adolescentis, cum tamen unica sit pietas in hoc genere esse non piū.

Proficiunt et illi in studiis, et ex his sex, qui latinis simul et graecis litteris vacant, quadruplici compositione alternatim exercentur, metricae scilicet et solutae orationis utriusque linguae. His, sicut et nobis, lex est, ut domi latine loquantur, et habent suas repetitiones statutis horis, et nonnumquam disputationes. Sed jam de domesticis.

Reliquorum scholasticorum quidam octavo, quidam decimo quinto quoque die confitentur: sunt etiam quibus satis est communem scholarum nostrarum sequi consuetudinem, ut singulis mensibus ad minimum confiteantur. Jamque horum quidam ita profecerunt, non dicam in litterarum studio, nam hoc et ipsi agnoscent, sed in spiritualibus, ut alios etiam venentur, quos in idem rete secum trahant, succeditque illis hoc opus haud infeli-

citer: adducunt enim non paucos. Quae res, etsi sit laudabilis, cedit tamen huic, quam subjungam.

Sunt quidam inter illos adeo operibus misericordiae dediti ut, vespere e scholis dimissi, non prius suas repetant, quam carceribus clausos visitaverint; suntque hi praesertim pueri, quod mirum est, aquamque et reliqua quae possunt sua sponte ministrant; plerumque etiam collectas per urbem eleemosynas ad eos deferunt, et ad confessionem hortantur hortandoque persaepe quod volunt conficiunt. Id vero ea faciunt charitate et simplicitate ac fervore, ut contendant etiam qui primi vasa, quae in hunc usum sibi ipsimet adolescentes compararunt, arrepturi sint ut caeteros vincant officio. Quidam etiam, nihil jubente, imo vero plerumque penitus inscio praceptore, eleemosynas in templis post conciones et sacrificia colligunt, pauperibus, maxime aegrotis, elargiendas. Quae res ita parentibus placuit, ut ipsorum etiam quidam, moti filiorum exemplo, idem postea fecerint. Quo factum ut aliqui intolerandam alioqui hanc annonae caritatem minore tuerint incommodo.

Inter quos unus praecipue fuit ulcerosus admodum et scabidus adeo ut vix illi lecto egredi liceret; qui, cum neminem haberet, a quo vel tantillum sublevaretur, paene videbatur hyemem non visurus extremam, si non morbo, fame certe periturus. Hujus igitur praecipiua curam ipsi sumpserunt, ut quotidie quantum satis esset, si modo haberent, illi deferrent. Diebus vero festis quamquam ad gymnasium nequaquam accederent, par erat tamen illis cura, ne quicquam huic deesset, factumque est ut hyemis molestias evaserit. In his autem operibus adhuc constanter perseverant.

Non desunt quos ingredienda Societatis desiderium tenet, quique id patefaciant: verum nostrum est maturo in hoc uti consilio, itaque illis negare ut spem tamen non auferamus. Haec de scholasticis sufficere posse arbitror. Nam ea quae ad lectiones caeteraque scholarum exercitia spectant, cum nihil immutata sint, superfluum omnino fuerit de his quicquam dicere.

Confitentium vero numerum si dicere aggrediar, vereor ne minorem vero enumerando faciam. Nam tota quadragesima, singulis diebus, cum propter jubilaeum, tum propter Pascha, tanta horum ad nos confluxit multitudo, ut ne si noctu quidem diuque audire voluissemus, satis nos facturos fuisse existimem.

Nec sane ulla ex parte contemnendi erant permulti illorum, cum inter ipsos quidam a decem annis, quidam a viginti, alii a triginta, nonnulli etiam a quadraginta confessi non essent. A festo Resurrectionis vero ad hunc usque diem, tam multi quoque diebus festis ad nos confugerunt, divina misericordia, ut putem, si sex essemus sacerdotes (sumus autem tres tantum numero in praesentia), omnibus satis fore quod agerent. Quod autem dico, ex eo maxime patebit, quod qui inter primos nobis fuerunt devoti, quibusque jam fidere posse videmur non discessuros eos a vera via, quo facilius locus esset his qui novi venirent, alias sibi probatae (ut novimus) fidei viros confessarios elegerunt. Venerunt autem quidam, et praesertim tempore quadragesimae, tam pio affecti erga nos animo ut, cum vereremur ne expectando molestia afficerentur (non enim omnibus respondere poteramus), suaderemusque ut ad alias religiosos se conferrent, responderint se nequaquam id facturos; sed venturos potius per integrum hebdomadam, a mane ad vesperum exspectaturos, donec his confitendi facultas daretur a nostris. Communicantium multus est numerus semper, et hoc festo Pentecostes plures ducentis in templo nostro communicarunt.

Quae vero ex his confessionibus sequantur bona, longum esset recensere ita sigillatim; percurram tamen quaedam breviter. Plurimas virgines, et nobiles et inferioris etiam sortis, Christo se puras et immaculatas devoverunt. Et harum tantus est numerus, ut justum monasterium, si nunc exstrueretur, implere possint. Neque quicquam eas remoratur ad monasteria ingredienda, quam quod reformari ea prius vellent. Neque tertium, quem vocant, ordinem subire volunt. Cujus rei hanc unam afferunt causam palamque praedicant, nolle se impediri quominius, cum in saeculo degant, ad nostros illis venire liceat.

Multae quoque viduae continentiam overunt. Reliquarum etiam mulierum bona pars, licet matrimonio alligatae, sibi tamen ab ornamentis superfluis temperant, et simpliciores solito incedunt, ut facile appareat, nec intrinsecus eas jam esse quod fuerunt.

Concubinarii multi omnino divisi disjunctique sunt: plurimi vero matrimonio copulati invicem: restitutions non paucae factae. Si vero etiam ad singularia descendendum est, quidam potionem veneni ex occasione uxori propinandam jam tribus

diebus servaverat. Alter funem, quo suae quoque uxori spiritum et fauces intercluderet, atque ita mortem afferret, viginti diebus, captans opportunitatem secum tulerat. Uterque vero, postquam nostris confessi essent, eum animum deposuerunt, suisque conjugibus reconciliati sunt.

Obsessi a daemonibus multi ad D. Cornelium adducuntur, quasi ad hoc muneric peculiarem a Deo (quod apparet) misericordiam consequutum. Sentiunt enim se juvari ejus opera qui ejus consiliis obtemperant. Et inter caeteros quidam, paucis ante diebus adductus, quem qui occupaverat daemon, tacere non potuit se premi; sed, post multos ejulatus ac rugitus, multis adstantibus, palam confessus est, ad D. Cornelium, quamquam (ut credi potest) insidiouse, tamen vere: tua, inquit, humilitas est, quae me comburit. Dominus vero Cornelius nequaquam destitit, priusquam eo abire jusso, obsessi, jam tum quietioris, confessionem audiverit; qua facta, dimissus est melius, prout videbatur, habiturus, vel hoc uno quod, etsi duos jam et viginti annos natus, nunquam tamen confessus fuerat. Heri vero iterum redit confessurus.

Inter confessionis commoda, illud quoque non in postremis duxerim ponendum, quod superstitionum usus, qui tamen hactenus hic fuit plurimus, non parum aboletur.

Sed et illud inter haec praecipuum, quod pax inter multos, cosque consanguineos, composita est. Vir enim quidam paene et specie visus truculenta et animo ferus, quadam die ad nos adductus a scholastico juvene, qui eum forte invenerat; et ex oculorum frontisque habitu, quia nemo potest tacitum vultu non prodere crimen, cognoverat non esse animo quieto paratoque, aperte fassus est domesticis nostris, qui eum statim benigne alloqui coeperunt, se pridie ejus diei tormentum bellicum exonerasse in fratrem suum; propterea quod, quam ipse diu habuerat concubinam lautissimeque nutrierat, eam frater, ipso absente, cepisset usurariam, nec tamen fratrem ex eo mori potuisse, quod eum non contigisset; verum alii dedisse se id provinciae, ut eum occideret. Sibi vero id genus vitae placere, ut in nemoribus degat, nec fratrem evasurum quin vel a se vel ab eo, cui mandaverat occidendum, caderet. Hic retentus domi per aliquot horas, auditis hinc inde tam multis rationibus ad pacem cum fratre ineundam ipsum cohortantibus, ita feritatem repente

depositut ut, eo ipso die, vocato fratre, pax inter eos non sine lacrymis facta sit hac lege, ut frater concubinam illam duceret in uxorem. Paulo post vero et ipse confessus est, quod antea numquam fecerat, cum tamen tricesimum jam superaret annum, ut facile erat videre; et ipsa etiam fratris uxor, totius origo mali, multis cum lacrymis verisque signis poenitentiae confessa est. Tertius vero, paucis ante diebus, nempe ad Pascha, ajebat se confessum fuisse.

Inter alios quoque duos, generum et sacerorum, qui quatuor annis inimici fuerant, ita ut gener sacerorum vellet interficere, pax facta. Praeterea inter duos mercatores, quorum alter ob inimicitias jam statuerat urbe egredi. Alius quoque, cum ei frater occisus fuisse, ac proinde auctorem caedis fraternalae ipse per duos annos diligenter persequutus esset, ut mortem morte ulcisceretur, quadam die ita e confessione abit bene affectus et immutatus ut, quae sit adversario eoque tandem invento, inermis eum affectu maximo sit amplexus, atque ejus genam in signum remissae injuriae strictissime osculatus, orans etiam ut ignosceret quod a duobus annis illum occidere quaeisset, si data fuisse occasio.

Juvat in his immorari, si tibi non est molestum, optime Pater. Itaque aliud non contempnendum exemplum hujusmodi recensebo. Duo, quibus occisi fuerant filii, cum ut tanti facinoris auctoribus ignoscerent, quod in se erat, a quibusdam nostrorum rogarentur diu quidem ac multum, initio obstiterunt, paternum existimantes se animum deponere, si id fecissent; tandem tamen victi manus dederunt adductique ut, cum per septem annos non essent confessi, et confiteri et omnia facere, quae ille vellet quicum loquebantur, promiserint. Quorum alter eo miserabilior erat, quod duos ante annos pactus fuerat numquam se dicturum orationem dominicam idque diligenter observaverat.

Praeter eas confessiones, quas in templo audimus, saepe quoque ad infirmos audiendos eosdemque adjuvandos ut recte moriantur, nonnumquam etiam ad carceres vocamur; et quam possumus praestamus operam.

Augent confitentium, quod nemo dubitat, numerum et ipsae frequentes conciones, magna auditorum et aviditate et frequentia domi habitae. In monasteriis quoque non raro habentur; sed

ne sic quidem omnibus satisfit, quin plures optent et petant. Auget etiam non parum fratrum externa conversatio, multi siquidem hinc juvantur; et quamvis primo satis pertinaces videantur, paulo post tamen unius horulae spatio mirari possis quam facile mutantur, et alius quidem ludos, alius vero concubinam in posterum se dimissurum promittat et ad confitendum perducatur. Sunt vero qui hoc fecerunt non pauci, qui et perseverant saepe confiteri. Inimicitiae hac via inter nonnullos sedatae. Aliis datum consilium ut, positis armis ferreis, unum hostem impugnandum sibi in animum inducerent, daemonem. In summa, singuli divina gratia in officio sunt.

Nec ille quidem, qui emendi necessaria victui curam habet¹, vagatur per urbem inutiliter; sed et aliquos adducit in rete. Planeque ita noti jam mores nostri omnibus ut, quoties urbe egredimur, si qui forte in pratis ludant, nobis conspectis, statim se in fugam vertant, nonnumquam etiam omissis nummis, palliis et ensibus, unde et redeuntes capiuntur.

Quanta sit hic Societatis auctoritas quantumque integritatis nomen, jam puto alias scriptum esse. Quoniam tamen hoc non tam e vulgi sententia quam ex probatorum virorum testimonio sciri conducebit, addam quod paucis ante diebus accidit. Quinque viri religiosi, tres dominicani, duo franciscani, una eademque die et hora ad nos venerunt, postulantes sibi legi aliquid. Petebant autem alii hebraicas litteras, alii theologiam. Multis autem ultro citroque mixtis sermonibus, tunc franciscanorum senior, septuaginta ferme annos natus, theologiae doctrina et concionandi facultate insignitus, "nullum ego, inquit, hominum genus his vidi melius. Utinam repuerascere mihi liceret quo vitam una cum his transigerem". Paulo post vero, dominicanorum alter, "censeo, inquit, hujusmodi homines beatos esse, quibus nihil deest ad perfectam disciplinarum cognitionem, quiique Deum docent, qui est ipsa perfectio. Nosque fortunatos arbitror, quibus contigit hujusmodi Patres in nostra habere vicinia (nam inter nostram illorumque domum sola intercedit via), quorum summa est affabilitas, charitas et humanitas, et erga omnes promptus paratusque animus semper". Hic vero et theo-

¹ Nec expenditor ipse scripserat Vinckius, sed rectius Polancus: *ille quidem qui emendi necessaria victui curam habet.*

logi et concionatoris nomen sustinet, qui, cum paulo ante Panormo advenisset, illud redire se velle dixit ut, facultate a Provinciale accepta, Messanae viveret¹.

Sacerdos quidam Ragusius, vir honoratus et dives, hebraicæ lectionis auditor, plurimum nostro instituto affectus, rogavit saepius quibusnam conditionibus adducti huc venissemus, quantumque a civitate hac nobis promissum esset, asserens optare se efficere apud suos cives, ut idem ipsi, quod haec civitas, facerent. Quo factum ut non parum laetatus sit, ubi ab iis vocatum intellexit R. P. D. Bobadillam, aperteque testatus se, si ibi forent e nostris, non hic diutius mansurum, quamquam et hic commode habet unde illi suppetant necessaria².

Exercitia multi petunt, non tamen facile dantur. Cuidam gallo, inter caeteros, viro literato et qui recens hoc advenerat, dedimus ad finem Aprilis; isque, facta confessione generali, aedificatus et, ut ipse testabatur, adjutus non modice, cum deliberationem³ ingredi nollet, dimissus a nobis futurus paedagogus in Taurominia civitate.

Haec sunt fere quae in praesentia in mentem venerunt scribenda, Pater in Christo semper Reverende, in quibus si quid est boni, id totum Deo primum, deinde tuis precibus tribendum putamus, quibus ita confidimus, ut de nobis ipsis etiam melius sperare audeamus in posterum, his apud Deum pro nobis intercedentibus, licet alioquin nostra nobis sit terrori segnities. Quamobrem, benignissime Pater, oramus te supplices omnes, ut pro tua charitate, nostri inter orandum memor, Spiritus Sancti amorem piumque Jesu Christi zelum nostris mentibus preceris infundi a Domino N. Jesu Christo, cuius pax et gratia sit nobiscum semper. Amen.

Messanae, 14 kal. junias 1551.

Tuus in Christo indignus servus et filius.

ANTONIUS VINCK⁴.

¹ *Messanae moram faceret* scripsit Vinckius; et emendans Polancus *Messanae viveret*

² *suppetant numini* VINCKIUS.

³ *Deliberationem intellige exercitia ad electionem aut reformationem status pertinientia.*

⁴ Solum haec verba *Tuus in Christo indignus servus et filius*, Antonius Vinck sunt manu ipsius Antonii; caetera exaravit Annibal a Coudreto.

Superscriptio. † R.º in Christo P. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

J. Ph. Vito in octava pagina: Messina. Quad. Fatte tutte et mandate. 19 di Maggio. Q. V.

LXXXVIII

P. Caesar Helmi

P. Ignatio de Loyola.

Venetiis, 23 Maji 1551¹.

IHS

Molto Rdo. in Christo Padre.

La gratia et pace di Christo N. Signore sia sempre et cresca in tutti noi. Amen.

Per far l' ubedienza quanto al scriver ogni quattro mesi le cose che qua ci sono occorse d' edificatione spirituale, scrivo la presente alla R. V. avisandola che inanzi et dopo la venuta del R. P. Andrea Frusio per gratia di Giesu Christo, Signore nostro, si è fatto alcun frutto spirituale per noi minimi figliuoli della R. V. qui in Venetia et specialmente nelle confessioni, massime in uno hospitale, che chiamano dellii incurabili di Sancto Spirito, dove essendo ricercato il P. M. Andrea Galvanello, è andato spesse volte ad udir le confessioni dellii infermi, huomini et donne, che ivi sono; et essortando M. Gioan della Setta, che andava seco, alcuni di detti infermi alla confessione

¹ Harum Caesaris Helmi litterarum tria nacti sumus exempla. Primum, autographas litteras ab ipso Caesare scriptas in folio dupli, cui olim fuit numerus 269, nunc autem 62 et 63. Alterum, earumdem litterarum, postquam eas Polancus decurvit emendavitque, transumptum exemplar a P. Joanne Philippo Vito confectum et Parisios destinatum, in folio item dupli, cui nn. prius 266, nunc vero 60 et 61. Tertium, transumpti latinam versionem quam in Hispaniam misit ipse Polancus, et in *Historia varia*, vol. I, fol. 239, asservari curavit P. Christophorus de Castro. Atque haec tria exempla suo hic ordine subjiciemus.

frequente, gli dicea che qualunque, confessandosi, havesse ta-
ciuto scientemente un sol peccato, non potea conseguir la re-
mission dell'i altri peccati, anzi bisognava che reiterasse tutta
la confessione, per le quale parole due di essi si commossero
alla confessione et il giorno seguente si confessarono dal detto
P. Galvanello.

Il qual similmente ha udito in confessione quasi tutti gli in-
fermi di detto hospitale, dove alcuna volta ancor io sono andato
col P. Mtro. Philippo, Abate da Spoleti, il qual, come sa
V. R., si è risoluto per la Compagnia; et con la gratia di Jesu
Christo spiero che detti infermi siano consolati et commossi alla
devotione et proponimento di spesso confessarsi et guardarsi di
offendere Iddio.

Oltra di ciò alcune volte siamo andati ad udir confessioni
etiam fuor di detto hospitale; ma detto P. M. Andrea molto più
speso ch' io; del che penso molto si sia servito Dio N. S., satis-
facendosi molto dell' essortationi che essi infermi haveano da
noi, per confortarli alla patientia et supportar per amor de
Christo l' infermitadi.

Nella nostra Chiesa ogni domenica et festa si communicano
huomini et donne in buon numero, et tra essi sono etiam alcuni
nobili; speramo nella gratia di Christo N. S. tuttavia si hab-
biano d' aumentar l' occupationi spirituali, specialmente nelle
confessioni, perche si vede la gente molto escitarsi a devotione
per le prediche del P. Mtro. Andrea Frusio, il qual legge ogni
lune, mercoledì et veneri l' epistola *ad Romanos* di S. Paulo, et
predica ognifesta a buon numero d' auditorio, il qual ogni giorno
cresce. Jesu Christo gli aumenti in spirito et verità. Laudano
molto Jesu Christo, a cui si deve ogni laude.

Della scuola che qua habbiamo cominciato, con l' aiuto di-
vino si spera assai frutto spirituale sì dell'i scholari, sì etiam
delli loro Padri et Madri et parenti; perche alcuni di essi fre-
quentano quasi ogni domenica et festa la confessione et com-
munione, et odono le prediche et fanno molte pie opere et li
scholari una buona parte di essi si sono confessati qui per la
Pasqua rosata ¹: et havendoli io essortati che vengano alla dot-

¹ *Pascua rosata*, festum Pentecostes (così detta per venir nel tempo che son le rose — *Vocabolario degli Accademici della Crusca*).—Varius est circa hoc variarum gentium usus, cui qui non bene attendat, ut saepe jam evenit, nec recte ex una

trina christiana, si sono monstrati volonterosi, et credo non haberanno bisogno esser molto stimulati. Al presenti sono circa venti pochi più, et credo ne verriano molti più, se non si facesse resistentia ad alcuni per buoni rispetti maxime a questi principii. Due di questi sono già introdotti al far epistole; sono di buon ingenio et modesti; l' uno, ch' è di circa diciotto anni, desidera et ha deliberato intrar in una religione, alla quale l' ho molto essortato per confirmarlo nella sua vocatione.

Un gentil' huomo di questa città, per nome Mtro. Angelo Suriano, come V. R. ha inteso, si è risoluto per la nostra Compagnia, et già saria intrato, se non havesse havuto da sbrigarsi di certi negocii con li suoi fratelli. Lui, oltre che grandemente è humile, è anchora di buono ingegno et desideroso di studiar et mediocrementē dotto in humanità.

Alcuni huomini da bene hanno fatto una congregatione per riformar la loro vita et guadagnar alcuna anima a Christo, et hanno pigliato la cura d' insegnar la dotrina Christiana alli fānciulli, et desiderando de satisfar meglio a tal impresa, hanno fatto grande instantia col detto P. M. Andrea Frusio perche andasse sua R.^a le domeniche et feste al luogho dove insegnano la detta dotrina, per veder il modo che usano in insegnare, offerendosi star alla sua obedientia et correttione, et ancor acciò doppo che li putti sono partiti, facesse una poca declarazione a quelli della Congregatione detta sopra la dotrina christiana; et perche detto P. M. Andrea è troppo occupato nell' altre occupationi spirituali, ha ordinato che si contentino ch' io habbia tal cura, et così incominciai la domenica della Pentecoste. Jesu Christo sia nostra guida in ogni nostra attione.

Il Legato di Sua Santità alli giorni passati mando per detto P. M. Frusio, al qual ordinò che andasse alla prigione ad un heretico che già dieci anni è stato in una piccola et cattiva prigione, acciò l'interrogasse et tentasse se vera o fintamente si sia rimosso delle prave sue opinioni d' heresia; et così fece, et

lingua in aliam scripta vertet, nec historicorum quasdam narrationes interpretabitur. Gallis *Pâques aux roses* est, quemadmodum italis *rosata*, festum Pentecostes, *la Pentecôte*; sed distinguenda est a *Pâques fleuries*, quae est Dominica Palmarum, *le dimanche des Rameaux qui précède immédiatement celui de Pâques*. Hispanis autem *Pascua florida* neque est Dominica Palmarum neque festum Pentecostes, sed Dominica Resurrectionis.

finalmente detto P. si pensa sia veramente rimosso et non per tedio della carcere, nella quale oltre li altri degiuni et penitenzie forzate, ha un digiuno de nove mesi col pane et acqua sola. Detto heretico dicea al P. detto che, se prima havesse inteso le ragioni che S. R. gli dava, non saria stato tanto tempo pertinace et ostinato. Jesu Christo lo illumini acciò veramente si converta a lui. Il Legato detto cercava di metterlo in casa del nostro Rdo. Signor della Trinità ¹ con bona custodia acciò s'aiutasse a perfettamente riconoscer la verità con la conversazione di esso P. Frusio et di chi paresse a S. R.

Quanto alli studii nostri, per gratia d' Iddio si seguitano con molto buon ordine; per il che al principio di questo mese, nostro fratello in Christo Mtro. Fulvio Cardulo venne da Padua et ha cominciato a esponer le epistole familiari di Cicerone alli nostri fratelli et cinque delli scholari, de' quali io ho cura al presente nella detta scuola, oltra che il nostro fratello Joanne Battista Napolitano ha cura di dichiararli li rudimenti di Despauterio, nel qual fanno assai frutto per gratia d' Iddio; et similmente li essercitii nelle compositioni de latini et epistole volgari che gli da detto M. Fulvio. Nostro P. Mtro. Frusio ha cominciato a dichiarar l' orationi de Isocrate greche a M. Fulvio et Mtro. Gio. Battista detti et a me. Jesu Christo, vera sapienza, si degni a suo sancto servitio et gloria indrizzar tutti questi nostri essercitii. Amen.

Quanto sia grande la affettione del molto Rdo. Monsignor Prior della Trinità, che ha a tutti noi di casa, è di molta maraviglia, dimostrandolaci non solamente con parole ma ancora con evidenti segni et fatti. Non ci lassa mancar cosa che a noi sappia farci bisogno, et faria molto più se più potesse. Siamo certi non gli manca la bona voluntà. Per più commodità nostra et della congregazione che ha cura di insegnar a detti putti, ha assignato un corridore nell' atterrato contiguo alla nostra chiesa et casa, dove vol che facciamo le nostre scuole per insegnar lettere d'humanità, et non ci faranno niuno impedimento detti putti et congregazione, perche non vengono se non li giorni delle feste. Speramo che ancor ce li darà li due corritori, che sono sopra il sopradetto, molto necessarii per noi da pigliar

¹ Andreas Lipomanus.

qualche recreatione di animo et da far essercitio corporale senza andar fuora di casa.

Di qua tutti stiamo sani di corpo per l' Iddio gratia. Degrassi Giesu Christo N. S. darci ancor la sanità spirituale, acciò gli possiamo servir et piacer, rimossi tutti l'impedimenti. Amen.

Di Venetia, 23 di Maggio 1551.

Di V. R. indegno servo et figliuolo in Christo.

CESARE HELMI.

Superscriptio. † Al molto R.^{do} in C.^{to} P., il P. M. Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compagnia di Jesù, In Roma, a Sta. M.^a della Strada, presso S. Marco.

Pagate il porto di quattro bayocchi.

Et manu J. Ph. Vito: Qua. Venetia, 1551, 23 di Maggio. Q. S.

Et Bernardi Oliverii: 1551. Quad. Venetia a 23 di Maggio. Cesare Helmi.

Litterarum Caesaris Helmi
a P. Polanco excerpta
Parisios missa.

IHS

Molto R.^{do} in X.^o Padre:

La gratia et pace di Christo N. S. sia sempre et cresca in tutti noi. Amen.

Per far l' ubidienza quanto allo scriver ogni quattro mesi le cose che qua si sono occorse di edificatione, scrivo la presente alla R. V. avisandola che inanzi et dopo la venuta del R.^{do} P. M. Andrea Frusio, per gratia di Giésu Christo S. N. si è fatto alcun frutto spirituale qui in Venetia, specialmente nelle

confessioni, massime in uno hospitale che chiamano dell' incurabili di S.^o Spu., dove essendo ricercato il P. M. Andrea Galvanello, è andato spesse volte ad udir le confessioni dell' infermi, huomini et donne, che ivi sono; et essortando un fratello, che andava seco, alcuni di detti infermi alla confessione frequente et dicendoli che qualunque, confessandosi, havesse taciuto scientemente un sol peccato, non potea conseguir la remission dell' altri peccati, anzi bisognava che reiterasse tutta la sua confessione, alcuni di essi si commossero alla confessione, et il giorno seguente si confessarono dal detto P. Galvanello. Il qual similmente ha udito in confessione quasi tutti li infermi di detto hospitale, dove alcuna volta io anchora sono andato col P. M. Philippo, Abate da Spoleti, il qual, come sa V. R., si è risoluto per la Compagnia; et con la gratia di Dio spero che detti infermi siano consolati et mossi alla divotione et proponimento di spesso confessarsi et guardarsi di offendere Dio.

Oltra di ciò, alcune volte siamo andati ad udire confessioni etiam fuor del hospitale, d' il che penso molto si sia servito Dio N. S., satisfacendosi molto delle essortationi essi infermi, confortati alla patientia et supportar per amor di Christo l' infermitadi.

Nella nostra chiesa ogni domenica et festa si comunicano huomini et donne in buon numero, et tra essi sono etiam alcuni nobili. Speramo nella gratia di Christo N. S. tuttavia s' habbiano d' aumentare le occupationi spirituali, specialmente nelle confessioni, perche si vede la gente molto escitarsi a divotione per le prediche del P. M. Andrea Frusio il qual legge ogni lune, mercore et venere l' epistola *ad Rom.* di S. Paolo et predica ogni festa a buon auditorio, il qual ogni giorno cresce. Jesu X.^o l' aumenti in spiritu et verità. Laudano molto il modo che tiene detto P. Frusio in predicar, dicendo che satisfa alli semplici et alli dotti. Sia laudato Jesu Christo a cui si deve ogni laude.

Della scuola che qua habbiamo cominciato, con l' agiuto divino si spera assai frutto spiritual sì dell' scholari, sì etiam dell' loro padri et madri et parenti; perche alcuni di essi frequentano quasi ogni domenica et festa la confessione et communione, et odono le prediche, et fanno molte pie opere, et li scholari una buona parte di essi si sono confessati qui per la pascua rosata. Vengono alla doctrina christiana volonterosi.

Un gentilhuomo di questa città, per nome M. Angelo Suriano, si è risoluto per la nostra Compagnia, et già saria intrato, se non havesse havuto sbrigarsi di certi negocii con li suoi fratelli; lui, oltra che è grandemente humile, è anchora di buono ingegno et desideroso di studiar, et è mediocremente dotto in humanità.

Alcuni huomini da bene hanno fatto una congregatione per riformar la loro vita et guadagnar alcuna anima a Christo, et hanno pigliato la cura d'insegnar la dottrina christiana alli fanciulli; et desiderando di satisfar meglio a tal impresa, hanno fatto grande instantia col detto P. M. Andrea Frusio perche andasse la sua R. le domeniche et feste al luogo dove insegnano la detta dottrina, per veder il modo che usano in insegnar, offrendosi stare alla sua obedientia et correttione, et anche acciò che dopo che li putti sono partiti, facesse un poca (*sic*) di dichiaratione a quelli della congregatione detta, sopra la dottrina christiana: et perche detto P. M. Andrea è troppo occupato nell'altre occupationi spirituali, ha ordinato che si contentino ch' io habbia tale cura, et così incominciai la domenica della Penthecoste. Jesu Christo sia nostra guida in ogni nostra attione.

Il Legato di Sua Santità alli giorni passati mandò per detto P. M. Andrea Frusio per il credito che tiene appresso di lui, per adoperarlo in alcune cose dell' officio suo, et specialmente in discernere se un heretico era rimosso dall' errore suo, il quale dicea al P. detto che se prima havesse inteso le ragioni che li dava, non saria stato tanto pertinace et ostinato. Jesu Christo lo illumini acciò veramente si converta a lui. Il Legato detto cercava di metterlo in casa di Monsignor della Trinità con buona custodia, acciò si aiutasse a perfettamente riconoscere la verità con la conversatione di esso P. Frusio et di chi paresse a sua R.

Quanto alli studii nostri, per gratia d' Iddio si seguitano con molto bono ordine tanto li latini quanto li grechi.

Quanto sia grande l' affettione di Monsignor della Trinità, che ha a tutti di casa, è di molta maraviglia, dimostrandolaci non solamente con parole ma anchora con evidenti segni et fatti.

Di qua tutti stiamo sani del corpo per l' Iddio gratia: degnisi

Jesu Christo darci anchora la sanità spirituale, acciò li possiamo servire perfettamente. Amen.

Di Venetia, 23 di Maggio 1551.

Di V. R.

Indeg.^{mo} figliuolo et servo in Christo


CESAR HELMI.

In quarta pagina manu P. J. Ph. Vito: Venetia, 23 di Maggio 1551.

Et in alia parte ipsius manu: 1551. Quad. Venetia, 23 Magii. A Parigi.

Praecedentium litterarum
latina versio
in Hispaniam missa.

IHS.[†]



Ex litteris Patris Caesaris Helmi, qui est Venetiis, usque ad mensem maium.

Ante adventum Patris Andreae Frusii, et postquam venit huc, aliquid fructus spiritualis ex hoc collegio, Deo per ipsius gratiam collectum est, praecipue in confessionibus audiendis, tum aliorum tum maxime infirmorum. Cum in hospitali incurabilium quidam ex fratribus laicis infirmos ad confessionem frequenter exhortaretur, diceretque inutilem esse confessionem et necessario iterandam, in qua scienter vel unum peccatum omitteretur, non pauci compuncti, sequenti die confessi sunt Patri Andreae Galvanello, qui omnes propemodum in hoc hospitali aegrotantes audivit; et ego aliquando cum Patre Philippo, Abate Spoleti, qui ut novit Tua Paternitas, Societati se dedere animo decrevit, aegrotos invisimus et consolationi eorumdem et devotioni promovendae per crebras confessiones vacavimus, et non mediocrem redundare utilitatem spiritualem ex huius-

modi exhortationibus ad patienter, et propter Christi amorem libenter, ferendam aegritudinem animadvertisimus.

Dominicis et festivis diebus ad communionem non pauci, et inter eos aliqui ex nobilioribus, ad nostram ecclesiam veniunt. Speramus autem majus in dies occupationum spiritualium augmentum, excitata hominum devotione tum praedicationibus Patris Andreae Frusii, quae doctis aequo et indoctis per Dei gratiam abunde satisfaciunt, tum lectionibus epistolae Pauli ad Romanos quae, secunda et quarta et sexta feria, ab eodem Patre praeleguntur.

Ex ludo litterario et schola, quam hic statuere coepimus, proventum etiam nobis divina bonitas ostendit non mediocrem, tum in scholasticis ipsis, tum in eorum parentibus, qui filiorum occasione frequentes intersunt praedicationibus, ad Xpianae doctrinae explicationem perlibenter veniunt, crebro confitentur, piis demum operibus solcite se occupant.

Nobilis quidam venetus et bonis temporalibus affluens, relictis omnibus, Societatem nostram ingredi decrevit; et jam id ipsum opere complevisset, si expedire se a negotiis quibusdam cum fratribus suis hactenus potuisset; praeter humilitatis exiguae donum, ingenio egregio hic juvenis et ad doctrinam propenso, eruditione etiam in litteris humanioribus mediocri praeeditus est.

Societas quaedam piorum hominum, ad suam cujusque et aliorum salutem juvandam, et quasi ex officio ad pueros in xpiana doctrina erudiendos, hic instituta, a Patre Andrea Fruasio precibus multis contendit ut, diebus dominicis et festivis, ad eosdem in docendi modo dirigendos et, post puerorum dimissionem, ad melius explicandam sociis ipsis seorsim xpianam doctrinam, interesse velit, sese dicto audientes fore in omnibus pollicentes. Quoniam vero Pater Andreas Frusius occupationibus gravioribus detinetur, mihi ea provincia demandata est, qui in die pentecostes id munus sum aggressus. Utinam ad Dei honorem id prosequi divina bonitas tribuat!

R.^{mus} Legatus Summi Pontificis opera Patris Andreae Frusii in iis, quae ad suum officium pertinent, libenter utitur. Hisce diebus cum ab eo accersitus ad haeretici cujusdam resipiscens mentem explorandam longiora cum eo misceret eloquia, fabebatur ille se tot annos pertinacem in errore suo non fuisse

mansurum, si hujusmodi rationes, quae tunc proponebantur, audire contigisset. Dignetur lux eterna ei illucescere ut tenebras eorum prorsus excutiat!

Quod ad studia nostra attinet, tam graeca quam latina, per Dei gratiam non aliud quam bene ea procedere dici potest.

Valemus et corpore. Utinam et mente per Jesu X.ⁱ salutis nostrae gratiam non minus valeamus. Amen.

Venetiis, 23 maii 1551.

CAESAR HELMUS.

LXXXIX

P. Silvester Landinus
Patri Ignatio de Loyola.
Mutina, 29 Maji 1551 ¹.
(Excerpta ex litteris)

Ex aliis ejusdem litteris 29.^a Maji scriptis.

Hac hebdomada in visitatione hujus dioecesis versatus sum. Fructus spiritualis similis fuit cum scripto 16.^a hujus mensis. Ordinavimus ut singulis in locis institueretur societas Corporis Domini, ut duo viri boni ad discordias componendas, totidem ad subventionem pauperum, praeficerentur. Ordinavimus etiam ut in singulis ecclesiis, habentibus curam animarum, doctrina christiana enarretur pomeridianis horis et id diebus festis omnibus. Praeterea disposuimus duos populos, nimirum Castellum novum et Foianum, ad pacem faciendam, quod tentatum ab Episcopo et temporalibus dominis frustra fuerat. Duos etiam alios, alterum de Sancto Alvaso, alterum Delvisano, qui inter se hactenus reconciliari nunquam potuerunt. In hac vero visitatione, R.^{dae} T. P. orationes et totius Societatis impetraverunt,

¹ Apographum in fol. 49 Codicis 1551.

ut tandem discordiis modus aliquis imponeretur, omnibus in duorum hominum proborum arbitrio, ut ego institeram, constitutis.

Sexta Junii scribit supra centum loca dioecesis Mutinensis ordinationes illas accepisse, de quibus supra, et quod ex universa dioecesi tanto studio et fervore concurritur ad praedicationem, ut vix respirandi tempus suppeteret¹.

XC

P. Petrus Parra
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 8 Junii 1551².

IHS[†]

Ex litteris Patris Parrae ex collegio Valentiae 8 Junii 1551.

Gratia et pax, etc.

His litteris ea tantum brevi complectar, quae Dei gratia operata est ultima Maji hebdomada, quae prima fuit post promulgatum jubilaeum.

At primum quidem P. V. sciat Patrem Magistrum Mironem tres ex nostris sacerdotibus in carcerem Gubernatoris misisse ad vincitorum confessiones audiendas; prius tamen ipse eo se contulerat et simul cum Gubernatore et Assessore et quibusdam Juratis atque alia hominum multitudine, qui forte aderant, ad vincitos (quorum maxima erat copia) ingressus est, et tanto cum fervore durissima alioqui hominum corda in peccatis gravissimis, ad lacrymas et poenitentiam emollivit, ut qui de jubilaei gratia non cogitaverant quidem, unanimiter ad eum obtinendum alta voce confessionem petierint. Est autem id adverten-

¹ Postrema haec verba sunt Patris Polanco.

² Bina harum litterarum exemplaria vidimus. Unum Patris Bernardi Oliverii, in folio cui olim n. 412, nunc 70; alterum ignotae manus in folio 88 Codicis 1551.

dum, quod in hoc carcere, juxta delictorum formam vinci separantur. Itaque primam exhortationem tria alia vincitorum genera non audierunt; sed omnes eodem charitatis zelo perlustrans et ad confessionem hortatus, fecit, per Dei gratiam, ut omnes de peccatis confiterentur et ad sanctissimum Christi corpus assumendum se pararent. Nonnulli ex Mahometi secta ad christianismum conversi, qui ibi detinebantur, etiam confessi sunt, quamvis sanctissimae Eucharistiae illis tunc concessum non fuerit sacramentum; et quia ad jubilaei gratiam tam libenter se disposuerant, Pater Miron eleemosynas nonnullas eis quaerendas curavit, ut homines miseri, diebus jejunio dicatis, cibum caperent¹. Itaque in utroque homine eosdem est consolatus; et quod alii liberi consequi non potuerunt, divina bonitas hisce vinctis perbenigne providit. Quibus reconciliatis, die dominica Pater Miron cum quatuor sacerdotibus, tres Missas diversis in locis² celebrando, Sanctissimum Sacramentum administrarunt.

Hoc negotio absoluto quatuor diebus (nam, duobus postremis, quinque ordinis Praedicatorum et duo S. Francisci Patres nos adjuverunt), venimus in monasterium domui nostrae vicinum, Hierusalem dictum, ubi Pater Miron cum Magistro Hieronymo Domenec confessiones audierant, dum tres alii in carcere occupabantur. Mira confluxit hominum multitudo, ubi quinque Societatis sacerdotes eorum confessionibus audiendis vacabant. P. tamen Miron inde saepe alio excurrebat, ut majoris momenti necessitatibus, quae occurrerant, subveniret. Quantum vero misericordiae contulerit Deus plurimis confitentium animabus, plus ipse qui contulit posset exprimere. Hoc tantum dicam, aliquos accessisse qui duobus annis, qui sex, qui undecim, qui demum viginti quinque annis a confessione abstinebant. Gloria sit Deo, bonorum omnium auctori, qui ad haec omnia Patribus vires concessit animi et corporis.

Cum enim proventum uberem in vinea Domini viderent, a quinta hora post medium noctem, integrum diem usque ad multam noctem, et aliquando ad medium usque, Missae sacrificio intermisso, confessionibus vacabant; et cum nec sic quidem de-

¹ Intellige consentaneum, juxta Ecclesiae leges, jejunio cibum caperent, qui saepe a pauperibus non facile parari potest.

² Scilicet, in diversis intra carcerem locis.

votioni populi posset satisfieri, integrum noctem impendere cupiebant huic pietatis officio, et ad id facultatem petebant, quae tamen eis concessa non fuit.

Moris est in hac urbe, in ultima quadragesimae hebdomada, meretrices in locum quemdam, ubi Deum certe eo tam sancto tempore non offendant, includere; conceditur et illis praedicator ut conetur a peccatis, quascumque poterit, reducere. In hac ergo sancti jubilaei, ob prosperum Concilii successum, promulgatione, in locum illum coactae sunt. Et P. Miron, pridie jubilaei, tres integras horas illis est concionatus. Dedit illi Dominus tantum fervoris et gratiae, ut undecim ex illis Christo acquisierit; et post quartum vel quintum diem, altera concione, trium item horarum, quatuor aliae a peccato revocatae sunt; et hae omnes in domum quamdam, in civitate Valentiae resipiscientibus constitutam, deductae sunt, quo sacerdotes aliquando, qui Missae sacrificium celebrent et spiritum ipsarum foveant et consolentur, de nostris mittuntur. P. vero Miron ex ultima concione raucus valde adhuc manet, ut vix loqui possit. Duo vel tres viri nobiles, qui Patrem Mironem comitati sunt cum duobus fratribus, domesticis asserebant, si a tribus pessimis et inveteratis in malo foeminis ibidem aliae non fuissent impeditae, medium meretricum partem, quarum maxima est multitudo, fuisse convertendam. Tanta fuit earum commotio. Deo soli honor et gloria.

8.^a Junii 1551.

XCI

P. Adrianus Adriaenssens
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio 23 Junii 1551 ^{1.}

†

Gratia et pax, etc.

Amantissime pater, quandoquidem sancta obedientia id exigit, paulo latius referam quomodo mea professio, qua quidem valde indignus sum, transacta sit.

R.^{dus} D. Decanus et Cancellarius ² est spiritualis pater et confessor nostri magni hospitalis lovaniensis. Est enim coenobium virginum more hospitalium provinciae hujus ³. Hinc factum est ut ibidem facerem professionem 30 maji. Aliunde dictus locus mihi placuerit, quod videlicet hospitium est pauperum. Chorus templi a summo mane remansit clausus, ne promiscuum vulgus nos obrueret; reliqui praecipui intrabant per ipsum coenobium. R.^{dus} D. Decanus devotissime cumque magnificis ornamentis, calice, ampullis et pace argenteis et deauratis ejusdemque Societatis armis nomine Jesu insignitis, Missam legit, qua cum magna cordis compunctione tam celebrantis quam auditorum finita, R.^{dus} D. Decanus coepit latine concionari, et post salutationem B.^{ae} Mariae ob praesentiam plurimorum laicorum repetiit eamdem [orationem], perrexitque germanice, idque cum magno spiritu et charitate et ex intimis (ut videbatur) animae visceribus, quodque verbis exprimere nequibat, variis gestibus ostendere conabatur, incredibi-

¹ *Historia varia*, vol. I, fol. 214.

² Ruardus Taper.

³ Praetermissee hic aliquid videtur librarius, quod hisce verbis expressit Polanco, *Chron.*, t. II, pag. 284, n. 242: *virginum enim coenobium, provinciae illius more, hospitale dicebatur.*

lem sane, ac divinum quemdam affectum ad Societatem nostram ostendens.

Summam autem hujus concionis prosequar¹. Thēma fuit: *mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut et ego dilexi vos.* Joan. 13. In lege carnalibus rudibusque Judaeis mandatum fuit: *diliges proximum tuum sicut te ipsum;* hoc vero novo X.ⁱ Domini nostri mandato jubemur debere diligere proximum sicut nos ipsos, videlicet, sicut X.^{us} dilexit nos, ut pulchre exponit D. Cyrillus lib. 9. in Johannem c. 23. Doctores docent, et recte, charitatem esse ordinatam, et primo incipere a Deo, secundo a se ipso, etc.; sed ipsa natura charitatis, in se considerata, alium jam dictum ordinem servat. Haec nova Jesu Societas studet non solum communi modo bene vivere, ut omnes Xpiani tenentur, nec tantum excellenti modo, ut religiosi, sed, secundum novum istud X.ⁱ mandatum, excellentissimo modo; nihil dilectioni fratrum anteponere, sui nullum habere respectum, se ipsum exinanire, seque totum ad Dei honorem proximorumque salutem effundere, vitam propriam pro animarum salute contemnere, omnem denique laborem omneque periculum subire pro X.^o animarumque salute. Novus sane et inauditus est hic dilectionis modus, quem X.^{us} dominus, ex hoc mundo ad Patrem transiturus, serio discipulis commendavit. Haec Sancta Societas novum istud X.ⁱ mandatum pro fundamento ac radice habet. Non ad particulare aliquod charitatis seu obedientiae officium se adstringunt qui de hac Societate sunt, sicut reliquae religiones faciunt, sed ad ea omnia, ad quae mittuntur, quaeve tamquam ad salutem animarum magis utilia sese offerunt. Sane istud est tam excellens ac sanctum, ut omnem intellectum superare videatur. Non mirum ergo si haec Societas a paucis cognoscatur. Merito sane vocatur Societas Jesu, non quod nos simus ex societate diaboli, sed quia excellentiori, immo excellentissimo modo, sequatur Dominum Jesum ejusque sanctos Apostolos. Ego omnes eorum bullas, constitutiones et exercitia legi approbata et confirmata per modernum Pontificem ejusque praedecessorem. In habitu sequuntur morem piorum sacerdotum provinciae, in cibis et similibus nulla utuntur

¹ Sequens Ruardi Taper oratio edita jam in lucem est in *Chron. Soc. Jes.*, t. II, pag. 284, n. 243, et dubium non est ex his illam litteris fuisse desumptam. Est tamen hic plenior et emendatior.

singularitate. Non cantant in templis; eorum exercitia non continent magnas poenitentias et similia; sed omnia propemodum sunt communia et interim perducunt ad maxima. Nova profecto et inaudita sanctissimaque sunt haec, sicut et dictum novum X.ⁱ mandatum. Non quod habitum et alia, quae religiosorum sunt, damnemus in eis, quibus haec sunt necessaria et utilia, etc. Quod ad vota hujus novae sanctaeque Societatis attinet, vovent imprimis tria vota substantialia, more omnium religiosorum; sed longe perfectiori, immo perfectissimo modo, ita ut ipsorum vita potius coelestis ac divina quam humana sit dicens vita. Vovent enim secundum bullas et constitutiones Societatis ejusdem. In paupertate omnes religiosos, etiam franciscanos, excedunt. Illi namque bona communia saepe habent, et, pro Missis eleemosynas accipiendo, in paupertate sublevantur; haec vero sancta Societas nec ulla communia nec privata habet bona, nec pro Missis aut aliis charitatis officiis eleemosynam ullam admittunt, X.^{um} dominum perfecte sequentes, qui non habuit ubi caput reclinaret. Scholares quidem ejusdem Societatis sua habent collegia, idque in Universitatibus fere, ut videlicet ibidem studeant praeparenturque ad professionem; sed ex hujusmodi bonis aut collegiis ipsi professi nihil possunt in utilitatem suam convertere. In sancta quoque obedientia omnes superant, quia sine ulla tergiversatione implicita vel explicita coguntur agere et ire ad quodcumque opus et quocumque mittantur, sive ad indos, sive ad haereticos, sive ad turcas, sive ad barbarissimas quasque nationes, etiam si praesens mortis immineret periculum. Quod itaque sanctus Franciscus ex superabundanti Dei zelo semel tentavit, ad hoc hi sancti filii se voto obligant, si eo mittantur, et potius mori quam quovis modo pro reversione sollicitare. Hanc quoque specialem obedientiam vovent Summo Pontifici pro tempore existenti. Castitas major esse non potest quam cui omnes religiosi se adstringunt. Postremo vovent specialem curam puerorum in rudimentis fidei. Recte sane praevidit ipsorum primus institutor, modernus praepositus Ignatius, non posse mundum reformari, nisi pueri rudiioresque in fundamentis Xpianaee religionis bene instituantur. Alii exponunt evangelia aut epistolam aliquam et bene faciunt. Sed hi sancti filii et domini in longe humiliori ac magis necessario versantur officio, cum in dictis documentis occupantur.

Hoc enim iudi medio plurimum modo fructificant in diversis Indiae, Aethiopiae, etc., partibus. Quandoquidem ergo haec Societas tam est sancta et excellens, non mirum si multos habeat adversarios. Existimo autem quod plurimi potius ex ignorantia, quam malo aliquo animo se opposuerunt, quibus cum haec innotuerint, spero quod aliud et melius de sanctis istis filiis sentient et judicabunt. Si qui vero his se opponere pergent, non dubium est quin graviter Dominum Deum offendant, qui hos tam singulariter eligere dignatus est. Sit ipse benedictus in saeculorum saecula. Amen.

Ecce, Pater R.^{de}, haec est summa dictae concionis, qua finita, feci indignus professionem more Societatis. In prandio ejusdem diei valde humaniter invitavit et suscepit nos et omnes fratres D. Decanus. Audivi omnia, in professione jam dicta, cum mira aedificatione esse acta. Immo istis diebus dixit mihi Licenciatus quidam, valde in spiritualibus curiosus, nihil neque plus neque minus desiderari posse. Quod sane non miramur, quia sine nostra sollicitudine ipse Dominus Deus omnia suaviter disposuit et direxit. Ipsi laus, honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. De his ergo satis.

Contigit superioribus mensibus, videlicet, post pascha, ut parentes senes¹ nostri charissimi in X.^o fratribus Rugerii mitterent lovanium duos ex fratribus Rugerii, omnibus modis supplicantes ut Rugerium permitteremus venire in patriam, occasione primitiarum fratris sui, dicentes se eum nolle impedire in sua vocatione et similia. Concessimus eis. Igitur ergo in patriam Rugerius, ubi promissis non stando, parentes, amici et alii eum a suo instituto revocare nitebantur utque aliam potius religionem intraret. Postremo consuluerunt quemdam religiosum, priorem (credo) coenobii cujusdam, sacrae theologiae baccalaureum, cuius resolutione super hac re audita, omnia denuo fuere inversa; et sic Rugerius, relictis parentibus, statuto die rediit laetus in Domino, memor sanctae obedientiae et verborum Domini; *Qui non odit patrem*, etc. Dictus vero Religiosus scripsit ad magistros nostros, doctores sacrae theologiae lovanienses, ut suum de nobis judicium ipsi transcriberent, quod libenter fecerunt, et harum litterarum exemplum hic subjungo:

¹ Detrita est charta et incerti sumus an *senes* scriptum sit an aliud simile; se tamen perspicuum est.

IHS[†]

S. P.¹ in Domino: quia animadvertisimus in epistola tua, venerande bachalauree, te usum bona et religiosa modestia, ita ut decet Dominici², immo X.³ discipulum, putavimus tibi paucis quaedam aperienda esse de Societate, quae dicitur nominis Jesu. Non diu est cum super hac Societate consulti sumus, et hac occasione, diligentia magna adhibita, inspeximus et expendimus originem ejus, progressum, et approbationem per Sedem Apostolicam, denique privilegia etiam per eamdem Sedem concessa: perlegimus praeterea eorum exercitia, et totam rationem exigendae vitae; atque, omnibus expensis, judicavimus sine ullo dubio institutum hoc vere sanctum esse et omni favore prosequendum, et in quo viventes possint et seipsos salvos facere et eos qui ipsos audiunt. Sicut jam nunc plurimi per eos, Deigratia, salvi facti sunt et fiunt quotidie. Haec te ignorare non miramur, quia Societas haec nondum apud omnes innotuit. Quare, cognita jam per nos veritate, tuum officium erit parentes ac cognatos Rugerii super eadem veritate instruere ut, relicto metu et moestitia, potius gaudeant, et gratias agant
 qui affectum ins⁵. Nec dubitet, si constanter filius perseveraverit, quin et in hac vita Xpo. sit valde placitus, et post hanc vitam reportatus finem propositi sui, salutem animae suae.

Vale, et sacra theologica studia semper colere et exercere stude.

Lovanii, 11 maii 1551 anno.

Subscripserunt D. ac M. N. Hasselt et Dominus decanus Cancellarius.

Hactenus Magister Adrianus.

Quod ait facultas theologica se consultam esse, verum est omnino; nam soror Imperatoris, quae illius regionis administrationem habet, eam de nostra Societate consuluit, et tunc valde honorificum de ea testimonium reddidit. Quod vero Reginam Mariam, inferioris Germaniae gubernatricem, movit ad consulendum, facultas erigendi collegium Lovanii, petita a quibusdam, fuit⁴.

¹ Salutem plurimam.

² Hinc conjicies hunc baccalaureum Ordinis Praedicatorum alumnum fuisse.

³ Attrita chartae ora, desunt tria aut ad summum quatuor vocabula.

⁴ Haec Polancus.

XCII

Marcellus de Salazar
 Patri Ignatio de Loyola.
 Gandia, 3 Julii 1551¹.
 (Excerpta ex litteris)

Ex litteris Marcelli, scholastici Societatis Jesu in eadem Universitate Gandiae, 3.^a Julii.

Sub festum Sancti Spiritus² profectus est hinc P. Baptista³ cum socio sacerdote in maritimum quoddam oppidum huic vicinum, nomine Denia, ut inviseret populum illum, cui raro aut nunquam, ut arbitror, id contigit, ut ab hujusmodi piis et religiosis viris viseretur. Est eo in oppido bona pars redditum hujus nostri collegii, unde par erat spirituales fructus in eis optare, a quibus temporales accipiebamus. Postridie quam eo pervenerunt, licet dies labori dicatus esset, dedit tamen operam P. Baptista ut populus ad ecclesiam per praecomen vocaretur, ibidemque concionatus, ad conscientias per confessionis sacramentum emundandas, et sanctissimam eucharistiam, in festo tam solemnii Sancti Spiritus, digne suscipiendam, ut Dei legatus, hortatus est. Et quamvis id genus hominum (ut qui non ita pridem ad Christi fidem ex Mahometi infidelitate conversi fere sunt) non parum sibi fecisse videantur, si semel quotannis id praestiterint, illorum tamen corda sic emollivit verbum Dei, ut plurimi Patris Baptiste consilio acquiescerent. Eodem die, a prandio, in plateam, quod sane spectaculum inusitatum, nec unquam apud illos visum fuit, ad concionandum egressus est. Instituit deinde hunc ordinem, ut ipse mane concionaretur, vespere autem ipsius socius christianam doctrinam declararet,

¹ Apographum, Patris Bernardi Oliverii manu, in folio 72, olim 411.

² Pentecostes.

³ Joannes Baptista de Barma.

qua absoluta, omnes cuiusvis aetatis et sexus alta voce praecuntes pronunciabant; quod mirum sane merito cuivis videatur tam brevi tempore hujusmodi hominum animas, verbo Dei vietas ad hasce pietatis functiones adduci potuisse. Instituit prae-terea, pridie festi Sancti Spiritus, puerorum pompam vel, ut vocant, processionem, ut extra oppidum, ad templum Divae Virginis sacrum irent; cum quibus alter Patrum doctrinam christianam alte pronunciando incedebat, cui omnes alternatim, maximo cum ordine, canendo respondebant; Patris vero consilium hoc fuit, ut mos ille, similibus festis observatus, parentes ad pueros suos mittendos alliceret.

Percrebuit fama profectus spiritualis hujus oppidi in alio eidem vicino, cuius pastor, suarum ovium pietate motus, rogatum misit P. Baptistarum ut apud ipsos dies aliquot, antequam Gandiam rediret, vellet divertere. Ille autem, cum ea providisset Deniae quae ad animarum auxilium facere judicabat, solum suum ibidem relinquens, qui eis praedicaret, solus quo vocabatur accessit. Quis fuerit consequutus animorum profectus, exprimere facile non esset. Ipsorum domicilium (posthabitis Gubernatoris et aliorum hospitiis, quae cum precibus offerabantur) hospitale pauperum fuit. Sed tam in his oppidis quam in via, tantum spiritualis consolationis operariis suis Christus concessit, ut perlibenter, si per negotia domestica liceret, saepe illo essent reddituri.

Redierunt itaque Gandiam, ubi curat diligenter Pater Baptista ut pauperes a scholasticis nostris christianam doctrinam edoceantur. Mittuntur etiam ad carceres, qui vinctos piis sermonibus et verbo Dei consolentur. His diebus quidam deprehensus fuit qui ad mauros transfugerat et christianam fidem abjuraverat: nullum non movit lapidem P. Baptista ut illum a sua perfidia ad veram religionem reduceret. Cum tamen nec die nec noctu ab ipso secederet, et crebro Patres ac Fratres collegii ad eum mitteret, et [ut] instantre orationi propter illius conversionem omnibus domesticis injungeret, cumque usque ad patibulum (ubi suspensus fuit) nunquam eum deseruerit, dictu miserum et extimescendum, profecit tamen nihil; et in duritia peccati sui mortuus ille est. *Quis cognovit sensum Domini?* etc. Tam multis laboribus et orationibus evinci cum hic non potuerit, duo alii levi opera et diligentia ad Christi fidem revo-

cati sunt, qui in praecepsis Domini et aliis scitu necessariis jam instructi sunt. Laudetur bonorum omnium auctor Deus.

In collegio, praeter conciones publicas et christianaे doctrinae explicationem, de quibus mentionem feci, virtutum profectui ferventer insistitur, et obedientiae perfectionem (quam a P. V. commendatissimam esse intelligunt) maximo studio consequantur et, proprio sensu ac judicio abnegato, et voluntate propria omnimodis conterenda et conculcanda, sese ut integra holocausta Deo immolare adnituntur; corporibus autem male consultum esset prae fervore spiritus, si Patris Baptistae prudentia non juberet sanitatis rationem omnino haberi: suapte enim ad studium mortificationis valde fratres propensi sunt.

In studiis litterarum humaniorum, latinarum et graecarum, tum artium liberalium et sacrae theologiae studiis, non in lectiōnibus solum sed et in scholasticis exercitationibus, solers diligentia a magistris et discipulis adhibetur; ingenia satis felicia, judicia matura, eruditio non mediocris (pro cuiusque gradu) in fratribus animadvertisit: externi vero scholastici, quoad ejus fieri potest, ad nostrum morem prope accedunt.

Die dominica infra octavam Corporis Christi Jesu, pompa devotissima instituta est, quae ad ecclesiam nostram venit, cui novus Gandiae Dux¹ interfuit et frequentissima populi multitudo, cui concionari debuit pro more P. Baptista, Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae inclusum sacrario in manibus tenuendo; quod sane cum maxima omnium aedificatione peractum est.

Alia non pauca ad gloriam Dei quotidie fiunt, de quibus siccillatim scribere, longum esset.

¹ Carolus de Borja, qui paulo ante patri suo, Francisco de Borja, in Gandiae Ducatu successerat.

XCIII

P. Annibal de Coudreto
 P. Joanni de Polanco.
 Messana, 14 Julii 1551^{1.}

IHS[†]

La gratia et pace di Christo signore nostro sia sempre et cresca nei cuori nostri. Amen.

Molto Rdo. Padre mio in Christo. M' è stato commesso dal R.º P. Maestro Antonio scriver a V. R. l' ordine delle lettioni et essercitii, che qua si suole servar; il che farò andando di scuola in scuola.

Nella infima de grammatica sono quattro ordini di scuolari. Il più basso è di quelli che imparano a leggere, dei quali noi non abbiamo altra cura che fargli imparar buoni costumi insieme con gli altri. Quanto al resto sono insegnati o da' suoi fratelli, se gli hanno nella medesima scuola, o da certi scuolari d' il 4.º ordine, poiche essi già hanno satisfatto al suo maestro.

Il 2.º ordine è di quelli che recitano il Donato² a mente et sono essercitati a declinar nomi et congiugar verbi semplicemente, colla explicatione volgare. Questi potranno esser essercitati da qualsivoglia dell'i scuolari dal 4.º ordine della medesima scuola; ma non pare buono al nostro R. P. Mtro. Natale che, potendosi far da quelli di casa, si faccia per altri. Per ho

¹ Totae sunt hae litterae manu Patris Annibalis de Coudreto scriptae in triplici folio numeris olim 333, 334 et 335 signato, nunc autem 39, 40 et 41. In sexta pagina, in qua superscriptio est et vestigia adhuc cernuntur cereae rubrae qua obsignatae fuerunt, haec leguntur: *Messina. P. Annibale Caudreto (sic) 14 di giuglio. De ratione studiorum.* Et Polanci manu: *de ratione studiorum. Messanae.*

² AELIUS DONATUS, *De octo partibus orationis.*

(sic) hora lo fa uno giovane d' il detto ordine, il qual s' ha dato alla Compagnia, senza perho haver alcuna authorità sopra di loro, se non di referir ogni cosa allo maestro della scuola. I medesimi essercitij sono la sera che la mattina per spatio circa d' una hora, tanto che lui può ben far questo et studiar per se et satisfare al maestro suo.

Il 3.^o ordine impara la prima parte degli rudimenti di Despauterio¹, non tutta, ma la parte più necessaria, et secondo la capacità d' ogni uno ne rendono ogni giorno un poco a mente recitando anchora il Donato, acciò non perdano quello che hanno imparato. Et sono essercitati sopra tutti doi, facendo ogni giorno una compositione a questo ordine: primo, per alcuni giorni di soli substantivi, molti insieme, dependenti l' uno dall'altro; poi di adjettivi soli; et dopoi alcuni giorni de tutti doi insieme; poi se gli adgiunge il verbo, uno, o doi, o più, secondo pare al maestro, et ultimamente s' adgiunge il relativo, dandogli il maestro in scritto tutti gli vocabuli che in essa compositione entrano, tal che non hanno altra fatica che giungerli insieme secondo le regole.

Il maestro di questi ha ogni autorità sopra di loro di riprendersere et percotere, come lui pare *in charitate Domini nostri Jesu Christi*. Ha *tamen* superior di se il maestro del 4.^o ordine, et è sempre uno di casa nostra, et per il presente è Maestro Michael Savoiano. Suole star nella scuola due hore la mattina et due la sera; qualche volte etiam mancho, secondo è il numero dell'i scuolari.

Il 4.^o ordine recita il Donato senza volgare et molto alla volta, come saria uno verbo attivo o poco manco; et questo perche non si lo smentichino, se dal tutto lo lasciassino. Non perho sempre gli medesimi verbi si recitano, ma altri a forma di quelli che sono nello Donato. Recitano ancora la 1.^a parte degli rudimenti, la quale hanno imparata nello 3.^o ordine per la medesima ragione, et poco a poco imparano la 2.^a parti di essi rudimenti di Despauterio per la compositione, et le regole di grammatica fatte per Francesco Pharaone messanese², per in-

¹ JOANNES DESPAUTERIUS (*van Pauteren*), Commentarii grammatici.

² Alius a Pharaone, etiam Messanensi, de quo in *Historia Societatis* saepe fit sermo, qui vocabatur Petrus.

trodureli nel componere, non havendo molta cura se tutta la vederanno in questa scuola o non, imperocche nella seconda scuola anchora si legge et più essattamente. Fanno ogni giorno una compositione sopra le dette regole, dandogli similmente il maestro i vocabuli latini che non hanno nel libro suo, acciò non attendano se non a congiungerli bene; et esso maestro tutte le vede et emenda il giorno sequente. Il sabbato non s' impara niente di nuovo, se non che si recita tutto quello che hanno imparato la settimana. Il maestro di questi ha cura di tutta la scuola et ci sta tre hore o più avanti mezzo giorno et quasi quattro dopoi.

La seconda scuola ha uno solo maestro, ma doi ordini, et si legge in essa la grammatica di Pharaone per gli più deboli et la prima parte della grammatica di Despauterio, cioè *de generibus nominum, declinationibus*, etc., insino alla syntaxi per tutte, et qualche tempo Ludovico Vives *de exercitatione linguae latinae*, et per li majori separatamente il libro *de octo orationis partium constructione* fatto per Erasmo, et una lettione delle epistole de Tullio, et Terentio, o eglogue de Virgilio. Hora si leggono quattro: Pharaone, Despauterio, l' epistole di Tullio et Terentio ogni giorno, et gli scuolari majori imparano li tre ultimi a mente: ben è vero che poco si legge. Gli più deboli imparano sole le due prime, et tutte si recitano il giorno sequente, dopoi che si sono lette. Avanti che l' altre si leggano et dopoi il recitar, il maestro li fa dichiarar a essi scuolari, et gli essa-mina, riducendo i modi di parlar et ogni voce alla sua regola. Ogni ordine ha il suo latino ogni vespro, et la sera d' il giorno sequente il maestro vede tutti quelli delli piccoli; de gli majori non, perche basta che sei o sette lo legano alta voce, et emendando questi, gli altri l' emendano da sua posta. Hora *tamen* tutti si vedono d' uno in uno.

Era anchora costume che il maestro desse alli scuolari la sua compositione per che conferessino la sua con quella, ma già non si osserva. Letta qualsivoglia lettione, si fa ripeter subito a duoi o tre scuolari con la ripetitione che il giorno sequente si ha da far avanti che legger l' altra come habbiamo detto. Disputano ogni mattina dopoi la lettione per spatio di mezza hora o circa, et tutto il sabbato dopo mezzo giorno. La mattina del sabbato ripetono tutte le lettioni della settimana et

le recitano a memoria tutte insieme. Sta il maestro sei hore il giorno nella scuola.

Nella ultima scuola di grammatica si legge l' inverno , cominciando dall' Ottobre insino a Pascha, la syntasse di Despauterio; da Pasqua insin all'Ottobrio l' arte metrica, il libro *de figuris et*, se ci è tempo, la ortographia; il tutto del medesimo authore.

Diceva il R.^{do} P. Mtro Natal che si potria leggere in questa scuola alcuni libri di Valla ⁴. Per authori hanno l' epistole di Tullio familiari, o l' *amicitia*, o *de senectute*, o Sallustio, o qualche cosa simile, non troppo grave, o anchora Terentio , come fu l' anno passato, servando quasi sempre questo ordine, che in questa scuola sia sempre una lettione di precetti et doi d' authori latini, con la syntasse doi di prosa, con l' arte metrica uno di prosa et uno poeta , cioè qualche opera di Ovidio delle più pudice, come sono il libro *de tristibus* et *de Ponto* , per esser questo poeta molto bono per introdurre uno in versi, essendo facile et copioso, etc.

Fanno compositione ogni giorno, dandoli il più delle volte il maestro il volgar, qualche volta facendola di sua inventione a esempio di Tullio. Le compositioni non si possono emendar tutte, ma solamente dieci, o dodici, o poco più o manco. S' ha però rispetto che tutti in la settimana per ordine emendino. Dopo Pasqua oltra la compositione in prosa hanno di far verso latino, benche pareva al R. P. Nadal che fosse troppo, et si ha veria di mutar a uno giorno prosa, l' altro versi. Disputano la mattina per ordinario uno poco, et il sabbato dopoi mezzo giorno tre hore. Recitano tutte le lettioni, che si leggono , ogni giorno, et si legge mediocremente; et il sabbato mattina un' altra volta le recitano et ripetino. Questo d' il recitar tutto quanto si leggeva ogni giorno, parse troppo; et però fu ordinato che bastava imparar una lettione di precetti et un' altra.

Questo è l' ordine della 3.^a scuola, che si ha servato gli altri anni; ma questo anno non si ha potuto servar in tutto, massime in lettioni. Imperocche essendo aggiunto il greco nell' humanità et montate le lettioni, non poterono gli scuolari della 3.^a scuola ascendere, ma bisognò che questa satisfacesse a doi ordini di

⁴ LAURENTIUS VALLA ; ejus opera, in unum collecta , edita fuerant Basileae, a. 1540.

scuolari et havesse alcune lettoni di quelle si solevano leggere nell'humanità. Perho in essa si sono letti quest' anno questi libri: la syntasse de Despauterio, l' Epistole di Tullio fam., il Jurgurthino di Sallustio, et *de conscribendis epistolis Erasmi*; tanto che ogni giorno havevano quattro lettoni et la compositione di epistole secondo i precetti d' Erasmo, dandogli il maestro alle volte il volgar, altre voltre suolamente il senso in latino con alcuni modi di amplificarlo, qualche volte lasciando il tutto alla loro inventione. L' arte metrica non s' ha letto quest' anno per haver parso esser meglio leggerli il libro *de copia verborum*. Finito il Sallustio, s' ha letto li paradossi di Cicerone. Solo il Cicerone et la syntasse imparavano a memoria l' inverno; hora solo il Cicerone, et recitano solo il Sabbato mattina circa di due carte o due epistole, tanto che il maestro gli ordina. Gli altri giorni non ci è tempo per udirli. Disputano secondo l' ordine sopra detto qualche volta parte contra parte, altre volte tutti contra uno o doi. Sta il maestro sei hore alla scuola per tutto il giorno.

Nella scuola d' humanità furono letti l' anno passato questi libri: *de copia verborum* d' Erasmo, *Horatii Ars poetica*, *Tusculanarum quaestionum liber primus* al principio. Poi finito l' Horatio, si pigliò la grammatica greca, un poco dopoi *fabulae Aesopi graecae*, et dopo Pasqua il Pluto d' Aristophano, il libro d' Erasmo *de conscribendis epistolis* et l' epistole familiari di Tullio, per veder l' artificio, discorrendo per tutto il volumine, et cercando quelle che convenevano alli precetti d' Erasmo. Fu letto anchora Martial, havendo fatto stampar aposta alcuni delli più honesti epigrammi, et si lessero tre libri delli commentarii di Caesare. Si potria anchora leggere Valla, Sallustio, gli officii di Cicerone, Virgilio, l' epistole *ad Atticum*, come il primo anno si fece. Quest' anno si ha letto Tito Livio, il 6.^o di Virgilio, l' Iliade di Homero, et Isocrate, leggendo uno giorno gli poeti et altro gli authori prosaici. Finito il Virgilio, s' ha letto l' amphitrione di Plauto, et poi ritornato al 7.^{mo} di Virgilio. Poi dell' Isocrate, la commedia delle rane d' Aristophane, et dopoi quella i dialoghi di Luciano; Homero et Livio non l' hanno di mutar tutto l' anno. Oltra queste lettoni alternative, era una continua della grammatica d' Urbano ⁴ della varietà delle lin-

⁴ URBANI BOLZANII, *Institutiones graccae grammaticae*.

gue greche et dopo quella della syntasse greca di Varennio. Gli scuolari di questa scuola non sono constretti a recitar questo anno; gli altri sì. Questo dico degli forastieri, perche i nostri di casa rēcitano Virgilio et Homero *alternis diebus*; de Virgilio tutto quello che si legge; del Homero, benche molto più se ne legge, dieci versi per giorno, eccetto le feste, et il sabbato, che hanno di recitar tutto quello che hanno imparato la settimana. Fra la settimana non si ripetono lettioni in scuola, ma il sabbato tutte si repetono da i scuolari nello medesimo modo (quanto gli è possibile) che dal maestro sono state lette, presente il maestro *caeteris audientibus condiscipulis*. Si suole *tamen* etiam ogni giorno, s' il tempo lo concede, transcorrere la lettione greca per uno scuolare dopo che è letta, per veder se c' è qualche cosa che non habbino ben intesa. Il sabbato al vespro disputano, et qualche volta fra la settimana dopo la lettione; altre volte se li fa congiugar verbi greci per non perdere la grammatica. Ogni sera hanno d' emendar una compositione, una volta nella settimana prosa greca, un' altra versi greci, gli altri giorni prosa latina, cioè epistole o orationcelle a forma delle orationi di Livio. Versi latini non sono constretti farne se non alcune volte le feste. Imperocche tutto l' anno passato furono essercitati in quelli, benche ne fanno loro ancora da sua posta. Si suole in questa scuola far alcune declamationi il sabbato di sera, ma non molto spesso ne con molta arte, per che non l' hanno vista, se non quanto occorre nelle lettioni; ma si fa per la copia delle parole et sententie acciò sappiano servirsi delli authori. Sta il maestro di questa scuola quattro hore nella scuola per tutto il giorno.

Il Rhetorico ci sta doi hore, et legge la hora della mattina li precetti, o da Fabio, o dalla Rhetorica *ad Herennium*, et le partitioni; l' hora della sera l' orationi di Tullio, o qualche historico, o vero tutti doi, leggendo mezza hora uno, mezza l' altro, come il primo anno fu fatto. Li scuolari rhetorici sono liberi delle repetitioni, et di recitar a mente, et etiam dal disputar ogni giorno et componer se non una oratione ogni settimana, la quale si emenda il sabbato dopo mezzo giorno, o quando si può fra la settimana. Avanti mezzo giorno il sabbato disputano, et di quindici in quindici giorni doi di loro dechiamano in *concurrentia*, et [se] non dechiamano, disputano.

Quanto al recitar niente, credo io che se ci fossino alcuni scuolari di casa nostra in quella scuola, il R.^{do} P. Mtro. Natal li faria recitare qualche cosa ogni giorno, perche siccome io ho potuto cognoscere, molto li piace quando ogni giorno mostrano qualche frutto. Et non è il simile delli altri, per che non vuole sua R.^a constringerli, et se vogliono, possono imparare a mente da sua posta. Questa scuola quest' anno, come il passato sempre ha fatto, fa vacantie dopoi la Natività di S. Joanne.

Il dialettico sta nella scuola quattro hore, due alla mattina et due alla sera. Legge una et mezza; l' altra mezza si spende in ripeter, interrogar et disputar. Alcun tempo leggeva una hora, et ripeteva di novo, et disputavano l' altra. Ordinariamente tutte le lettioni si ripetono da scuolari il sabbato mattina, et dopoi la sera uno tiene conclusioni. Et li libri che legge, sono una dialettica primo o di Trapezontio, o di Fabro ¹, o simile ; et poi l' Aristotele. Suole quella scuola, come anchora l' altre, rimettere un poco gli essercitii nelli caldi grandi et etiam diminuire il tempo del leggere, come saria star tre hore solamente alla scuola nel giorno, o due.

Le altre scuole più basse della rhetorica non vacano mai, ne diminuiscono tempo alcuno, eccetto mezza hora dopoi mezzo giorno l' humanità nei caldi grandi, non leggendo la sera senon una hora et mezza, dico fra il leggere et emendar la composizione. Gli essercitii et in questa et nell' altre all' hora si fanno manco essatti per non gravar tanto gli scuolari l' estate come l' inverno; pur per non lasciarli vagar per la terra, si tengono in scuola il tempo ordinario etiam l' estate.

Suole la scuola d' humanità anchora haver quindici giorni di vacantie avanti l' Ottobre per preveder le lettioni nuove, et la 3.^a classe otto giorni o poco manco; l' altre due o poco o niente. Nelle scuole tutti gli scuolari, etiam absente il magistro, hanno di parlar latino.

Quando il greco si leggeva separatamente dal latino, stava il maestro quasi due hore in la scuola, ma non ci andava più de una volta al giorno, et leggeva per li più introdotti Homero et Isocrate o Aristophano. Potria ancora leggersi Demostene, Lu-

¹ Georgius Trapezuntius (*de Trebisonda*) et Jacobus Faber, Stapulensis, plura ediderat Aristotelis opera in latinum conversa et commentariis seu annotationibus illustrata.

ciano, Hesiodo et altri. Per gli altri la grammatica sola primo, et dopoi qualche libretto, come una oratione d' Isocrate delle più facile. Al principio *tamen* non soleva star senon una hora in scuola in tutto il giorno. Si facevano in quella hora, poi di haver letto, essercitii di declinare et congiugar, et si davano alcuni latini di far in greco.

Il lettore hebraico, quando legge, sta una hora nella scuola o circa leggendo la grammatica, et essendo gli scuolari atti, gli psalmi di David o altro libro della Biblia, essercitando li scuolari in declinar et congiugar, et dandoli alcune compositioni da far.

Questo è il ordine del studio nelle scuole, nel qual V. R. non intenderà che tutto quello che io ho detto in presenti tempore, *si fa questo et quello*, si faccia ordinariamente senza mai mancare; ma io scrivo quello che è ordinato; il che pur qualche volta non si può osservar per qualche occurrentie. *Tamen* acciò meglio si potessi osservar, il R. P. Mtro. Natal ha ordinato che quello che ha la cura dell'i studii di casa, ha da visitar le scuole, massime quelle di grammatica, almanco una volta la settimana; oltra ciò, che ha d' interrogar esso medesimo i maestri in casa come vanno le scuole et se si serva quello che in esse è ordinato, et referir ogni cosa al Superiore, non ostante che ogni maestro ha di dar conto al detto Superior della sua scuola ogni sabbato. Dico secondo quello che sta scritto nelli officii dell'i maestri; imperocche questo non si serva; et non sogliono farlo i maestri senon essendo interrogati dal detto R. P. o vero accadendo qualche novità nella scuola.

Come anchora il maestro dell'i studii fin qua non ha visitato le scuole senon della humanità o Rhetorica in giuzo¹ moderando il Rdo. P. nostro M. Natal gli officii secondo crede *in Dominum* esser più spediente, i quali *tamen* sono scritti non come si fanno in tutto, ma come si fariano, se pensasse sua R.^a esser spediente.

Quanto al studio spiritual delle scuole, egli è consuetudine che gli scuolari si confessino ogni mese, ogni giorno venghino alla seconda messa, alla quale anchora solevano andar li maes-

¹ *Giuzo, giuso*, idem ac *giù*, deorsum, quasi a *jusum*, quod in antiquis Glossis latinis reperitur.

tri delle quattro scuole inferiori, per tenir li scuolari in più modestia et acciò subito dopoi la messa ogni uno andasse con i suoi alla scuola. Ma parse al R. P. Natale che bastava se il maestro della infima scuola descendesse in chiesa et gli altri udessino la messa dall' oratorio , havendo perho ogni uno in la scuola essattori di quei che non vengono alla messa , o alla predicha che si fa , et alla dottrina christiana il venerdì.

Intrando nella scuola, il maestro della più bassa scuola insieme con i scolari fa oratione bassa di cinque *Pater noster* et *Ave Maria* in honore delle cinque piaghe di Christo Jesù, Salvatore nostro, similmente mattina et sera; et volendo rimandar li scuolari alle loro case, fa montar uno sopra un banco et dice alta voce il *Pater noster* et *Ave Maria*, *Credo*, *Salve Regina* et gli comandamenti del Signor, ripetendo tutti gli altri scuolari alta voce ogni parola che questo figliolo dice, unde senza faticha imparano queste orationi quelli che non le sanno. Hora per questi rumori di guerra fece il R. P. Mtro. Nadal che nelle tre scuole inferiori si cantassino le litanie o intrando o uscendo dalla scuola; et così si serva una volta il giorno.

Nella 2.^a scuola si fa oratione intrando et uscendo, benche più breve che nella prima et più bassa.

Nell' altre superiori scuole per ordinario non si fa altro senon che ogni maestro, comminciando a legger, s' ha di cavar la barretta et far il santo segno della croce, il che fanno insieme gli scuolari.

La ferula s' adoperava al principio in tutte le scuole, dove erano figlioli, etiam nella dialettica; hora solamente nelle tre scuole inferiori et per li piccoli solamente. Li grandi , secondo la constitutione, non sono battuti, ma s' errano, sono ripresi dal maestro, e se la cosa è grave, si dice al R.^{do} P. Mtro. Natal, in cui mano è di cacciarli fuori delle scuole.

Gli scuolari di casa , tanto quelli della 3.^a quanto della 4.^a scuola, non recitano nella scuola, ma ogni giorno in casa, et dopoi il Sabbato, quello che han imparato la settimana, in casa ancora fra se; essendo in ciascuna scuola uno di loro che ha cura di udirli et referir al maestro dellli studii come recitano et studiano in casa et stano attenti nella scuola, etc.

Questo è, Molto R. P., quanto io mi posso raccordar. La R. V. per amor d' Iddio mi perdona s' io sono stato troppo lon-

go, perche la confusione, la quale non posso scacciar da me, ne è causa.

Alle orationi et santi Sacrificii della R. V. et de tutti li R. P. et charissimi fratelli molto humilmente mi raccomando. Non altro. Il Signor ci dia gratia che la sua santa voluntà perfettamente sentiamo et intieramente compiamo. Amen.

Di Messina, 14 di Giuglio 1551.

De V. R.

Indegno servo in Christo.

ANNIBAL DA COUDRETO.

Al molto R.^{do} in Christo P. il P. M. Polanco, della Compagnia de Giesù, in Roma.

Et manu Polanci in infima paginae ora: de ratione studiorum, Messanae.

Et J. Ph. Vito: 1551, Messina. P. Annibale Coudreto, 14 di giulio.

De ratione studiorum.

XCIV

P. Hieronymus Domenech

P. Ignatio de Loyola.

Valentia, 1 Augusti 1551¹.

(Excerpta ex litteris)

Ex litteris Magistri Hieronymi Domenech Valentiae scriptis 1.^a die Augusti.

Pater Miron, juxta Summi Pontificis et P. V. obedientiam, ad Regem Portugalliae discedens 25 Julii, duos ex fratribus et insignem puerum quemdam nuper hic admissum secum tulit², qui, cum decimum tertium aetatis annum agat, dictu mirum quantum in humanioribus litteris, praecipue in rhetoricis, profecerit, quamque praeclaro ingenio et judicio non minori, quieta, ut in illa aetate, et rarissima indole ac propensione ad virtutem praeeditus sit, ut conjici merito possit eum singularem Dei servum, si vivit, evasurum. Cum P. Miron secum ferre vellet hunc puerum (nam extemporia eloquentia quavis de re proposita eleganter latine disserit, et oratorio more cum admiratione maxima audientium declamat), visum mihi est expedire ut ejus parentes id peterent, et non aliter faciendum. Puer itaque, praemissa ad Deum oratione, patri persuadere id nititur; cumque initio pater ei minitaretur, si ulterius ea de re quicquam diceret, sic tamen spirituali rhetorica usus est puer, ut in suam sententiam utrumque parentem pertraxerit; adeo ut P. Magistrum Mironem cum lacrymis rogarent ut puerum ferre secum in Portugalliam vel-

¹ Bina harum litterarum exempla habemus; primum manu Patris Bernardi Olivieri exaratum et a P. Polanco emendatum et auctum in folio olim 417, nunc 71; alterum, ex primo, ut apparet, confectum in Cod. 1551, fol. 58 v.^o

² Recessit ergo P. Miron 21 Julii et secum duxit Patrem quemdam, cognomine (Petrum) Parram, et coadjutorem, et puerum..., POLANCO, *Chron.*, t. II, a. 1551, pag. 351, n. 281.—Puer nomen erat Nicolaus Gracida.—Clare in his litteris legitur numerus 25; unde emendandum videtur *Chronicon*, ubi, etsi non ita perspicue, legimus 21.

let; quodque magis mirum est, unicus illis erat, et tempus profec-
tionis in regnum tam remotum, propter aestum validum
mensis Julii, parum opportunum. Accidit autem ut cum matri
suae valediceret, omnibus flentibus, puer serena fronte et laeta
discederet; et cum mater inter fletum subirata ei diceret: "O
*caro Cain*⁴! putas me non esse matrem tuam, qui tam duro cor-
de a me discedere potes?" Respondit puer discedere se ut Deo
perfectius inserviret; quid ergo causae esset quominus hilari
esset animo? Idem autem veniens domum nostram, et a fratri-
bus spiritualibus discedens, ubertim flevit, ut tam de exuto hu-
mano affectu quam de spirituali induito omnes in admirationem
converterit.

De via scripserunt quod bene et feliciter iter succedat. Haec
tamen civitas magna consolatione et spirituali utilitate per Ma-
gistri Mironis discessum privata est. Omnia tamen, quae Deus
disponit, meliora existimamus.

Cooperam ego doctrinam christianam explicare et quinque
vel sex lectiones praelegeram; sed tanta confluerebat hominum
multitudo ut vetula quaedam ex oppressione, quam passa est,
postea mortua fuerit, alia vero exanimata aliquantis per, et duae
ad abortum compulsae. Inde visum est multis per totum hunc
mensem Augusti lectiones intermittendas et sub finem mensis
resumendas.

⁴ Ita hic manu propria Polancus, qui in *Chron.*, l. c., scripserat: *o caro cain*. Et
sensus hic esse videtur: *o tu, qui naturam et indolem habere videris non Abel sed
Cain!*

XCV

 Franciscus Alexander

His qui sunt in domo probationis Panormi.

Messana, 18 Augusti 1551¹.

†

Franciscus Alexander, e domo probationis Societatis Jesu Messanae, his, qui sunt in domo probationis ejusdem Societatis Panormi, fratribus in Christo charissimis, salutem dicit in Domino.

Gratia Domini N. Iesu Christi semper abundet in cordibus nostris. Amen.

Cum rerum humanarum miseriam mecum animo revollo, fratres in Christo charissimi, non possum non vehementer celebre illud ac laudabile sapientis dictum admirari: *vidi, inquit, omnia quae sub coelo sunt, et ecce universa vanitas:* quod si hujus saeculi hominum mentes penetraret, non dubito quin diligentius animos (quos alioquin coelestium meditationi applicare deberent) a mundi vanitatibus averterent, quos nunc his ita intendunt ut, harum rerum mole oppressi, non solum oculos ad coelestium contemplationem dirigere, divinisque laudibus vacare non possint, verum etiam, terrenarum rerum amore detenti et a suis ipsorum cupiditatibus superati, non hominum sed brutorum more vivant, quae sicut natura humi proclivia terram semper spectant, ita quoque illi, a propria natura degenerantes, pecudes fiunt. Unde minime mirum videri debet, si praeter terram nihil desiderent nullaque alia re delectentur. Ut vero corpus habeant humanum, non tamen ob id ejus nominis infamiae immunes arbitrabor; non enim corpore sed animo (qui

¹ Autographa Alexandri enarratio est in quadruplici folio nn. 42-45, olim 331-333, sed solum sex priorum trium foliorum paginas implet. In ea, priusquam a librariis transcriberetur, unum idque levissimum verbum emendavit Polancus.

hujus corporis carcere ac domicilio inclusus est) mortales a caeteris animantibus discrepant; cum autem illi majorem corporis quam animae curam habeant, animaeque quae corporis sunt anteponant, certe parum aut nihil a bestiis hujusmodi homines differre videntur. Unde quam pauci sunt qui, spretis mundi vanitatibus, postpositis divitiis ac honoribus, relictis denique his omnibus, quae citius spe transeunt, Christo servire, obedire, seque illi totos dedicare student. Eorum vero qui, mundi avaritia occupati, cordis superbia elati, carnisque luxuriae intenti, diabolo famulantur, magnum esse numerum, cuiquam est videre: quo hominum genere quid miserius? quid infelicius periri potest? Numquid hi tribus miserrimis similes sunt, quorum unus ut boves probaret, alter ut villam emptam videret, tertius ut uxorem duceret, ad coenam patrisfamilias venire recusarunt? Quid boum probatio est nisi cultus terrenorum? quid villae emptaem visio nisi damnandi appetitus? quid uxorem ducere nisi carnis desideriis satisfacere? Caeterum quemadmodum princeps tenebrarum multos habet satellites, suaequem malitiae sequaces, ita quoque plurimos esse non negarim qui, relicta avaritia qua homo solitudine vagatur, superbia qua sui ipsius existimatione elevatur, et luxuria qua immunditiae delectatione foedatur, viam arctam atque angustam (quae, testante Christo, ad vitam dicit) eligunt, proprioque sensui obedientiam, superbiae humilitatem, paupertatemque divitiis praeponentes, assumpta cruce Christum sequuntur. At felix anima quae sic relinquit omnia, ut eum sequatur in quo sunt omnia; ubi enim vera quies, ubi pax, ubi felicitas veraque animi delectatio, nisi in Christo reperitur? quid amabile, quid optabile, quid jucundum, praeter Christum, desiderari potest? quid omnis creatura sine Creatore prodesse potest, cum *omnis caro foenum et omnis gloria ejus ut flos foeni cadet*? Qui igitur Christo privatus est, pauperrimus; qui vero, Christo conjunctus, illi soli vivit, ditissimus censendus est. Sed dicetis fortasse, quorsum de his tam multa? Dicam, fratres, et ut potero breviter.

Haec quae hactenus dicta sunt cum juvenem quemdam apud nos litterarum studiis insudantem minimum laterent, vixque fieri posse cogitaret ut mundo simul et Christo serviret¹, reli-

¹ Quae hucusque, quasi narrationis suae praematura, scripsit Alexander, linea, ut

cto saeculo , anno millesimo quingentesimo quinquagesimo, die Inventionis Sanctae Crucis, domum probationis Societatis Jesu Messanae intravit; is autem, ut qui bravium consequuturus citissime curreret, die septima Augusti hujus anni ex hoc saeculo feliciter ad coelos, ut pie credimus, emigravit. Unde mihi a R. P. Superiore, cuius praeceptis satisfacere oportet, injunctum est ut vos de ejus morte quoque modo in vita sese gesserit certiores facerem, cum ut, audita aedificatione, sicut vulgo loquimur, bonorumque morum ac pietatis exemplis, quae ipse et vivens et moriens caeteris imitanda praebuit, eum nobiscum imitari conemini, tum ut Domino, qui tot ipsum animi dotibus ac ornamentis ditavit, immortales gratias agatis.

Hic igitur, ingressus domum, tantopere in spiritu profecit (ut nihil interim dicam quantum a studiis fructum retulerit, in quibus tantum brevi profecerat ut, et graece et latine mediocriter doctus, privatos jam haberet discipulos, quibus graecarum litterarum institutiones exponeret), tantum, inquam, crevit in eo spiritus Christi, ut non solum qui post eum, sed etiam qui ante, domum venerant (venerant autem octo), humilitate, obedientia, simplicitate ac zelo seu fervore charitatis longo intervallo praeverterit. Nam ut aliquid ex multis de ejus humilitate dicam, ita semper ab omnibus despici voluit, contemni ac vilipendi, ut nulli alii rei acquiescere posse videretur; cumque ab aliquo vituperaretur, tum se multum compendii et emolumenti fecisse putabat.

Verum enimvero multos esse novi, idque experimento, qui volunt quidem ab aliis quodammodo sperni; ubi vero id contigit, aegre ferunt, atque ita tacti montes, ut propheta loquitur, fumigant per impatientiam; quin et illud hominum genus cognitum nobis perspectumque est, qui se palam vituperant, culpant iniquosque asserunt, sed, ubi eorum dicta alterius verbis comprobantur, seipsos multis excusationibus defendere nituntur. At longe iste ab hoc hominum genere distare perpetuo voluit; nam vilipensus nulliusque momenti judicatus, eo se dedecore dignum et animo sentiebat et lin-

solebat, circum ducta conclusit Polancus, ut a librariis in apographis ad Societatis domos mittendis praetermitterentur. At ne sententia manca foret et ut omnibus innotesceret quisnam hic juvenis esset, de quo agitur, ejus nomen, ab Alexandro celatum, hic inseruit scribens: *Joannes Antonius Apulus.*

gua confirmabat, ita ut nec os a corde nec cor ab ore unquam dissentiret; quin etiam tantam animo voluptatem concepierat, ut hoc suas opes, delicias, gaudium, quietem veramque felicitatem arbitraretur. Quid de amore quo paupertatem prosequebatur? certe hanc ita amavit, ita semper amplexus est, ut matrem, sororem sponsamque existimaverit: unde cum aliquem, paupertatis oblitum, propriis rebus studere videbat, eum graviter admodum accusabat, ita ut meum at tuum tamquam pestem execraretur. Praeterea quam obediens fuerit, longum esset recensere; obedientiam siquidem (quam non ignorabat viam esse, qua recto tramite ad coelestem gloriam pervenitur Christique amicitia facilius comparatur) exactissime observare, quoad poterat, conatus est. Unde in minimis etiam rebus illam sibi imponi volebat, non ignarus quod obediendo praestaret (licet parvi esset momenti) id non minimum fructus utilitatisque adferre. Silentii quoque, ut erat amantissimus, ita et semper observantissimus esse voluit; quod ut facilius consequeretur, lapidem nonnunquam in ore, antiqui Patris Agathonis exemplo, portabat. Cum autem in aliquem errorem forte fortuna delapsus deprehenderetur, mirum quan- topere gaudebat, non quod delictum commisisset, sed quia reprehensus admonitusque emendatiorem se futurum speraret. Haec cum diligenter R. P. Cornelius, qui domui probationis est praefectus, consideraret, eumque a virtute in virtutem quotidie procedere videret, omnium curam, se absente (ut qui nullum aequum fidum haberet), illi committere non dubitabat. Is igitur alios exercere solebat, tentare, cribrare atque uniuscujusque naturam experiri; hisque, quos praeceptis superiorum non attentos videbat, poenitentias injungere. Quia vero nonnunquam severitatis nonnihil animique rigidioris prae se ferebat, ipsum reliqui natura rudem (erat enim calaber) et ad id officii ineptum existimabant; hinc murmurationes conquestionesque ortae tandem cum omnes simul conspirassent ut ejus periculum facerent, numquid ita intrinsecus virtutibus munitus esset sicut extrinsecus apparebat, hunc R. P. Cornelius, ut virtutis ejus specimen aliquod insigne ostenderet, omnibus discerendum bis tradidit, ut tentaremus, probaremus, modo juberemus, modo jussa revocaremus, ac tamquam alterum Protheum in mille veteremus formas. Mirum vero quam in his conflictibus egregie

se gesserit, ita ut stupere omnes et, ut verius dicam, confundi coeperint, cum ea, quae ipsi facta suspicabantur, verissima deprehenderunt; et, quod de eo dubitabatur, omnium consensu comprobavit; ita factum, ut omnibus silentium imposuerit. Licet autem multa in illo bonitatis insignia resplendere prius viderentur, major tamen in armariolo mentis virtutum thesaurus reconditus erat, quem in infirmitate, et potissimum in articulo mortis constitutus, deprompsit, et quis fuisse in vita, moriens ostendit. Nam infirmus numquam murmurare, replicare aut conqueri visus est, nec, sui voti impos, ullum impatientiae signum demonstravit, sed tamquam agnum se tractari permisit, ita ut cum omnibus, tum maxime infirmario, admirationi esset¹. Porro eo spiritus fervore jam morti proximus accensus fuit, ut omnes vix alium ferventiores vidisse se, quamdiu vixerant, uno ore faterentur. Nam (ut caetera omittam) altero antequam moreretur die vocatos ad se, et facultate a R.P. Domino Cornelio accepta (non enim aliter licebat), ingressos in id cubiculum ubi decumbebat, adstante eodem R. P., ita nos ad obedientiam, praeter caetera, eoque affectu hortatus est, ut et lacrymas nobis omnibus eliceret, et simul admirationi esset quod, jam corpore propemodum frigidus, ita caleret animo, ut numquam servidius de his verba fecisse videretur. Amore praeterea Sancti Pauli mirum in modum exardebatur. Ita enim ejus imaginem diu optatam et quaesitam tandemque ei oblatam amplectebatur ac deosculabatur, ut ipsam, si potuisset, cordi infixurus videretur; quem in coelo advocatum se habere dicebat, utque pro populo christiano apud Dominum intercederet, devote precabatur. Praecipuo quoque amore quodam et ardore animi crucifixum amplexabatur, ut, non aliud quam Christum crucifixum se pectori gerere, evidenti signo omnibus demonstraret. Et cum semper hujus amoris indicia manifesta ediderit, tum vero maxime cum Sanctissimum Sacramentum esset sumpturus: tunc enim haec et hujusmodi verba ex penetralibus cordis, totus spiritu fervens, quamvis corpore langueret, magna eorum omnium qui aderant consolatione, profudit: Domine, tu ad me venis, cum ego ad te venire debeam? parce, parce, inquam, Domine, et miserere mei. Atque haec subinde replicans, veniamque et a

¹ Esset scripsit Polancus, deleto videretur, quod scripserat Alexander.

RR. Patribus et a charissimis Fratribus precatus pro scandalis, quorum ipse illis auctor esse potuisset (quae sane fuerant quam minima), pretiosissimum corpus Domini N. Jesu Christi, viaticum optimum et copiosissimum, ita devote, ut etiam admirationi esset, recepit. Quod ubi factum est, ut nullum spiritalis adjumenti genus illi deesset, sanctissimo oleo inunctus est. Cumque illi post extremam unctionem diceretur, num in obedientia Societatis Jesu mori vellet; in obedientia, inquit ille, paupertate et castitate, et vivere et mori volo. Hoc enim est quod opto, quod prae rebus omnibus desidero. Quantopere autem hoc appetierit, indicio fuit id quod modo dicam. Nam cum R. P. Hieronymus Natalis saepius multis precibus rogatus, ejus vota recipere recusasset, id, cum jam non longe abesset a morte, a R. P. Antonio⁴ (aberat enim R. P. Hieronymus Natalis) impetravit, ut ea, offerenda R. P. Ignatio, reciperet. Itaque, cum jam jam moriturus videbatur, vota obedientiae, paupertatis et castitatis Deo emisit, eademque (sicuti jamdudum optaverat) scripta in manus tradidit R. P. D. Antonio. Scripta enim ea apud se habebat jam a mense decembri. Atque ita quod viventi non licuit, in articulo mortis peregit. Quin etiam, obedientiae exemplum, quam tantopere vivus dilexerat, in morte reliquit. Rogatus enim a fratribus numquid pro ipsis Dominum in coelo esset oratus; si (inquit) in paradisum mihi patebit aditus, optatamque Hierusalem adire licebit, facultasque pro vobis orandi a Christo mihi dabitur, faciam sane id, et lubens: non enim sine obedientia Patris coelestis, regni coelorum atria ingredi potero, nec ingressus pro vobis orare. Nam si hic obedientium, quanto illic magis unde omnis obedientia ad nos defluit? Quis posset, fratres dilectissimi, tantam animi puritatem, obedientiam simplicitatemque non admirari? Credo equidem, si hominum mentibus aliqua divini Spiritus scintilla inesset, sentirentque vana esse omnia, praeterquam Christo vera cordis puritate servire, non adeo ethnicorum gesta super astra ferrent. Laudant nonnulli pudicitiam, extollunt alii fidem, praedicanter multi constantiam miranturque animi magnitudinem multorum ethnicorum; sed cum nulli ista praedicent nisi stulti, vani, penitusque omnis justitiae rationisque lumine privati,

⁴ Antonius Vinck, Messanensi domui, dum aberat P. Natalis, praepositus.

nullo modo sunt audiendi. Nam quis est (modo rationis capax), qui hujus nostri fratris obedientiam simplicitatemque, ethniconrum omnium gestis, quae stulti tantopere venerantur, non anteponat? seu quis omnium ducum, principum, imperatorum fortitudinem, hujus constantiae adaequare ausus fuerit? qui in ultimo agone se ita viriliter gessit, tantoque animo contra daemones pugnavit, ut omnium imperatorum, tam romanorum quam graecorum, fortitudinem eum superasse affirmare non dubitaverim. Multas enim, et illas quidem graves, cum ad mortem tenderet, passus est tentationes; sed omnes, Deo favente, superavit: oppugnaverunt ipsum daemones, gravique conflictu anima ejus potiri conati sunt; sed fortiter constanterque obsistendo, victoriam reportavit: vigilarunt, sed armatum refugebunt: territarunt timoremque incutere non destiterunt; sed quid illi terroris afferre poterant, qui crucis vexillo tectus erat, ibique tamquam in asylo quiescebat? Utcumque tamen conabantur. Nam cum saepius in infirmitate tentatus fuerit, tum praesertim biduo antequam ex hac vita in coelum (ut divina misericordia confisi speramus) emigrasset, de his quae fidei sunt tentatus est. Ipse vero (ut solitus erat) tentationes R. P. Cornelio aperuit. Pater autem Cornelius jussit ut cum daemonibus nihil disputaret, sed ad se omnes mitteret. Atque ita, quotquot sese illi offerebant daemones, ad Patrem remittebat. Quin et illud non praetermittendum censeo, quod, duabus ferme horis antequam spiritum exhalasset, gravissime a diabolo tentatus, cum vix loqui posset, extensis ad crucem manibus, clamavit: decipiet me, decipiet me. Tum R. P. Cornelius: praecipio vobis, daemones, ne quod damnum huic animae inferatis: quod si forte aliquid vultis, id a me requirite: omnia enim ejus delicta in me recipio. Vix haec ita dixerat, cum ipsum P. Cornelium daemones, relicto aegroto, quasi praecepto obedientes circumstetebant, ita ut et terrorem et horrorem afferrent. Et illi quidem conjurati abierunt. Aegrotus autem cum totam noctem Christi passionem contemplans (ut credimus, quia ita a P. Cornelio monitus fuerat), in agonia pertransisset, mane, hora decima diei veneris, expiravit. Atque die Inventionis Sanctae Crucis domum ingressus, simul cum cruce (ut ipse futurum praedixerat), spiritum Deo reddidit. Praedixerat enim, uno aut altero die antequam moreretur, die veneris hinc se migraturum; ut, sicut cum

cruce erat ingressus, ita et ipsa comitante deduceretur. Cujus mors omnes stupefactos simulque de ejus vita ac morte aedificatos reliquit, adeo ut ad non minimum perfectionis gradum illum pervenisse affirmarint; quod quidem eo magis mirum visum est, quod uno anno tantus fructus ferventi proficiendi desiderio retulit. Hic erat quem R. in Christo P. Natalis ad vos mittere animo conceperat: cumque nos pie reclamare posse existimaremus, Christus, ut si quid esset dissidii adimeret, ad aeterna ipsum tabernacula recepit. Cumque nihil aliud de illo habeamus, tria vobis, quae velut fragmenta remanserunt, quaeque in eo potissimum reucebant, lubenter communicabimus: obedientiam, simplicitatem spiritusque fervorem; quae inde eum sibi comparasse arbitror, quod a quolibet, etiam minimo, contemni cupiebat, verasque divitias paupertatem censebat; nec quicquam aliud, praeter tribulationes, quietem illi afferre poterat, quibus ad veram pacem (ut et ipse ajebat, et recte quidem) pervenitur. Haec sunt quorum vos participes facere possumus. Haec de illo fragmenta remanserunt, quae summa diligentia colligenda sunt et cuique observanda, ne periire nostra incuria ac negligentia permittamus. Hanc ad vos epistolam scripsimus, cum ut ejus fratris morte (quae mirifice omnes aedificavit) in Christo laetemini, proque ejus anima preces in coelum fundatis, tum ut Deo Optimo Maximo, qui eum tam feliciter ad sese vocare dignatus est, meritae laudes referantur.

Valete, fratres in Christo dilectissimi.

Messanae, 18 Augusti 1551.

Mittimus quoque ad vos epitaphia quaedam graeca et latina, quae ipsius condiscipuli, ob piam et jucundam ejus memoriam, illi mortuo conscripserunt. Haec, eadem qua et hanc epistolam patientia, si placet, accipite.

Alia manu ad oram paginae octavae: 1551, Qpis. Mess.

Et manu Patris Polanco: augusto.

XCVI

P. Petrus Canisius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Ingolstadio, 31 Augusti 1551¹.

JESUS.

Gratia Domini nostri Jesu Christi et pax aeterna nobiscum.
 Quoniam quidem ita jubet R. P. T., morem gerere studebimus, ut paucis complectamur ea quae proximo quadrimestri, non industria quidem aut dignitate nostra, sed summa clementissimi Patris Dei erga nos bonitate ac singulari gratia hic contigerunt². Quod si alia mihi recensenda forent quae, uti res ipsa postulabat, ad meam ipsius reprehensionem et accusacionem justissimam possent adferri, equidem longe copiosior et, ut vereor, plane ad fastidium usque lectoris prolixus esse deberem. Nunc, quia Dei sola beneficia proponuntur, id absque dispendio fieri vix potest, quin de indignitate et vilitate nostra paulo rectius cogitent, qui bona dumtaxat in conspectu habent, malaque mea, licet innumera, non sentiunt. Sed utut alii sentiant, mille testes isthaec conscientia, quae servo ignavo et indignissimo testimonium praebet, hocque solo vel maxime consolatur, quod Patrum aliorum fratrumque subsidiis adjuvemur in hac Jesu optima Societate.

¹ Bina nobis ad manum sunt harum litterarum apographa. Unum in *Historia variæ*, vol. 1, fol. 228 et 229; alterum, a P. Bernardo Oliverio confectum, in foliis 11 et 12 Codicis 1551.—Autographæ autem ipsius Canisii litteræ sunt in folio duplici nn. 386 et 387, in eisque cernere est Polanci manus emendantis quedam, quaedam etiam addentis et alia circum ductis lineis claudentis ut in conficiendis exemplaribus mutantur, adderentur aut praetermitterentur.

² Quae sequuntur usque ad verba R. P. Nicolaus Gaudanus, lineis a Polanco clausa sunt ut in apographis praeterirentur; ideoque desiderantur in nostris.

R. P. Nicolaus Goudanus, quo tempore sunt alii feriati a electionibus publicis, nunquam a profitendo cessavit, ne diebus quidem canicularibus. Auditorium nobis duplo majus quam prius contingit. De illo praeclare quidem judicant omnes et utiliter audiunt, praesertim quum ex more suo sic Aethica Aristotelis¹ profiteatur, ut versari tamen in sacris videatur. In convictu familiari multum effecit apud Germanos, permovitque non paucos eo, ut (quemadmodum antea visum non est) singulis pene festis diebus ad confessionem et communionem sacram accesserint. Tum homeliae (*sic*) quaedam haberi coptae, quibus iidem studiosi, quos magis familiares habemus, domi nostri (*sic*) exercent sese et ad pietatem paulatim proprius adducerentur.

Saepe lectiones etiam privatas adhibuimus quo efficacius eos conciliemus nobis, et in hoc bono instituto magis magisque in dies confirmentur. Duplicata certe nunc Dei munera, quae nostris in manibus adhuc crescunt, videntur: neque minorem nobis consolationem quam admirationem aliis adfert, sine exemplo, et hoc loco, tales et tam multos esse, qui quotidie ad sacra modo veniant, qui nos sibi patres ministrosque altaris exposcant. Vir bonus cum ad nos profectus esset, egregium filium obtulit et in potestate nostra manere jussit, etiamsi alio discederemus. Neque parum hucusque profecit puer, de quo bene speramus fore ut cum in litteris, tum in spiritu exspectationi nostrae respondeat. Sunt alii adolescentes duo, et ipsi Germani, utcumque versati in litteris, nunc plane nostri, in quibus digitum Dei suspicere cogimur². Ajunt se Christo debere summas gratias quia primi fere vocati fuerint e Germanis ad hanc Jesu Societatem, nihil se dubitare quin subsequuturi sint et alii, quos ad hoc ipsum Christi jugum suscipiendum cupiunt pertrahere, ut et ipsi tam suavis spiritus primitias hauriant.

¹ Aristotelis addidit Polancus.

² Nullibi expressa nomina reperimus horum, qui e Germanis primi in Societatem Ingolstadii admissi sunt. Polancus hoc loco verba Canisii tantum repetit. Agricola vero ait: "Excitati vero sunt scholastici non minus ad virtutis quam eruditiois cultum: tres ex illis, sanctioris vitae amore, in Societatem adlegi petierunt fervide, impetraruntque; cuius tyrocinium ut subirent, Viennam sunt missi, exceptique a Patre Jajo, qui jam illuc, finitis Augustae comitiis, praecesserat, peramanter: Unus inter illos Joannes Byrsius erat...," *Historiae Provinciae Societatis Jesu in Germania superiore*, Decas secunda, MDLI., n. 6.

Testantur non minus videri sibi quod Germanus ad nos unus veniat, quam si vel Itali vel Hispani viginti offerrent sese Societati. Novit profecto Deus Opt. Max. et ipsa nimium nos docet experientia, quid quantumque difficultatis devorandum ¹ sit, priusquam hoc institutum Germanorum animus intelligat, intellectum probet, probatum vero sectari velit et possit.

Quam est operosum (heu me) Catholicos in religione veteri continere! quanto difficilius autem sacerdotalem ordinem istis comprobare! at longe rarissimum et laboriosissimum isthuc, Religiosae vitae ordinem alicui persuadere posse. Nil vident, nil audiunt miseri quod ad vitam perfectiorem, ad consiliorum Evangelicorum observationem frigidos incitet. Jacent, proh dolor, ita corrupti animi, ut ad omnem fere medicinam nauseent; laetalis (*sic*) torpor ac tepor occupat omnia. Adeo ut nullum esse crediderim Religiosorum Ordinem, qui non ad internectionem sibi hic ² vergere videatur, planeque desperet de instaurandis hic monasteriis. Verum has querimonias idcirco repertere visum est, ut alii lacrymabilem hunc statum, et sane afflictissimum, intelligent, intelligendo condoleant Germaniae, cui non intus modo pestes mille nocent, sed etiam foris vim summam adfert Turcica rabies, quae sic Hungariam hisce diebus vexavit ³. Respiciat nos tandem clementissimus Deus, priusquam Lutheranismus et Mahometismus pessundet sacra omnia Divinumque cultum extinguat.

Ad praedictos adolescentes duos redeo, qui nobis de se magnifica in Christo pollicentur, quique nil optant ardenter quam, relictis semel omnibus, pauperi Christo se mancipare ac spirituales in hac Societate opes conquirere. Jamque ut ad collegium fratrum Viennam mittantur a nobis valde contendunt, et, si Christus faveat, brevi sunt impetraturi.

Auspiciatus sum ego, praeter theologicas lectiones ad quas frequens concurrit auditorium, praesertim postquam suscepit Evangelium divi Joannis explicandum ⁴, munus concionandi, in eoque mensem nunc pene quartum ago, commutatis interim

¹ absumendum scripserat Canisius.

² Hic deleri coemptum videtur, an a Canisio an vero a Polanco non appareat.

³ Hic, ubi Polancus posuit *hisce diebus vexavit*, posuerat Canisius *confidere pergit*.

⁴ Quae a verbis *praeter theologicas* ad *explicandum* continentur, addita sunt a Polanco.

Latinis concionibus in Germanicas. Institutum hoc ita promovit divina bonitas ut, etiamsi difficillima sit linguae huius pronuntiatio, tamen intelligar nunc ab omnibus, qui ad audiendum certe plurimi confluunt. Nam et persaepe contingit, primum in angustiore, nunc in ampliore templo, ut referta illic praesentis populi turba excludat alios, qui pro foribus et ad fenestras foris auscultant. Exorta interim nubecula nescio quid mihi minari videbatur, dum a concionatore quodam non candide tractor, velut qui praeter morem et in loco insolito prodirem ad evangelizandum. Hic statim collecti professores totius Academiae concionatorem illum arguunt, me studiose defendunt, vel non rogati¹ poenam proponunt multorum aureorum, si adversus conatus meos ille mutiret quicquam in posterum. Accessit et Episcopi sententia, qui, re comperta, suis me litteris admonet ne supersederem ab hoc instituto, laturum se, si quidem opus esset, omnes mihi suppetias. In populo non defuere qui vellent aedes alterius oppugnare, et vim inferre ceu calumniatori.

Nos ut tranquilliores redderemus turbas² quae, nobis etiam invitis, in illum concitabantur, excusare factum studuimus, et iratos placare animos vix potuimus. Agnovit hoc officium ille, qui tragoediam hanc, dum mihi parum favet, ipse sibi temere concitavit, jamque nos sibi quam antea pergit habere familiares. Igitur festis diebus nunc pergo evangelizare, sed utinam tanto cum fructu animarum quanto cum applausu et numero audientium. Libenter optimates accedunt, populus fructum praedicat, parochus in dies majorem pollicetur, ego videre quam audire et expectare malim, ut rudes et miserae istorum conscientiae juvarentur. Id nobiscum lubenter vident alii, et admirandum censem quod, praeter morem, non solum attente ac integre concionem audiant isti, sed etiam ad finem usque Missae in templo tecum perseverent. Nam id nimium hic aliquique receptum videoas, ut omnis morae impatientes plerique, aut post Evangelium cantatum, aut in medio concionis, aut statim ab elevata in altum Eucharistia sacra, e Templo perinde atque canes fugiant, parum memores scilicet de audienda integrę Missa.

¹ Verba vel non rogati praetermisit Polancus.

² Canisius scripserset Nos ob tranquillandas turbas.

Collegimus quasdam eleemosynas in pauperum sustentationem, praecipue vero in gratiam studiosorum Theologiae, quibus et vitae sumptus in multos annos, Deo duce, procuravimus. Verum eo ventum est apud Germanos ut, ne propositis quidem stipendiis, ad sacra haec studia promoveantur adolescentes. Tam alieni sunt ab ea professione, quae nunc vel maxime fit necessaria, ubi sacris de rebus vel infimi et indoctissimi quique passim disceptant ac sine fine nugantur.

R.^{mus} Episcopus Eystettensis, Ill.^{mus} Bavariae dux, et haec tota simul academia contenderunt, neque desistunt adhuc instare, quo munus obeam Cancellarii. Sed hunc honorem ut in instituto nostro alienum refutavi hactenus, meamque indignitatem tum per litteras, tum viva voce coactus sum exponere. Excusando autem ac detrectando, nihil impetravi aliud quam quod Princeps ipse jam scripserit R. P. T. ut auctoritate tua compulsus ego id susciperem, a quo certe abhorret animus. Majores idecirco gratias debemus huic principi, quod ad jacienda demum fundamenta hujus collegii sese convertat, eoque jam scripsit ad R. P. T. ut ex Urbe quidam nostris hoc destinarentur, promisso illis ipsis viatico. Qua de re jam responsum expectamus quotidie, nihil sane lubentius accepturi, quam ut tamdiu desiderati fratres demum accedant, et hanc Bavariae vineam colant illustrentque Christi benignitate.

In carceribus non defuerunt quos et verbis et laboribus nostris consolari Dominus voluerit. Eorum unum, post decollationem, et cum Christo putamus regnare, et orare simul pro nobis confidimus, quemadmodum ille bona fide, paulo antequam moreretur, mihi pollicitus fuit.

Scripsit jam semel atque iterum ad nos Episcopus insignis Saxoniae proponitque statum vere miserabilem Ecclesiae suae, ad quam instaurandam nostrorum adhibere conatus exoptat. Commendatum utcumque habet nostrum hoc institutum, et coram agere nobiscum cupit quo pacto afflictis Ecclesiae suae rebus subvenire possit. Speramus non inutile futurum istud colloquium, ex quo fortasse reperiri aliquod ostium queat Societati, ut ad fontem harum omnium haeresum ac parentem, hoc est, ad ipsam usque Saxoniam penetret, suumque figat illic tabernaculum in nomine Jesu, ubi Sathanae regnum, et haereticorum asylum ac domicilium proprium esse solet. Aperiat Do-

minus oculos nostrae mentis, quo nos videre ipsi et contemnere cuncta possimus, quae ad sanctam obedientiae disciplinam non conferunt. Dein spiritum verae charitatis in nobis augeat, ut non quae nostra; sed ¹ quae aliorum sunt et quae Jesu Christi, sedulo usque procuremus.

Ingolstadii, pridie Kalendas Septembbris anno Christi 1551.

PETRUS CANISIUS.

Superscriptionis loco, in quarta pagina, Canisii manu: De quadrimestri tempore, ad Septembrem usque transacto. Ingolstadii 1551.

Et manu J. Ph. Vito: 1551, Quad. V. Ingolst. Ult.^o di Sett.^e

¹ Verba non quae nostra sed interjecta sunt a Polanco.

XCVII

Nicolaus Gracida
 Patri Ignatio de Loyola.
 Salmantica, 31 Augusti 1551¹.

IHS.

Admodum R.^{de} Pater.

Gratia et pax, etc.

Ut obedientiae adimpleam jussa, quibus quidem morem gerendi non parvo teneor desiderio, Paternitatem tuam eorum omnium quae in praesentiarum occurrunt, post superiorem epistolam gesta, certiores reddam. Primumque hoc teneas velim, solita erga nos Christi clementia, deesse numquam quid agamus, non sine maxima tum aliorum utilitate, tum praecipue civitatis totius ad virtutem inflammatione non mediocri. Populus totus fratres nostros colit ac veneratur: non pauci domum nostram peccata fassuri corpusque Christi accepturi se conferunt: passcha vero praeterita Virginisque Mariae festis, tanta confluxit multitudo ut, cum septem essent peccata audientes, multi non confessi discesserint; hujusmodi autem fere omnes scholastici sunt, quorum multis quidem jam est de more dominicis festisque diebus, peccatorum confessione instituta, eucharistiam sumere; qui quidem constantissime perseverant. Ex his vero nonnulli insignem in virtute fecere progressum, quotidianaे con-

¹ Autographa tota manu Nicolai in folio duplo, cui nn. olim 149 et 150, nunc antem 21 et 22. Hic ille puer duodecim aut tredecim annorum est, de quo supra, pag. 359. et POLANCUS, *Chron.*, t. II, a. 1551, nn. 327, 351 et 372. Emendata est tot in locis ab ipso Polanco, ut taedium lectoribus afferre vereamur, si eos, quid ille emendaverit, in singulis emendatis locis moneamus. Idcirco, post litteras a Polanco expolitas, easdem, prout eas puer hic scripsit, subjiciemus in eorum gratiam qui forte id cupiant.

scientiae scrutationi et orationi vacantes. Quidam, mundo omnino relicto, monachalem sibi elegerunt vitam, quos quidem si nobis jam ampla fuissest domus, constat in Societatem potius quam in ullum alium ordinem ingressuros fuisse. Spiritualia exercitia fecere nonnulli, iidem praestantissimi acutissimique ingenii: multi vacationibus his eadem facere sitiunt.

Presbyteros tres in Societatem recepimus, quorum duo theologici studii finem attigere; tertius per trium annorum curriculum ei navavit operam; ex quibus duo Salmanticae jam publice concionabantur. Multi alii doctrina insignes viri, cum divini amoris certissimo jaculo sint vulnerati, addicere se Societati non parum exoptant. Versutissimus tamen ille ac lubricus anguis, primus pacis nostrae inimicus, non desinit obstacula nescio quae objicere; Deus tamen Optimus Maximus, qui hos adducere dignatus est, reliquos etiam adferet.

Venient itidem nonnulli ut cum Patribus de rebus piis sanctisque familiaria excitent colloquia; qui omnes fere maximam inde reportant utilitatem. Vocamus praeterea crebro ut ad coelestem illam patriam pervolantes adjuvemus. Nec solum qui id genus pietatis exercent morienti opem ferunt, verum et incidente occasione circumstantes monent ac hortantur ut in id seipsos parent temporis, conscientiam ab omni vitiorum labore mundantes; ut nuper accidit, cum quidam nobilis ex proceribus civitatis, proximis diebus, ter vel quater ad ultima pervenisset. P. enim Doctor¹ accersitus eo se contulit, eique animum ut strenue pugnaret adversus diaboli tentationes conatus est addere, ac ea ipsa die, qua animam exhalavit, adfuit cum alio fratre nostro. Aderant et nobiles plerique et multorum ordinum monachi, qui, cum admoniti ab aliis a sermone destitissent, tunc pater Doctor, divini amoris igne flagrans, morientem coepit cohortari, monere subinde, vociferari ad aurem, christianaee fidei articulos alta voce proferre, arma adversus ignea diaboli tela praebere, nunc de vitae privatione aegrotum consolari, nunc circumstantes illius temporis tanto periculo terrere; tantoque ipse ardore corripiebatur ut per quinque continuas horas, non sine maxima praesentium admiratione, ita vociferans permanserit, ut multis post diebus raucedine gravatus fuerit.

¹ Michaël de Torres.

Multis signis facile dignoscitur patrem Doctorem omnesque etiam fratres ab eisdem nobilibus maximo diligere amore. Quod inter illos passim jactitatur hoc est: nullos civitati plus afferre commodi utilitatisque quam nos, cum tamen graves nulli simus.

Manentium deinde in carcere peccata audimus, eorumque praesertim qui jam morti sunt condemnati; quod in eam venit consuetudinem, ut quotiescumque quis, ob commissa scelera, capitali supplicio afficiendus sit, nos statim vocemur ad peccata condemnatorum audienda, eosque ad locum usque supplicio destinatum comitandos et ad bene moriendum disponendos. In judiciis tum saecularibus, tum ecclesiasticis, maxima Patris Doctoris fratribusque habetur ratio. Cum de interdictis similibusque rebus inter se dissident, Patrem Doctorem ejus rei sumunt arbitrum ejusque consilium sequi, ac ad Christi honorem spectantia praestare, non parum delectantur. Ex nostris sacerdotibus quidam diligenter curarunt uxores aliquas, a suis repudiatis viris, maxima cum concordia paceque eis restituere.

A Methymna del Campo acriter instarunt ut Pater Baptista¹, nundinis praeteritis, eo proficiseretur concionatus. Hoc majori cura conatunque quam omnes expetivit Rodericus de Dueñas, qui etiam pro virili conatus est ut ibi Societatis collegium erigatur, quod cum P. Provinciali egit, seipsum domui necessaria suppeditaturum promittens. P. Provincialis² una cum Patre Francisco de Borja, ejus hac de re tanta cura et zelo charitatis perspecto tantaque utilitate, quae ibi ex Societate emanare poterit (cum undique gentium, nundinarum causa, eo multi se conferant), id facile concessit; jamque domum in civitate praecipuam habet paratam maximaque cum diligentia necessaria omnia curat. Ibi nunc Pater Baptista cum aliis duobus habitat: eodem credimus septem vel octo ex hic manentibus, vel si plures licuerit, mittendos. P. Baptista ibi concionabitur: P. vero Maximilianus dialecticam interpretabitur illuc euntibus, conscientiaeque etiam dubia occurrentia explanabit. Theologiae enim cursum jam integrum absolvit. P. Baptista, postquam hinc discessit, diebus dominicis in ejus

¹ P. Joannes Baptista Sanchez.

² P. Antonius de Araoz.

populi templo praecipuo concionatus est, summaque Christi clementia videntur multum cives profecisse. Cum adhuc durarent nundinae, Inquisitor quidam Vallisoleti eo se contulit, librarios voluminaque etiam nonnulla inspecturus haeresis suspecta, populumque totum in templo maximo jungi voluit, et a P. Baptista non parvis efflagitavit precibus ut ibi concionaretur. Concionem habuit tanta cum auditorum frequentia ut par visa numquam fuerit, incredibilique etiam spiritus ardore, concioni fine jam imposito, de gratiis locutus est, quas Deo tenebantur agere, cum eum haberent Inquisitorem, qui tanta cura ab iis omne haeresis genus radicitus avellere conaretur librosque etiam perserutari ut sic christianaे doctrinae puritas melius retineri possit. Rescivimus ad haec fratres ordinis Praedicatorum, cum intellexissent Inquisitorem ad id rei venisse, precibus rationibusque ab eo id contendisse ut ipsis ea concio tribueretur, objicientes ad se potius quam ad ullos alios de Inquisitionis fideique rebus agere spectare, quibus responsum hoc praebuit Inquisitor: concionatorem, quem ipse constituerat, non minus doctrina quam sanctimonia esse praeclarum; proinde ne illa de re ultra contenderent; ac ita P. Baptista concionatus est.

Qui autem hic Salmanticae manent, omnes in spiritu proficiunt; mutuo se omnes ac maximo proseguuntur amore; omnes proprias suas voluntates ac appetitus, non solum intra domesticos parietes, verum et exterius, si per Patrem Doctorem licet, retundere omninoque extinguere conantur: in rebus omnibus summam assequi obedientiam, quisque corrigi ac suos ei enodari defectus maxime cupit, ut in melius vertat mores; unicuique orationis, studii disputationumque constitutae sunt horae; quisque singulis septimanis conclusiones sustinet et contra eum reliqui omnes argumentantur. Cuncti orationi sunt deditissimi: summo mane congregati omnes simul orant. Pater Doctor hora quarta surgit fratresque hora excitat quinta, omnesque in sacellum se conferunt, ubi usque ad sextam in oratione manent: sexta autem jam audita, scholastici egrediuntur lectiones audituri; caeteri vero imperata praestant.

Praeter haec, duo sunt quotidie examina; primum ante prandium, secundum vero paulo antequam cubent.

Nihil aliud scribendum occurrit. Paternitatem tuam unice oramus ut tuis Patrumque orationibus Deo commendemur.

Pridie kalendas Septembbris anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Datum Salmanticae.

Indignissimus filius tuus,

NICOLAUS GRAZIDA.

Superscriptio. IHS. Admodum Reverendo Mtro. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

*Manu Joannis Philippi Vito : 1551, Quadr. Salmanticae,
Sept. Q. S.*

Eadem Nicolai Grazida litterae absque emendationibus Patris Polanco.

IHS[†]

Admodum R.^{de} Pater:

Summi Numinis gratia ejusdemque vera pax sit semper nobiscum. Amen.

Ut obedientiae adimpleam jussa, *quibus quidem morem gerendi non parvo teneor desiderio*, Paternitatem tuam eorum omnium quae in praesentiarum occurrunt, post superiorem epistolam gesta, certiorem reddam. Primumque hoc teneas velim, solita erga nos X.ⁱ clementia, deesse numquam quid agamus, non sine maxima stupendaque tum *proximorum* utilitate tum *citiam* civitatis totius ad virtutem inflammatione non mediocri. Populus enim totus fratres nostros colit, ac veneratur *non parum*; *hujus rei abunde magnum est argumentum quod* non pauci domum nostram peccata fassuri corpusque X.ⁱ accepturi se conferunt; Pascha vero praeterita, *jubilao prope lapsi* Virginisque Mariae festis, tanta fuit *hominum turba tantusque advenientium impetus* ut, cum septem essent peccata audientes, multi non confessi discesserint. *Adventantes* autem fere omnes scholastici sunt, *quibus quidem jam est de*

more dominicis festorumque diebus peccatis confessis¹, Eucharistiam sumere, *quorum tanta est multitudo ut quadragesimum hiis (sic) diebus non raro excedant numerum*, qui quidem constantissime perseverant. Ex iis vero nonnulli tantos in virtute fecere progressus *ut quotidianam et conscientiae scrutationem et orationem habcant*; quidam, mundo omnino relichto, monachalem sibi elegerint vitam, quos quidem, si nobis jam ampla fuisse domus, in Societatem potius quam in ullum alium ordinem ingressuros fuisse *credimus, quod multis testantibus patet*. Spiritualia exercitia fecere nonnulli, iidem praestantisimi acutissimique ingenii; multi vacationibus his *id praestare* sitiunt. Presbyteros tres in *fratres* recepimus, quorum duo *christiana philosophiae cursus finem attigere; alius per trium annorum curriculum ei navavit operam. Horum et in superiori memini epistola.* Ex quibus duo Salmanticae concionabantur publice, doctrinam reliquaque necessaria habentes. *Horum unus in exercitu nunc manet.* Multi alii doctrina insignes viri, cum divini amoris certissimo jaculo sint vulnerati, Societati non parum *initiari*². Versutissimus tamen ille ac lubricus anguis, primus pacis nostrae inimicus, non desinit obstacula nescio quae objicere; Deus tamen Optimus Maximus, qui hos adducere dignatus est, reliquos etiam adferre (sic). Veniunt itidem nonnulli ut cum Patribus de rebus piis sanctissimisque familiaria excitant colloquia, qui omnes maxima inde reportant utilitatem. Vocamus praeterea crebro ut ad coelestem illam patriam per volantes adjuvemus; nec solum qui id genus pietatis exercent morienti opem ferunt; verum et incidente occasione circumstantes monent ac hortantur ut in id seipso parent temporis, conscientiam ab omni labore mundantes; ut nuper *contigit*. Quidam enim eques in hac civitate *primus*, proximis diebus, ter vel quater ad ultima pervenit, quo Pater Doctor *petitus* se contulit, eique animum ut strenue pugnaret adversus diaboli tentationes conatus est addere. *Ea tamen die, qua animam exhalavit, adfuit cum alio socio, ubi bona salmantinorum equitum pars non deerat, nec aberant etiam multorum ordinum monachi; cum autem equitum conatu a sermone destitissent, tum Pater*

¹ Est inter confessis et Eucharistiam vocabulum quoddam sic lineis cooperatum ut legi non possit.

² Sic, sententia non perfecta.

Doctor, divini amoris igne flagrans, morientem coepit cohortari, monere subinde, vociferari ad aurem, christiana fidei articulos alta voce proferre, arma *mortem oppetenti* adversus ignea diaboli tela praebere, nunc de vitae privatione aegrotum consolari, nunc circumstantes illius temporis tanto periculo terrere, tantoque ipse ardore corripi ut per quinque continuas horas, non sine maxima praesentium admiratione, ita vociferans permanserit, ut multis post diebus raucedine gravatus fuerit; *qua re perspecta, in maximam omnes sunt rapti admirationem.*

Multis signis facile dignoscitur Patrem Doctorem omnesque etiam fratres ab eisdem nobilibus maximo diligi amore. Quod inter illos passim jactitatur hoc est: nullos civitati plus afferre commodi utilitatisque quam nos, cum graves nulli simus.

Manentium deinde in carcere peccata audimus, eorum praesertim, qui morti jam sunt condemnati; quod in *tantam* venit consuetudinem, ut quotiescumque quis ob commissa scelera *extinguendus* sit, nos statim vocemur ad peccata condemnatorum audienda eosque ad locum usque suppicio destinatum comitandos, *maxima tum verborum tum orationum affluentia vires corroborantes.*

In judiciis, tum saecularibus, tum ecclesiasticis, maxima Patris Doctoris fratrumerque habetur ratio. Cum de interdictis similibusque rebus inter sese dissident, Patrem Doctorem ejus rei sumunt *judicatorem*, ejusque consilium sequi, ac ad X.ⁱ honorem spectantia praestare, non parum delectantur.

Patres nounulli diligenter curarunt conjuges aliquas et repudiatas, viris maxima cum concordia paceque restituere.

A Metimna acriter instarunt ut Pater Baptista, nundinis praeteritis, eo proficeretur concionatus. Hoc majori cura conatusque quam omnes expetivit Rodericus de Dueñas, qui etiam pro virili conatus est ut ibi Societatis *domus* erigatur: quod cum Patre Provinciali egit, se ipsum domui necessaria suppeditaturum promittens. Pater Provincialis una cum Patre Francisco de Borja, ejus hac de re tanta cura et zelo *optimo* perspecto, tantaque utilitate quae ibi ex Societate emanare poterit, quum undique *xpianorum*, nundinarum causa, eo multi se conferant, id facile concessit; jamque domum in civitate praecipuam habet paratam maximaque cum diligentia necessaria

omnia *perducere* curat. Ibi nunc Pater Bautista cum aliis duobus *adest*. Eodem credimus septem vel octo ex hic manentibus, vel si plures licuerit, mittendos. Pater Bautista ibi concionabitur; Pater vero Maximilianus dialecticae cursum interpretabitur illuc euntibus, conscientiaeque etiam dubia occurrentia explanabit. Theologiae enim cursum *audivit* integrum. Pater Bautista, postquam hinc discessit, diebus dominicis in ejus populi templo praecipuo concionatus est, summaque X.ⁱ clementia videntur multum profecisse cives.

Quum adhuc *mancerent* nundinae, Inquisitor quidam Vallisoleti eo se contulit, librarios voluminaque etiam nonnulla *visurus* haeresis suspecta, populumque totum in templo maximo jungi *imperavit*, et a Patre Bautista non parvis efflagitavit precibus ut ibi concionaretur. Concionem habuit tanta cum auditorum *turba* ut par visa numquam fuerit, incredibiliique etiam spiritus ardore, concioni fine jam imposito; de gratiis locutus est, quas Deo tenebantur agere, cum eum haberent Inquisitorem, qui tanta cura ab iis omne haeresis genus radicitus avellere conatur librosque etiam perscrutari ut sic christiano *commodo mederi* possit. Rescivimus ad haec *Dominicanos monachos*, cum *timuissent* Inquisitorem ad id rei venisse, precibus rationibusque ab eo id unum contendisse ut ipsi *eam haberent concionem*, objicientes ad se potius quam ad ullos alios de Inquisitionis fideique rebus agere spectare; quibus responsum hunc (*sic*) praebuit Inquisitor: concionatorem, quem ipse constituerat, non minus doctrina quam sanctimonia esse praeclarum; proinde ne illa de re *jam nulla fieret* mentio; ac ita Pater Baptista concionatus est.

Qui autem hic Salmanticae manent, omnes in spiritu proficiunt; multum mutuo se omnes ac maximo prosequuntur amore; omnes *naturales* suas voluntates ac appetitus, non solum intra domesticos parietes, verum et exterius, si per Patrem Doctorem liceret, *refrenare* omninoque extinguere conantur: *curant etiam suam omnes humiliationem, voluntatis propriae extinctionem: superque haec omnia* in rebus omnibus summam assequi obedientiam: quisque corrigi ac suos ei enodari defectus maxime cupit, ut in melius vertat mores. Unicuique sunt jam orationi, studiis, *certaminibusque* constitutae horae; quisque singulis septimanis conclusiones componit, easque sustinet et

contra eum reliqui omnes argumentantur. Cuncti orationi sunt deditissimi. Summo mane congregati omnes simul orant. Pater Doctor hora quarta surgit fratresque hora excitat quintam, omnesque in sacellum se conserunt, ubi usque ad sextam in oratione manent; sexta autem jam *finita*, scholastici vadunt lectio-nes audituri; caeteri vero imperata praestant. *Quibus vero non nocet, pomeridiano tempore per aliam horam incumbunt orationi.* Praeter haec, duo sunt quotidie examina, primum ante prandium, secundum vero paulo ante quam cubent.

Sed quod nihil aliud scribendum nunc temporis occurrat, colofonem addam. Paternitatem tuam unice oro ut tuis Patrum que orationibus Deo commendemur.

Pridie calend. Septembbris, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Datum Salmanticae.

Indignissimus filius tuus,

NICOLAUS GRAZIDA.

Superscriptio.—IHS. Admodum Reverendo M.^o Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

XCVIII

Alphonsus Barreto
 Patri Ignatio de Loyola.
 San Fins, mense Augusto? 1551^{1.}

IHS.[†]

Reverende in Christo Pater.

Gratia et amor Christi possideat semper animas et corda nostra. Amen.

Superioribus litteris scripsi de distributione Patrum ac Fratrum in hac quadragesima per ecclesias oppidorum, numero credo duodecim, ab hoc nostro Collegio paucis milliaribus distantium, ut in ipsis de Deo loquerentur, evangelium explicantes, et ex hoc uberrimo fonte aquam haurirent, qua sitientes horum hominum animas potarent. Nunc quantus fructus, favente Deo, sit secutus, longum esset enarrare; tantum aliqua breviter complectar. Audiuntur cum magna aviditate et frequenter cum lacrymis; ipsi vero potissimum laborant odiorum et inimicitarum spinas evellere, quae multae in his regionibus et acerri- mae sunt; in aliquibus autem locis vix hominem aut mulierem invenire licet, qui hoc morbo non laboret. Unde fit ut saepius

¹ Autographae litterae sunt in folio duplici, cui olim erant nn. 232 et 233, nunc vero 158 et 159.—Est et apographum saeculi XVI, in folio triplici olim nn. 229, 230 et 231, nunc 153, 154 et 155.

Neque autographae neque apographae nostrae litterae locum et annum designant, quo datae sunt. Sed locus ex contextu certo apparet fuisse Abbatiam seu monasterium Sancti Felicis (*San Fins*); tempus autem aliud esse non potest quam illud quod intercedit inter diem Paschatis anni 1551, sermo enim fit de iis quae in hujus anni quadragesima gesta sunt, et diem Septembri quartam, qua, qui philosophiae ibi operam dederant scholastici, Conimbricam redierunt (POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 372, n. 420). Ideo has litteras, Aprili aut ad summum Augusto mense exeunte, quo tempore quadrimestres confici mittique solebant, scriptas autumamus.

interficiantur et vulnerentur multi, qui, aeterni judicii immemo-
res, omne se supplicium evasisse putant, si Minium fluvium,
qui proximus est, transeuntes, ad aliud regnum, Galeiam, sci-
licet, confugiant. Favente Deo, tum ab aliis vitiis tum maxime
ab hoc eripiuntur, ita ut ipsimet admirati alte dicant quae sui
immemorem facile ad animi elationem adducerent; nam, ut alia
omittam, modo illud tempus adventasse dicunt, quod a majori-
bus venturum acceperant, quo mortui vitam essent optaturi ut
verbum Dei ostiatim prolatum audirent, viventes vero mortem
appetituri, quo iis, quae sibi in futura vita praeparata nunciaren-
tur, frui liceret. Fratrum quisque summopere contendit a Deo
obtinere ut delegata sibi ecclesia vacua omni odio relinquatur;
atque ad id non solum orationem, in qua potissimum fixa eorum
spes est, sed et alia media adhibent et omnibus rationibus chari-
tatem mutuumque amorem in eorum animas inducere conan-
tur. Hi homines, licet infimae conditionis sint, sic se dedunt
inani gloriae, ut si quis ad veniam postulandam hortetur, deri-
deant et potius vitae ac rei familiaris quam gloriae jacturam
facere eligant. Dominus vero in ea re quantum ejus manus pos-
sit, intermediis fratribus velut instrumentis, ostendit. Nam ut
hinc incipiam, cum Pater quidam, nomine Joannes Gouvea, toto
hoc anno fere ecclesiam quamdam, quae hominum multitudine
caeteras has omnes vincit, diebus dominicis adiisset, ut pueros
doceret et nonnunquam ut concionaretur, saepiusque de inimi-
citiis et odiis, si quae essent, interrogasset, tum Sacerdotem, qui
in illarum animarum cura incumbit, tum etiam alios, nullaque
esse responderent, absoluta quodam die concione in hac qua-
dragesima, genibus flexis, cum multis lacrymis coepit exclamare
et hortari ut odia deponerent, quae, etiamsi vellent occul-
tare, non poterant; cumque sic magno animi fervore totisque
viribus adhortando ad amicitias mutuumque amorem per dimi-
dium horae perseverasset, tanta subito animorum facta commo-
tio est, ut homines et mulieres, ad lacrymas conversi, per duas
horas ad ipsum accedentes, cum quibus sibi inimicitiae essent
exponerent. Tunc ipse, sicut erat, genibus flexis, inimicos ami-
cos faciebat et, quantum poterat, mutuum amorem pro Christo
commendabat. Quoniam vero advesperascens dies ulterius pro-
gressi impediebat, quod tunc effici non potuit, in aliud diem fa-
ciendum distulerunt; quod postea duobus diebus peragens, cum

magna omnium devotione, circiter trecentos homines invicem reconciliavit, quorum multi non mediocriter offensi existimabantur.

Ad hujus Patris genua, in templo, praesenti tota multitudine, homo quidam cum lacrymis se provolvit ac petiit ut sibi, suo et fratrum nomine, ignosceret quod in nos aliquando maledicta conjecerit praveque detraxerit. Non multum abest quaedam ecclesia, dicitur Sti. Mamerti, cuius parochiani non solum inter se iras atque jurgia permagna exercebant, non sine magna animarum corporumque jactura, sed neque nobis quidem parcebant, quin maledictis et opprobriis nos nostraque accusarent, ita ut, elapsis diebus, fratres duos qui, componendarum amici- tiarum gratia, ad eos venerant, non mediocriter verbis fuerint persecuti. Cujus rei causa videtur, quod quibus, vivente superiore abbate, non sine magna hujus monasterii atque ecclesiarum ejus jactura, libere uti licebat, eorum nunc minus pro arbitrio usus concedebatur. Hos frater quidam, nomine Michaël Bayros, in Domino instituendos in hac quadragesima, mandante Patre, suscepit. Qui, ut erant durissimi, sic magno hujus fratris labore et sudore devicti sunt; nam ultra exhortationes publicas, diebus dominicis inter enarrandum evangelium cum magna omnium devotione factas, privatim domos adibat, atque odia permulta, quae non nisi hominum nece finem habitura credebantur aut potius incrementum, paulatim mitigando extirpavit, ita ut veniam invicem petere persuaserit. Quoniam vero totus fere locus hoc malo erat contaminatus, ut omnibus opem ferret, die jovis, qua Dominus pedes discipulorum lavit, cum mandatum exponens, multa de odio et dilectione dixisset, genibus flexis coram universa multitudine, cum multis lacrymis, quod P. Joannes Gouvea prius, ipse quoque effecit, lacrymante, ut mihi relatum est, toto illo hominum conventu, quorum durities singularis habetur. Sic autem fratrem hunc praeter consuetudinem suam reverentur atque amant, sique mores mutatos in melius esse intelligimus, ut vere dexteræ Excelsi mutatio esse videatur. Quidam homo, qui acrius in initio fratri huic restiterat, tactus a Domino factique poenitens, revertente eo domum, ad iter occurrit et cum lacrymis de pertinacia veniam postulavit. Sic denique ei affecti sunt, ut nullo modo eum a se abstrahi patientur. Quare, ut existimo, quo eorum saluti et de-

siderio satisfiat, dum hic fuerimus, illam ecclesiam frater hic diebus dominicis frequentabit, praesertim cum quod apud eos dicendum sit, sine detimento studiorum parare possit.

Spero non mediocrem animarum illarum fructum securum, cuius rei indicium non parvum est, quod nullum, credo, odium paucis his diebus relictum est; quae, ut dixi, hic magnopere vigeant.

Hic idem frater, missus in proximum oppidum dictum Valentiam ut conjectos in carcerem inviseret, cum multa ipsis de Deo ad eorum consolationem et tolerantiam in laboribus dixisset cum ipsorum lacrymis, hominem quemdam solvi fecit, qui in carcere propter aliquot pecunias detinebatur (quibus solvendis ejus tenuitas non erat), percurrentes eos, quibus pecunia debebatur, quorum magnus erat numerus.

Quidam alias frater, nomine Dionysius, corpore et aetate parvus, qui ob adversam valetudinem nobiscum audire prohibitum esse scripsi, in aliud oppidum non multum distans, dictum Monson, aliquot diebus missus est ut pueros doceret christianam doctrinam; qui ingrediens oppidum, vicos percurrent pulsans tintinnabulum quo pueros in templum congregaret. In initio, propter rei novitatem, illudi ab hominibus et mulieribus coepit. Deinde, multis propter rei novitatem ad templum convenientibus, cum multa ipse super praecepto, quod pueros docebat, protulisset, permagna quoque ipsos devotio cepit, ut ab eo summopere postularint optimates sequenti die veneris, quo die ad docendos pueros perrexerat, ut evangelium sequentis diei dominici videret atque ipsis exponeret (carebant enim concionatore). Postulata fecit, idque cum magna omnium devotione et admiratione. Quod etiam sequenti die dominica fecit, petentibus ipsis, nec defuit qui clamaret: *beatus venter, qui te portavit*, etc. Petitur adhuc ab eis; quid autem P. Emmanuel Godinus, nobis praepositus, facturus sit ignoro.

Ad idem oppidum missus est praeceptor noster in hebdomada sancta, in qua ab studiis cessatum est, qui, tribus ibi diebus moratus, tres conciones cum magno hominum concursu et consolacione habuit, quarum una persuasit ut quisque quotidie, antequam ad dormiendum accederet, transacti diei opera expenderet, et a Domino, si quid minus bene commissum inventisset, veniam postularet; haec autem et alia similia, ipsis ab

eo vehementer commendata, a quamplurimis servari ac fieri postea nobis quidam civis retulit.

Concionatus est idem Pater per hanc quadragesimam diebus dominicis in quodam monasterio nostri Collegii, qui dicitur Sancti Joannis; sic autem omnibus gratus erat, ut non solum permagna ejus ecclesiae multitudo ad audiendum eum convenierit, sed ex hoc etiam oppido aliqui ex optimatibus in illud monasterium se conferrent ad eum audiendum. Distant autem Monson (sic enim dicitur oppidum) circiter duo millaria a monasterio.

De aliis fratribus, qui ad varias ecclesias missi sunt, similia aut fere eadem scribenda erant, quae de superioribus; nam, cum idem Dominus omnia haec ageret, varietas instrumentorum, quae similitudini proxima erat, parum aut nihil opus variabat; praesertim cum, ut dixi, omnes fratres in id potissimum intenderint ut amorem mutuum inducerent, qui in hac regione fere extinctus videbatur. Multa odia et inimicitias dissiparunt graves, inter quas Dominus Ignatius⁴ effecit ut parentes necem cunusdam filii, quam recentem dicebant, interfectori condonarent, quod etiam cognatis persuasit. Multi ex his, qui in amicitiam redigebantur, cum de agris aut pecuniis contentio erat, ex qua odium fuerat obortum, fratribus se suaque committebant, animae saluti intenti.

Ex illo uno maximam quamdam voluptatem in Domino percipimus, quod, quocumque abeamus, in montibus et agris pracepta Domini et similia a pueris cani audimus, qui antea velut a cunabulis juramenta et turpia verba imbibere videbantur. Non pauci ad nos ut confiteantur accedunt, relictis ecclesiarum suarum rectoribus, ut quid sanius de vita sua statuant. Quemdam ex iis parochiarum rectoribus Conimbricam misimus, ubi exercitia spiritualia fecit, sique vitam instituit, ut magno exemplo aliis sit.

Multa alia scribi possent, praesertim si singula quaeque, quae in componendis amicitiis accidebant, persequar; sed longum id esset. Tantum hoc referam de quibusdam fratribus, Fe-

⁴ P. Ignatius de Acebedo, de quo ita *Tellez, Chronica da Companhia de Jesu em Portugal*, I. II, c. 18: "Ihe foy necessario, ordenandolho a obediencia, largar o campo et aceitar o quartel que os Superiores lhe obrigaram a tomar, mandando retirar a Sam Fins.."

tro, scilicet, Affonseca et D. Ignatio, qui in his, ut in aliis, fervens semper reperitur. Cum hominem quemdam insequerentur ut eum in amicitiam cum quodam alio redigerent, in Lazarum quemdam leprosum inciderunt, qui plaustro vehebatur, cuius manus et pedes magna ex parte erant exesi putredineque consumpti, ex quo tantus foetor prodibat ut intolerabilis esse videbatur; maxime enim quia cum p[re]a debilitate seipsum movere requiret, stercoribus naturalibus plenus erat. Hunc ipsi benigne mundarunt, abstarserunt et in lectum deposuerunt, prope quoddam oppidum, ad quod se ille, quem quaerebant, receperat, in domuncula quadam, quae erat hujusmodi aegrotis deputata. Deinde oppidum adeuntes et in eo mendicantes, ex eleemosynis ipsi necessaria emerunt, vasa, inquam, et cibos, etc. Cum autem frusta aliqua panis miliacei inter ejus vestes invenissent, quae sanie videbantur dealbata, ea a leproso petierunt, et domum delata quia jejunabant¹, magna cum laetitia comederunt: fratres, rem cognoscentes, certatim partem aliquam panis assequi contendebant, ita ut etiam micas, quae de mensa cadebant, colligerent atque ederent.

Dominus pro clementia sua det nobis in perpetuum amare laborem et mortificationem ob ejus nomen, qua Jesu Christo crucifixo aliqua ex parte, pro tenuitate humana, mores nostros assimilemus.

Tuus inutilis filius,

ALPHONSUS BARRETO.

Superscriptio: Ao muito R.^{do} em Christo Padre noso, o padre Mestre Ignatio, Preposito geral da Companhia de Jesu. Em Roma.

Alia manu: Quadr. Portug. sine anno.

¹ *domum delata quia jejunabant*, hoc est: domum ea deferentes, et non statim, quia jejunabant, edentes.

XCIX

P. Andreas de Frusis
 Patri Ignatio de Loyola.
 Venetiis, 1 Septembris 1551¹.

IHS[†]

Gratia et pax etc.

Ut praecepto P. T. pro virili parte pareamus, quaecumque scitu digna his quatuor proximis mensibus, Christo adjuvante, hic per nos acta sunt, quam brevissime fieri poterit, prescribemus

Atque ut a studiis domesticis ordiamur, ea sic habent. Fratres operam sedulam navant grammaticis lectionibus audiendis et stilo exercendo; praeleguntur iis, ut est cujusque captus, veteres scriptores tam graecae quam latinae linguae; et utriusque extraneos auditores habemus.

Quod ad puerorum scholam spectat, illud tantummodo scribendum videtur, quod eis P. Dominus Caesar² huic officio, ut videtur, aptissimus praeest. Profectus est tum in litteris tum in bonis et christianis moribus non exiguus. Confiteri omnes solent cum jubentur; aliqui etiam saepius sua sponte et cupiunt et rogant. Verum non tam eorum desiderio quam communi aedificationi a nobis consulitur.

Virorum et mulierum nobis in ecclesia nostra confitentium numerus est satis magnus pro loci incommoditate et nostris aliis occupationibus. Sumunt sacratissimum Christi corpus singulis diebus dominicis complures utriusque sexus. Accersi-

¹ Duo habemus harum litterarum exemplaria. Unum, manu, ut videtur, Patris Oliverii Manarei, in Codicis 1551, fol. 50 v.^o; alterum in *Historia varia*, vol. I, fol. 232 v.^o

² P. Caesar Helmi, Fulginas.

mur interdum ad aegrotorum confessiones audiendas. Concionum auditorium in dies magis magisque crescit, cum non mediocri auditorium studio, aedificatione et fructu. Ad haec, adeunt nos subinde multi, alii consilium normamque ac methodum certe vivendi, alii lectiones privatas et particulares ad animarum suarum utilitatem expertentes; omnibus, quantum Dominus dat, satisfacere conamur.

Haereticus ille, de quo alias scripsimus, qui ob haeresim amplius novem annis in carcere retentus est, resipiscens tandem et ad fidem catholicam reversus, palinodiam cecinit et nobis nunc saepe confitetur peccata sua, dolens suam vitam quod tamdiu in erroris tenebris delituerit, et Deo gratias agens de tanto accepto beneficio.

Hebraeus quidam, adolescens annorum viginti ¹, precibus fratris christiani a Priore nostro Trinitatis exceptus est, apud nos cathecumenus egit, et a nobis nostrae fidei dogmata edocetus, die Sancti Matthaei Apostoli in celebri hujus urbis templo baptismus suscepit. Postea, nostrorum fratrum consuetudine captus et nostrae Societatis instituto ductus, statuit Deo in nostra religione servire. Fratri porro roganti et efflagitanti ut aliquam artem ad vitam tolerandam capesceret, libere respondit putare se frustra baptizatum, si sibi degenda vita in multitudine et saeculo foret, hoc praesertim aevo adeo corrupto et omnium vitiorum ac scelerum genere inquinato; proinde, ut suae saluti consultum melius sit, decrevisse se in hac Societate perpetuo vivere et mori, si ei concedatur; et ut admittatur, quotidie summis precibus contendere non desinit, offerens se paratum et expeditum ad omnia, quae imponantur obeunda, etiam gravissima, nec curare se quae ministeria exercere jubeatur, modo in aliqua parte locum habeat in Societate. Nobis certe in dies majorem significationem praebet futuri profectus; et sane is videtur, ut, Deo favente, magna de eo sperari possint. Plurimum ingenio, judicio et memoria, firmissima etiam valetudine pollet; versatus est diu in veteri hebraico Testamento ita ut quemvis locum in promptu habeat, et memoriter, cum usus postulat, recitet. Peragravit totam Palaestinam

¹ Is, postquam Societatem ingressus est et sacris ordinibus initiatus, P. Joannes Baptista Elianus dicebatur. Ejus gesta breviter enarrat ALEGAMBE, *Bibliotheca Script. Soc. Jesu*, et post eum PATRIGNANI, *Menologio di pie memorie*, mense Martio, die 3.

fere, Germaniam et Italiā. Sex practerea linguarum idiomata tenet, hebraicae, italicae, hispanicae, germanicae, turcicae.

Incidi quandoque in conventicula quorumdam hominum, qui spirituales videntur, re autem vera parum catholici sunt, ubi, me praesente, si non sanius sentiunt, certe suam opinionem et sententiam dissimulant. Nonnulli etiam qui manifestae haereseos morbo laborant, nostris familiaribus colloquiis et rationibus vinci, ad sanitatem redeunt et resipiscunt. Libri suspectae doctrinae a Legato Pontificis subinde legendi ac destruendi nobis committuntur.

De singulari R.^{mi} D. Prioris erga nos benevolentia et charitate, cum ea pluribus jam non dubiis argumentis perspecta sit omnibus, supervacaneum nunc videtur scribere. Conatur, ut sui moris est, supra vires suas, ut quam minime laboremus penuria rerum necessiarum, et nostros conatus pro animarum salute, quantum potest, nititur promovere. Denique magna spes est; et, licet loci adsit incommoditas, maximus tamen et uberrimus, adspirante Domino, exspectatur proventus, cum multa etiam polliceri videatur populi de nobis existimatio et aedificatio. Dignetur omnia secundare et augere ille, qui inchoavit, Dominus noster Jesus Christus, qui est benedictus in secula. Amen.

Venetiis, kal. Septembris 1551.

ANDREAS FRUSIUS.

C

P. Robertus Clayssonius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Parisiis, 1 Septembris, 1551^{1.}

IHS[†]

Gratia ex pax Domini Nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

Reverende in Christo Pater: Ut aliqua in parte saltem satisfiat obedientiae sanctae de conscribendis ad vos litteris singulo quadrimestri, ego ob adversam valetudinem P. nostri Baptistae Violaei² et Magistri Everardi³ et alterius cuiusdam fratris, quibus haec fuisse demandata cura, scribendi onus suscepit. Quoniam vero non omnia quae gesta sunt, sigillatim novi, de multis pauca referam. Illudque primum erit, scilicet, quod Rmus. Episcopus Claramontensis promisit se daturum domum quamdam Societati, sitam in urbe Bilionii (quae urbs est in Auvernia), modo P.^{as} tua tres aut quatuor ex fratribus velit eo mittere, promittens interim, donec urbs ipsa providerit fratribus de necessariis ad vitam traducendam, se illis omnia, quae ad victimum et vestitum pertinent, provisurum. Ea de re P. Baptista ait se ad te scripsisse, quidque ei faciendum sit ea in re abs te nosse cupit.

Invisit nos idem Episcopus sub festum Ascensionis Domini

¹ Autographae litterae, totae manu ipsius Patris Roberti Clayssonii, in duplice folio, cui olim erant n. 399, nunc vero 82 et 83. Eas, ut ejus moris erat, emendavit Polancus, quo sic emendatae transcriberentur a librariis et in Societatis domos mitterentur. Harum sic emendatarum exemplum, a Bernardo Oliverio confectum, in Codice 1551, fol. 19 v.^o et 20.

² P. Joannis Baptista Viola praepositus erat domui Societatis Parisiensi.

³ P. Everardus Mercurianus.

ac per horam cum dimidia allocutus est P. Baptis tam de his, quae in universa Societate, quam de his, quae ad salutem et aedificationem animae suae faciunt. Omnes epistolas Societatis nostrae, quae ad nos deferuntur, primus petit et benignissime excipit jubetque per sacellum suum in volumen redigi, quod (ni fallor) excrevit in magnitudinem epistolarum familiarium Ciceronis.

Clericus cujusdam Consiliarii, cui negotium privilegii nostri commissum fuerat, ubi perlegit Institutum Societatis nostrae, adeo nos unice dilexit, ut omnino spiritu Societatis nostrae duci videatur. Is brevi exercitia aggredietur, ubi quid de ipsis (*sic*) Dominus disponat videbimus.

Addam et illud, quod, nondum factus Societatis nostrae catechumenus, consocium quemdam suum, juvenem quidem bonum et modestum, in familiaritatem nostram traduxit: jamque a tribus mensibus magno cum spiritu et devotione, singulis diebus festis, per ministerium Patrum, qui hic sunt, sacramenta confessionis et eucharistiae recipit, quem et speramus exercitia aggressurum.

Quidam alius juvenis exercitia fecit dicens se velle de progressu vitae suae disponere juxta consilium Patrum, eoque progressus est in exercitiis, ut fateretur se a Christo ab hoc saeculo avocari. Verum dum differt determinationem Spiritus Sancti et vult alia hominum consilia quaerere, ecce decernit sepelire mortuos suos. Hoc scribo ut discant alii exemplo suo magis credendum testimonio Christi et conscientiae propriae incitantis nos ad bonum, quam hominum perditorum consiliis, qui terrena sapiunt. Ab ipso exspectabamus magnum fructum, si unquam ab aliquo alio; verum Satanas impedivit.

Quidam religiosus, olim Sancti Dominici, nunc alterius ordinis, perfecit exercitia, non sine magno fructu et vitae suae emendatione, paratusque est redire ad primum suum institutum, a quo per dispensationem se subtraxerat, modo recipi possit, vel ingressurum Carthusiam, vel mansurum in sua religione, promisit. Tandem rogavit nos obnixe in Domino ut Patres disponerent de ipso secundum beneplacitum eorum.

Receptus est in Societatem nostram Magister Oliverius Flander⁴, de quo alias ad vos scripsit P. Baptista. Is per annum

⁴ P. Oliverius Manareus.

integrum perseveravit in hac voluntate; ut pulcherrimae speciei dote praeditus est, ita forti ac robusto corpore, et, quod majus est, bona animi indole et modestia.

In festo Pentecostes receperunt a Patribus sacramentum synaxis scholastici quadraginta, singulisque diebus festis perseverant multi. Multa alia potuissent a Patribus fieri et ad P. T. scribi, nisi obstitisset adversa valetudo P. Baptistae, in quam saepius recidit.

His finem dicendi faciam, commendans orationibus P. T. imprimis animam meam, deinde infirmos Patres ac universos Fratres, qui omnes simul complemus numerum duodenarium, exceptis duobus famulis.

Bene vale, mi R. P. in Domino Jesu, quem rogamus ut te diu nobis incolumem servet.

Lutetiae, Kalendis Septembris 1551.

Tuus in Christo obedientissimus filius,

ROBERTUS CLAYSSONIUS.

Superscriptio in quarta pagina. R.^{do} in Christo Patri, Domino Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu. Apud Sanctum Marcum. In aedibus S. Mariae de Strada.

ROMAE.

Solvantur latori quatuor solidi Romani.

Alia manu in ima paginae quartae ora: 1551, Lutetie. de Clausonio, calendis setenbris.

Et manu J. Ph. Vito: Qua. Parigi, cal. 7.^{bris}, Sett. 51. Q. S.

Et in tertia pagina: οἱ ἐψοὶ ἔστι πτωγοὶ ὥσπερ Ἐγώ.

Praecedentium Roberti Clayssonii litterarum
a P. Polanco emendatarum
exemplum in Hispaniam missum ¹.

IHS[†]

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi etc.

R.^{de} in Xpo. Pater:

Ut aliqua in parte saltem satisfiat obedientiae sanctae de conscribendis ad vos litteris singulo quadrimestri, ego ob adversam valetudinem Patris nostri Baptiste Violaei et aliorum, quibus haec fuisse commendata cura, scribendi onus suscepi. Quoniam vero non omnia, quae gesta sunt, sigillatim novi, de multis pauca referam; illudque primum quod Rev.^{dus} Episcopus Claramontensis promisit se daturum domum Societati sitam in urbe Biliomi, quae urbs est et universitas in Auvernia, modo P. T. aliquos ex fratribus velit eo mittere, promittens interim, dum urbs ipsa collegio providerit de necessariis, se illis omnia suppeditaturum. P. Baptista quid faciendum ea in re abs te nosse cupit.

Invisit nos idem Episcopus sub festum Ascensionis Domini ac per horam cum dimidia alloquutus est Patrem Baptistam tam de his, quae in universa Societate, quam de his, quae ad salutem et aedificationem animae suae faciunt. Omnes epistolas Societatis nostrae, quae ad nos deferuntur, primus petit et benignissime excipit jubetque per sacellatum suum in volumen redigi, quod, ni fallor, excrevit in magnitudinem epistolarum Ciceronis familiarium.

Clericus ejusdam consiliarii, cui negotium privilegii nostri commissum fuerat, ubi perlegit Institutum Societatis nostrae, nos unice dilexit adeo ut omnino spiritu Societatis nostrae duci videatur. Is brevi exercitia aggredietur. Tantumdem et aliis, quem ipse in familiaritatem nostram traxit; ubi quid de ipsis Dominus disponat videbimus. Quidam alias juvenis exercitia fecit, qui in eis intellexit a Chro. se ab hoc mundo avocari.

¹ Cod. 1551, fol. 19 v.^o et 20.

Quidam religiosus, olim S.ⁱ Dominici, nunc alterius ordinis, eadem absolvit exercitia, non sine magno fructu et vitae suae emendatione, paratusque est redire ad primum suum institutum, a quo per dispensationem se substraxerat, modo recipi possit, vel ingressurum Carthusiam. Tandem rogavit obnixe in Domino ut Patres de ipso disposerent secundum beneplacitum eorum.

Receptus est in Societatem nostram Oliverius Flander, de quo alias ad vos scripsit Pater Baptista. Is per annum integrum perseveravit in hac voluntate; ut honestissima specie ac robore corporis, ita, quod praecarius est, optima animi indole et modestia praeditus est.

In festo Penthecostes receperunt a Patribus sacramentum synaxis plurimi scholastici, singulisque diebus festis perseverant multi.

Multa alia potuissent a Patribus fieri, nisi obstitisset adversa valetudo Patris Baptistae, in quam saepius recidit.

His finem dicendi faciam, commendans orationibus P. V. imprimis animam meam, deinde infirmos Patres ac universos fratres, qui omnes simul complemus numerum duodenarium, praeter duos famulos.

Bene vale, mi R.^{de} P. in Dno. Jesu, quem rogamus ut te diu incolumem servet.

Lutetiae, kal. Septembbris 1551.

Tuus in Xpo. obedientissimus filius,

ROBERTUS CLAYSSONIUS.

CI

Dionysius Vazquez
 Patri Ignatio de Loyola.
 Compluto, 1 Septembris, 1551 ^{1.}

IHS[†]

Muy R.^{do} in Christo Padre.

La gracia y paz de Nuestro Señor sea contino en nuestras
 ánimas. Amen.

Dáseme tan mal este oficio de escrebir, que, aunque haya
 muchas cosas de que hacer saber á V. P. y á los Padres y Her-
 manos mios en Cristo, para mayor gloria del Señor y confus-
 ion de los que en Alcalá estamos, basto yo para las escurecer.
 Gloria sea al Supremo Autor de todo el bien, el cual modera,
 templa y gobierna todas nuestras cosas, prosperándolas cada
 dia con nuevos sucesos de mejoría.

Todavía diré algo del fruto y aprovechamiento espiritual
 que todo este reino de Toledo recibe de la doctrina y ejercicios
 espirituales de esta casa y colegio; porque concurren aquí tan-
 tas personas, así naturales como de otras partes, que la casa
 no puede cumplir con todos, aunque más quiera estrecharse.
 Todos estos vienen mostrando grandísima sed de la salud de
 sus ánimas, y buscan quien les enseñe el camino de la fuente
 de vida eterna, y quien les descubra el pozo de agua viva. Y
 tanto que unos de ellos convidan á otros á venir, y los incitan

^{1.} Autographae in duplice folio n. 450 et 451.

y mueven, á semejanza de la samaritana, que iba dando voces; de tal manera que muchos que vinieron con mucho secreto y silencio á hacer los ejercicios, apénas han salido de casa, cuando ellos mismos se andan publicando, y dicen dónde han estado, qué hicieron, qué fruto sacaron. Cosa es de maravilla el conocimiento que el Señor en estos ejercicios les communica, y cuán diversamente sienten, despues de haberlos hecho, de las cosas de Dios, que ántes juzgaban. Despues que ultimamente á V. P. escribí, en esta casa nunca han cesado de estar, cuándo tres, cuándo cuatro y muchas veces seis, entre los cuales han sido religiosos muy antiguos, y otros canonistas y teólogos y personas graves. Bendito sea el nombre de Nuestro Redentor, que solo hace maravillas.

Entre estos vino un Doctor, sacerdote y de muy grande autoridad entre los suyos, y no de menores letras, el cual, viendo el fruto de los ejercicios, no se contentó con llevar para sí el fruto, mas con grande instancia pidió á nuestro P. Villanueva que se hiciese lo mismo que con él se había hecho, con sus criados, afirmando no podría tener en su compañía hombre que no hubiese hecho los ejercicios; y así aunque no había tanta disposicion, por le consolar en esto, vinieron un capellan y dos criados á los hacer, y todos fueron, segun se pudo colegir, con grande aprovechamiento.

Espérase que con ser aquel Señor Doctor y Visitador general de un obispado de los principales del reino, se seguirá gran servicio á Nuestro Señor de su doctrina y ejemplo. Pedia á nuestro P. le diese licencia para salir de casa y traer un cántaro de agua acuestas desde la fuente; pero nuestro P. tempeataba sus ardores por algunos buenos respetos. La mies es tanta que, aunque siempre ha habido, como tengo dicho, gente en casa, hay otros que con hambre esperan á que el P. Villanueva tenga lugar para recibirlos á lo mismo; y así hay tanta gente de fuera y de la Universidad, que muchos buenos sujetos se quedan sin aprovecharse en los ejercicios, deseándolo y pidiéndolo, por no haber tanta disposicion.

En las otras letras que á V. P. escribí, creo que dije cómo todo el convento de unos frailes jerónimos de Santa Ana de Tendilla habian hecho los ejercicios, y que fueron de algunos otros frailes murmurados, y que se quejaron á su Presidente,

que es como Provincial en España. Tanto hicieron estos, que conmovieron al Presidente con fictas acusaciones, á que vino desde Sevilla al monasterio de Santa Ana muy indignado; donde llegado no disimuló su enojo, ántes comenzó á reñirles ásperamente, y quitóles todas cuantas escrituras tenían de caso (*sic*) de meditacion ó ejercicios; y ellos á todo esto mostraron muy grande contentamiento y alegre cara y ánimos aparejados para todo cuanto de ellos quisiese hacer: lo cual todo cumplian aun mejor con las obras que con las palabras. Entónces el Presidente, espantado como de cosa que otras veces él nunca habia visto, ni ahora esperado, amansó en tanta manera, que dijo: Vosotros me habeis confundido, y sabed que yo venia indignado contra vosotros por lo que me habian dicho de estos ejercicios; pero yo veo en vosotros otra obediencia y aparejo que en los demas he visto, ni aun ántes de esto en vosotros conocí; y doctrina que á los religiosos ayuda á saber obedecer á su prelado y á humillarse los hombres y mortificar las propias voluntades, esta, cosa es del cielo. Y así, loándolos mucho y adhortándolos á semejantes obras, les volvió sus papeles todos, diciendo que aprovechasen á sus hermanos en las otras casas; y así dividió algunos de ellos por otras casas y les dió cartas favorables y de mucho crédito.

De allí fué el Presidente á Valladolid, donde estaba cierto señor, que habia sido principal en indignalle contra sus frailes; y este señor, en viéndole, le preguntó como por burla qué había hallado de nuevo en Santa Ana; á lo cual respondió el Presidente que recogimiento y humildad y obediencia y devucion, informándole muy largamente del negocio y dándole de todo suficiente relacion. Y de esto hasta aquí.

De Toledo (donde hay en muchos buenos deseos de aprovechar sus almas) vino los dias pasados una persona de la iglesia mayor, muy señalada y conocida, y hizo los ejercicios con gran fruto y utilidad, segun ha mostrado.

Las confesiones y comuniones de los que aquí frecuentan nunca cesan; ántes Nuestro Señor las trae más abundantes cada dia. Demas de esto, nuestro P. Villanueva, en consejos y conversaciones y otras obras del servicio de Nuestro Señor, ocupa muchos ratos, de que no menor fruto se sigue que de todo lo demás. De todo se dé gloria al que por dárnosla se dió en la

cruz. El dé á V. P. su santísima gracia con cotidiano aumento.
Amen.

De Alcalá 1.^o de Setiembre de MDLI.

De V. P. hijo indignísimo en Cristo

DIONYSIUS.

Superscriptio. IHS [†] Al muy R.^{do} en C.^{to} el P. Maestro Ignacio, Prepósito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Polanci manu in quarta pagina: 1551, Alcalá.

Vestigium sigilli in cera rubra.

CII

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 1 Septembris 1551 [†].

IHS [†]

Gratia et pax Christi Domini sit semper in omnibus nobis.
Reverendissime in Christo Pater.

Proposui Dei gratia P. V. paucis conscribere quoniam in statu res nostrae Coloniae se habeant, simul etiam de fructu, quem Deus Optimus Maximus hic operari dignatus est hoc mense Augusti.

In primis numquam possum P. V. satis gratias agere pro tanto Patre et confratre, pro Domino scilicet Arnoldo ², quem P. V. ad nos misit, cuius colloquio et conversatione multum in Domino reficior, nec parvo cum fructu Coloniae manet; corpore nunc sanus et fortis est, laus Deo omnipotenti. Ipso die Sancti

¹ Autographae in folio duplici, cui olim nn. 390 et 391, nunc 88 et 89.

² P. Arnoldus Hezeus.

Petri ad Vincula suas celebravit primitias in nostra parochiali ecclesia cum magna populi aedificatione. Multis explicare non possem quantae effunderentur lacrymae audirenturque suspiria et gemitus. Magna fuit populi frequentia et devotio, ita ut numquam antehac tantam in populo devotionem conspexerimus: omnes ad offerendum properabant; etsi ad offertorium non stremus, multa tamen offerebantur, sed omnia pastori nostro reliquimus, qui sine nostro jussu ecclesiam tapetis et ramis ornari fecerat. Magnum etiam numerum communicantium P. Arnoldus in sua prima Missa habuit, qualis antea numquam visus fuit, studiosorum adolescentum, cum magna populi aedificatione.

Post dies vero aliquot P. Arnoldus incoepit audire confesiones studentium, et, in vigilia Assumptionis B.^{tae} Virginis, usque ad medium noctis confessionibus audiendis occupatus fuit magno cum fructu, quoniam ex ipsis tres adolescentes ad ordinem S. P. Francisci intrandum, ad inferiores partes¹, profecti sunt.

Hisce diebus a quibusdam multum rogatus fui ut ad quosdam proficiserer, ad multorum conscientias juvandas, quae male contentae erant, et ad alia multa necessaria negotia expedienda. Consensu et suasu P. Arnoldi profectus sum; et Deus Optimus Maximus, sua gratia, multa bona operatus est. Ipso enim die Sancti Laurentii Martyris in quodam pago, nomine Alphen, in ecclesia exhortationem habui cum magna omnium aedificatione, in qua exhortatione plusquam quadringenti praesentes erant; postea plurimum instabant ut die altero adhuc unam exhortationem habere vellem; sed temporis angustia non patiebatur. Plurimi parentes suos mihi offerebant filios ut mecum eos ducerem; sed, quoniam aliqui annum 14 et 15 prius agebant², permisi eos apud parentes adhuc in studiis; sed tribus adolescentibus, naturalibus bene bene³ dispositis, dedi licentiam ad nos veniendi circa Natalem Domini, quoniam aliter fieri comode non poterat. Multa etiam cum pastore hujus pagi egi, qui

¹ Quid per haec verba *ad inferiores partes* significetur nescimus; opinamur autem hunc esse sensum, scilicet, tres illos adolescentes ad Franciscanos perrexisse eo animo ut in inferiore gradum *fratrum laicorum* admitti postularent.

² Annum decimum quartum aut decimum quintum nondum, vel vix, attigerant?

³ Sic, et forte aequivalet *sat bene*.

publice cum sua concubina manebat. Libenter nos audivit promisque emendationem in omnibus.

Post diem unum aut alterum, cum mea negotia expedivisse, ad civitatem quamdam, Tiel¹ dictam, profectus fui, ubi humaniter a quodam primatu civitatis receptus fui, qui filium suum post annum unum ad nos destinavit mittere; nisi defectus annorum obstitisset, jam mecum profectus fuisset. In hac civitate multum desiderabant aliquos de Societate Jesu.

Altera die, negotiis expeditis, profectus sum Noviomagum, ubi a quodam canonico valde etiam charitatively susceptus fui, qui ad Societatem est valde affectus. Cum hic essem, amici Reverendi P. Canisii multum instabant ut semel ad eos venirem; sed, quoniam eodem die mihi proficiscendum erat navigio Coloniām, non diu haerere potui. Cum jam ad eos venissem, inveni fratrem R.^{di} P. Canisii, qui propter infirmitatem, relictis ad tempus studiis, ad patriam profectus erat, sed jam bene habebat. Valde ad Societatem Jesu est affectus. Postquam bona aliqua inter nos contulissemus, quantum tempus patiebatur, tandem valedixi ei in osculo pacis et charitatis, et Christo Jesu Domino nostro commendavi; ipse vero cum canonico, meo hospite, in genua provolutus, benedictionem a me petierunt, tunica me tenuentes ne evaderem; quo spectaculo multum in me confusus fui de tanta eorum humilitate. Sic coactus, ipsis benedictionem dare debui.

In navi, Coloniam proficisciens, exhortationes habui cum magna omnium aedificatione; multa audiebantur suspiria, lacrymae fundebantur cum melioris vitae proposito; lutherani, qui praesentes erant, ab eorum calumniis desistebant; quidam etiam studiosus, qui nobis aderat, promiserat se frequentius ad nos venturum confitendi gratia.

Coloniae etiam confessionibus audiendis occupatus fui: multi etiam studiosi ad nos veniunt boni aliquid audiendi gratia. Multi etiam studiosi adveniunt cum sexta feria a nostris habetur oratio exhortatoria ad virtutem. Paucis abhinc diebus pater confratris nostri Erardi² Leodiensis adduxit nobis filium suum majorem, quem habebat in studiis; quem cum videremus

¹ Vide POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 583 et in eodem tomo geographicum indicem, pag. 815.

² Erardi Dawant.

naturalibus bene dispositum magnoque affectu ad Societatem a Domino trahi, in domo suscepimus; alios quoque duos Leodien-ses habemus, de quibus multa bona speramus, cum nepote confratris nostri Balduini¹. Novum etiam habemus coquum viginti quatuor annorum, qui se in omnibus et ad omnia, Christi Jesu amore, resignare studet et se totum Societati dare.

Haec, pro hoc tempore, P. V. scribenda occurunt, cui unice nos commendamus, Reverendorumque Patrum et Fratrum Romae agentium precibus plurimum etiam nos commendantes, quos omnes in Christo salutatos cupimus. Bene valeat P. V. in Christo semper.

1551, p.^a Septembbris.

R.^{ae} V.^{ae} servus indignus,

LEONARDUS KESSEL.

Superscriptio. ¶ R.^{do} in Christo Patri D. Ignatio de Loyola, Societatis Jesu Praeposito. Romae.

Alia manu: Quad. Colon. p.^a Septem.

Vestigium cerae sigilli.

¹ Balduini Delange.

CIII

P. Joannes de Victoria
 Patri Ignatio de Loyola.
 Vienna, 1 Septembris 1551¹.

IHS[†]

Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi, etc.

Ut sanctae obedientiae praecepto satisfiat, ea quae per Dei gratiam his quatuor mensibus acta sunt, nimirum a nostra ex Urbe profectione, quanta brevitate res ipsae patientur, his litteris complectar.

Variis igitur in locis, antequam R.^{dus} P. Nicolaus de Lanoy cum reliquis octo fratribus Bononiam perveniret, varia prosequabantur exercitia; concionabantur aliqui in templis vel in plateis, alii in hospitiis vel in ipso itinere, quoad fieri poterat, nunc hos nunc illos, ut opportunitas et occasio ferebat, de rebus piis alloquebantur; alii vero, cum modestia et taciturnitate, sibi commissa diligenter curabant. Sic demum, Deo duce, post decimum diem, non sine fructu conversantes ubique, Bononiam incolumes pervenerunt; ubi cum Morales et ego, ut scriptum erat, nos adjungeremus, R.^{mo} Archiepiscopo Saulo, Vicelegato, salutato, a quo perhumaniter fuimus excepti, postridie illius diei Bononia discessimus, Patribus ac Fratribus, qui ibi aderant, valedicentes, qui summa ac singulari quadam charitate complectentes nos comitantesque per totam civitatem, ad portam usque nos deduxerunt; ubi corporum quidem sejunctio, animorum vero minime, facta est. Atque ut in summa omnia dicam,

¹ Bina habemus harum litterarum apographa. Unum, a P. Bernardo Oliverio factum, in Codicis 1551, fol. 14 et 15. Alterum, in *Historia varia*, vol. I, fol. 230 et 231; hoc nos transcribemus, quia aliqua continet quae in primo desiderantur.

codem modo iter agentes quo Bononiam usque, Tridentum per venimus; a R.^{mo} Cardinali Legato Concilii ac R.^{mo} quoque Cardinali Tridentino et ab aliis Episcopis, Veronensi et Calaguritano, apud quem pransi sumus et aliqui etiam fratrum tum latine tum italice concionati, paterna sane excepti fuimus pietate, qui non solum quae in nostrum iter videbantur necessaria, verum etiam seipsos ultro offerre nobis non dubitabant, divino quodam amore ac mira jucunditate coram adstantibus complectebantur ¹.

Secundo sumus inde profecti die, atque, ut consueveramus, iter agentes, paucis post diebus fluvium tenuimus, qui ab Innspruch, seu Oeneporto, si malis, regia civitate, sex ad summum milliaribus distat italicis; ibique navim condescendentes, ubi diu forte fuerat immorandum, nisi ab Innspruchensi regio Consilio quasi edictum quoddam ac imperii sigillo obsignatae litterae accessissent, ad Viennam quinto post appulimus die.

Sic itaque, Pater observandissime, uno mense totum iter confecimus. In Italia, ut dixi, concionibus, conversationibus atque exemplis dilectissimi nostri fratres aliquid lucri facere contendebant; neque id quidem tentatum sine fructu ausim dicere, siquidem per Dei benignitatem odorem pietatis atque religionis ubique fundebant. Ut autem ventum in Germaniam est, cum lingua minimum valerent ut animi conceptus expresenterent, pace, tranquillitate, modestia, taciturnitate ac patientia id unusquisque efficere contendebat, ut omnibus aedificationi esset.

Suscepit nos R^{dus} P. Claudius ut patres (*sic*) decebat, qui, cum aliquot ante dies huc appulisset simulque cum eo Mgr. Petrus Schorichius, jamdudum nos exspectaverat; exceptit nos R.^{mus} Viennensis ²; exceperunt et alii dignissimi viri; et praeceteris R.^{mus} Labacensis ³, qui est Regi ab animae secretis et dispensator eleemosynarum, summa sane cum pietate. Qui etiam ad hospitium usque, aliis comitatus viris, ultro nos quae situm venit, statimque destinatum habitationi locum paravit,

¹ Sic utrumque apographum; nec certo attingimus quae verba aut desiderentur aut redundant aut emendari debeant ut sensus perspicuus evadat..

² Fredericus Nausea, Viennensis Episcopus.

³ Urbanus Weber (Textor), Labacensis Episcopus, Ferdinandi, Romanorum Regis confessarius.

nosque tamquam protector et pater satis commode in eo collocavit. A quo ad serenissimum Regem postridie deducti, ab ipso vero humanissime quidem fuimus excepti, qui, cum omnium nostrum manus, non tamquam dominus sed ut amicus, more germanico, laeta fronte apprehenderet, suas deosculandas minime concedere voluit.

Suppeditavit postea sufficienter satis semperque nobis necessaria suppeditat, et multo plures quam huc venimus expetit; ac R.^{mo} Labacensi et P. Claudio saepius pollicetur brevi nimis se huic collegio firma jacturum fundamenta. Mira est apud Regem Societatis auctoritas. Ejus opera aliquando reformatam iri regionem illam sperare se ostendit. Patrem vero Claudium sic extollit ut neget se concionatorem unquam praestantioris doctrinae audivisse. Cum autem id consilium doctissimis quibusque Universitatis placuissest, ut scholasticae theologiae compendium, quod studiosis praelegi possit, ex optimis auctoribus collectum fieret, Patris Claudii doctrinae solidae et judicio prudenti committi id opus, adhibita etiam Regis auctoritate, curabant. Qui quidem Rex, in summa, singulari quadam nos prosequitur pietate, unde facile speramus R.^{dos} P.^{es} nostros non ita a publicis negotiis, eis, inquam, quae ad incrementum christianaे religionis spectant, liberos fore, ut lectionibus quotidianis assidue vacare possint, etiam si plures adhuc adessent Patres, qui in iis sanctis exercitiis suam valerent operam praestare. Quos quidem sancto quodam desiderio et mitti et incolumes ad nos venire exoptamus. Faveat Deus omnipotens tanti Regis votis, et operibus rebusque nostris praesit semper, quo facilius et uberior gratos in odorem suavitatis fructus reddere valeamus.

Paucis ab adventu nostro diebus, habitis, ut assolet, tantis Patribus dignis orationibus, R.^{dus} P. Cladius epistolam ad Romanos, R.^{dus} vero P. Nicolaus de Lanoy quartum librum M.^{tri} sententiarum aggressi sunt explicare. Habuere studiosorum atque magnatum satis frequentem numerum. In progressu vero magni etiam nominis ecclesiarum principes quampluribus doctis fortasse comitati viris semper accedunt. Unde etiam nunc qui sint in Germania, favente Deo, proventuri fructus prope modum jam videmus. Faxit tamen Dominus ne corporis vires Patres deficiant; multa enim impendunt illis a publicis, a privatis atque domesticis rebus negotia, quibus operam dare ne-

cessario tenentur, tantaque uno eodemque tempore occurrunt agenda, et plura etiam in dies videntur accessura, ut multa vel omittere, vel saltem in aliud rejicere tempus, necessarium sit.

Ut etiam aliquid de nostris privatis studiis et exercitiis T. P. intelligat, quotidie simul mane sacrum audimus; privatae autem orationes et conscientiae examina quotidie suis temporibus fiunt; at neque ob id sane studia litterarum sunt remissiora. Legit namque domi R.^{dus} P. Nicolaus satis mane dialecticem, qui alioqui non parum facturus videbatur, si et publicae Theologiae lectioni et domesticarum rerum praefecturae satisfaceret. Isocratem graecum M. Schorichius interpretatur a prandio; aliquid de rhetoricis M. Erardus, necnon de grammaticis praeceptis, destinatis horis, exponit. Ego vero bonam partem libri Ciceronis *de amicitia*, ut potui, hactenus explicavi; grammaticamque graecam Clenardi cum fratribus tum repeto, tum etiam quae non audierunt explano, ita ut, cum illos juvare contendam, me magis ipse erudire laborem. Fiunt repetitiones quotidie; disputationes vero dialectices et grammatices graecae certis diebus in hebdomada constitutis; epistolarum compositio non omittitur; componuntur et carmina in Sanctorum laudem aut de aliqua re pia. Ordine spirituales etiam declamationes diebus festis, dum reliqui coenant, habentur ab aliquo. Aliis autem diebus, et mane et vespere, pii alicujus libri audimus lectionem, lectore ordine praestituto. Accedit his omnibus quoque hujusmodi exercitium quoddam, quo et studiosi excitari et melius quae PP. legunt percipere possint, ut aliqui nostrum in communi Universitatis gymnasio de illis, quae Patres petierint, rationem, aut, eorum repetitis argumentis, responsum reddere debeant. Quod quidem assidue factum est, et fit etiam nunc, in lectione M.^{tri} sententiarum, unaquaque distinctione absoluta.

Domestica vero officia, hactenus in fratres distributa, praedictis adduntur exercitiis; neque Philosophiae magistris coquina pepertit, qui tanto magis se forte digniores reputant quanto diutius tali pro Xpo. fungi datur officio, non ignorantes posse sine litteris multos, sine humilitate vero neminem, patriam introire coelestem.

His autem scriptis, aliis etiam non inconsulto omissis, sed ad majorem Dei gloriam in aliud tempus rejectis, illud omnino non reticendum videbatur: venisse, videlicet, hactenus nonnul-

los etiam nobiles ad P.¹ ut de peccatis confiterentur, qui quidem et sacram una nobiscum cupientes suscipere communio nem, ut temporibus istis ad id sese satis humiles praebebant. Augeretur horum numerus, ut spero, siquidem et sacerdotum, qui eos audirent, numerus augeretur, aut si forte lectiones illaque negotia, quae Patres nostros distinent, non totum, quod suppetit, tempus sibi dari exposcerent; quod si aliquid aliquando ab his subtrahi possit temporis, id totum aut infirmis invisendis aut alicui hujusmodi operae piae libentissime datur.

Dum in sermonem de infirmis incidimus, de nostris etiam in mentem venit, quos quadam, post adventum huc nostrum, pietate Dominus exercuit, ac paucis subinde diebus solita sua clementia liberavit. Vix huc appuleramus, dum febris quaedam utcumque gravis Suetonium, Martinum, Guilhelnum, Brictium ac Moralem, fratres dilectissimos, invaserat; quae quidem certe, brevi discedens, non ut corpora, multo itineris labore aliisque incommodis defatigata, vexaret, verum ut multa charitate medicos quosdam nobis conjungeret, visa est accessisse. Hi enim non solum ultro suam operam pollicebantur, verum etiam et id exoptare, et uter eam praestaret, sancta quadam aemulatione contendere vibebantur. Compenset Deus Opt. Max. largitione gratiae illorum ipsorum et operam et voluntatem.

Scripsimus, Pater observandissime, R. P. T., quae menti occurrabant. Nunc vero id superest, ut nos tuae R. P. humillime commendemus, cuius orationibus quo magis indigemus, tanto quidem ardentius cuncti supplices eas poscimus.

Viennae, primo Septembbris die 1551.

R. P. T. indignus servus,

JOHANNES DE VICTORIA.

¹ Sic etiam utrumque nostrum exemplar; quod si recte habet, de uno P. Claudio Jajo sermo esse videtur.

CIV

Joannes Baptista de Jesu,
Ex commissione Patris Joannis Pelletarii,
 Patri Ignatio de Loyola.
 Ferraria, 3 Septembris 1551¹.

IHS[†]

Gratia et pax etc.

Adest tempus, venerande Pater, in quo, obedientiae jussu, rationem eorum, quae his quatuor mensibus, totidem enim in hac civitate exegimus, Dei gratia facta sunt, reddere tenemur: quam provinciam libentissime R. P. Joannes Pelletarius, si per multas occupationes licuisset, erat suscepturus. Quare hoc mihi oneris, impar sane meis viribus, utcumque tamen subeundum fuit.

Et ut primo loco de fratribus aliquid attingam, scito id sedulo curari a Patribus, ut non solum in vocatione permaneant, verum etiam ut magis ac magis in dies in spiritu proficiant. Litteris vero summa cum diligentia vacant; enarrat P. Joannes mane tres lectiones, primam in litteris humanioribus, alteram in rhetoricis, tertiam in grammatices latinae praceptis; a prandio vero binae, et quidem de graecis, lectiones perleguntur. Inter coenandum quotidie nostrum unus aut concionatur latina aut vernacula lingua, aut certe orationem habet. Singulis diebus dominicis etiam aliqua habetur oratio aut a fratribus, aut ab his, qui in ludo litterario, sub fratum disciplina, litteris incumbunt. Pergratsum parentibus esse, ut filiorum ingenia hoc

¹ Autographa in folio duplici, cui olim nn. 230 et 281, nun̄ vero 64 et 65. Castigata valde fuit, et quidem merito, a P. Polanco. Itaque nos eam primo loco prout e Patris Polanco manibus evasit, secundo autem qualem reliquit ejus auctor, transcribemus.

genere dicendi se exerceant, experimur: ad eam autem orationem multi accedunt externi; sed de fratribus hactenus.

Dux Ferrariae Illmus. perhumanum se nobis exhibit; et, licet illum longo sermone alloqui (per nimias in tractanda principum pace occupationes) facultas non fuerit, interrogat saepe de nobis, et perplacent illi (ut nobis relatum est) quae agimus, tam in concionibus ac confessionibus, quam in schola quam aperuimus; ad quam non pauci studiosi jam accedunt, quorum quidem tanta et morum et studiorum est in melius mutatio, ut qui eos noverint et obstupescant et mirifice delectentur. Cum enim multi prius moribus depravati ac blasfemiis omnibusque flagitiis dediti essent, nunc longe aliter se habent. Si quis enim verbum aliquod minus honestum aut mendacium depromat, aut legem aliquam collegii transgrediatur, est qui eum statim ad paeceptores deferat, et correctione emendatores in dies redduntur. De quo quidem instituto eo impensius gaudent et aedificantur homines quod quicquam pro eo munere neque exquirimus, neque optamus, immo oblata multa rejicimus. Nam saepe contingit ut puerorum patres ad nos munera mittant, sed eis remittuntur, licet acciderit aliquando ut, remisso uno servo a nobis cum munere, alter sit remissus, qui astute dominostrae et clam suum munus deponeret. Alii asserentes id scandalo esse, quod nihil quicquam recipiamus, nos urgent suamque operam facultatesque pollicentur.

Inter alios duo potissimi sunt qui suos etiam filios Societati dare peroptant; cum tamen alter unicum filium, et quidem multis virtutibus decoratum ac aetate proiectum habeat; alter vero, qui tres habet, libenter (si per aetatem liceret) omnes Societati donaret. Ex hac certe schola Deo Optimo Maximo non mediocres fructus colligendos esse non dubitamus.

Sunt in ea ex fratribus duo paeceptores, qui diversas paelegunt lectiones; observatur in ea id, quod fere in Societatis collegiis observari solet; nempe ut scholastici, saltem singulis quibusque mensibus, confiteantur. Lectionibus christianaee doctrinae ac in templo concionibus, quae singulis diebus festis a P. Joanne summa cum auditorum aedificatione fiunt, frequentes intersunt.

Visitantur fere quotidie xenodochia, in quibus P. Paschalias multas audit confessiones magno cum fructu, nec paucas

a faucibus daemonis animas eripuit; inter alios fuit quidam, qui, cum in gutture vulnus accepisset, quamvis per vulneris spiramina sibilaret eisdemque sumptus cibus elaberetur, nullo modo, ut inimico offensam condonaret, persuaderi poterat. Verum illum invisens et ad confessionem alliciens P. Paschasius, ejus animam Christo per ipsius gratiam acquisivit. Quidam alius sacerdos, cum ob peccatorum congeriem de propria salute desperaret, deque Dei misericordia usque adeo diffideret, ut a multis id tentantibus in spem erigi non potuerit, invisentibus eum Patribus, divino favore resipuit ac paucos post dies animam efflavit.

Ad confessiones magno numero et devotione concurritur, et inter eos, qui crebro ad eas ac sanctissimum Eucharistiae sacramentum accedunt, maxima pars eorum est, qui vere possunt spirituales appellari, nam Domini vestigia summo fervore prosequuntur. Hi sese in componendis dissensionibus exercent, et mulieres, perniciosa vitam agentes, ad bonam mentem reducere student, pauperum in hospitalibus curam habent, demum pietatis et charitatis functionibus se studiose occupant.

P. Paschasius multis in praesentia spiritualia dat exercitia, et inter alios quibusdam nobilissimae familiae foeminis: dedit etiam plurimis, proxime elapsis diebus, ex quibus aliquae virginis ingressae, aliquae ingressurae sunt coenobia; et Doctor quidam in utroque jure, iisdem exercitiis promotus, ad idem praestandum paratum se esse profitetur. Hi homines ita erga Societatem sunt affecti, ut numquam a nobis, dum possunt, recedere velle videantur; et quamvis audiant diebus festis mane concessionem, et a prandio lectionem de christiana doctrina, nec non domi orationem a fratribus habitam (quam tamen non omnes intelligunt), non illis id sufficit; adhuc vellent a P. Paschasio privatam exhortationem, asserentes se non aliud optare quam integrum diem in divino servitio transigere.

Ad nos deducti fuere (nostro auditu adventu) complures a spiritibus immundis vexati, ex quibus mulier quaedam a duodecim milliaribus est adducta. Alteram sacerdos, qui alias eam a daemonio liberare conatus fuerat, deduxit, qui quadam simplicitate P. Paschasio dicebat daemonem in digitu apicem se recipere coëgisse, sed neutiquam inde detrudere illum potuisse. Haec ab

ipso P. Paschasio sola confessione liberata fuit, paucosque post dies ex hoc exilio ad patriam feliciter migravit.

Idem P. in christiana fide duos erudit hebraeos. Quorum alter, ubi edoctus fuit, uno et eodem die baptizatus fuit, et sacri olei unctionem suscepit, ac ad superos convolavit. Reconciliavit quoque Deo quemdam eorum, qui olim in Lusitania baptizati fuere, et ad vomitum judaismi reversus fuerat; quo in errore adhuc vivunt ejus consanguinei.

Hoc etiam praeterendum non duxi, quod cum ab omnibus piis hominibus, tum praesertim a religiosis, diligimur, qui maximopere nostro gaudent instituto, praecipue fratres minores, quos vulgo capuccinos vocant, quibuscum maxima nobis intercedit familiaritas et benevolentia. Accidit ut, cum nos indigere putarent, illorum duo ad nos onusti accesserint, quos ut vidi saccos plenos humeris gestantes, illis obviam prodivi, existimans, ob eleemosynam quaesitam, apud nos defatigata membra velle recreare; at inquiunt illi: ad vos de hortorum nostrorum fructibus haec tulimus; qui etiam nonnulli, cum ex illis, tum ex caeteris religionibus conciones audiunt.

Haec sunt, R.^{de} Pater, quae tibi in praesentia scribenda occurrerunt, et alia non pauca mihi excidisse scio. Haec si expectationi tuae non satisfecerint, nos de negligentia reprehendamus, Deo tamen, bonorum omnium auctori, gratiae de bonis agendae erunt, qui nos in sua gratia conservare et augere dignetur. Quod quidem ut obtineamus, sanctissimis tuis sacrificiis et orationibus humiliter nos commendatos cupimus.

Datum Ferrariae 3.^o nonas Septembris M.D.LI.

R. P. Joannis jussu.

Servus in Ch.^{to} indignus,

JO. BAP.^{TA} DE JESU.

Superscriptio. Admodum R.^{do} in Christo Patri Domino Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1551. Quad. Ferra. 3 de 7b.—Q. et An. v.

Eaedem litterae absque Patris Joannis de Polanco emendationibus.

†

Summa Chri. gratia nostris semper inhabitet cordibus.

Adest tempus, benigne Pater, in quo, obedientiae jussu, rationem reddere tenemur eorum, quae his quatuor proxime elapsis mensibus, quibus hac in civitate egimus, summi Dei gloriae facta sunt; quam provinciam libentissime suscepisset R. P. Joannes, nisi permultis in negotiis detentus fuisset. Quare hoc mihi munus subeundum fuit, sane impar negotium, quod si non praestabo prout pietas tua postulareret, imbecillitati meae ignoscas velim. Dabo tamen operam ne usquam officium meum desit.

Et primo loco de fratribus ratione aliqua, licet pauca, dicam; quos non solum ut in vocatione permaneant, verum etiam ut magis ac magis in dies in spiritu proficiant, curant Patres. Hi litteris vacant summa cum diligentia, quibus legit Pater Joannes mane tres lectiones, primam in litteris humanioribus, aliam in rhetoricis, tertiam in grammaticae latinae praeceptis; a prandio vero binas de graecis lectiones habent. Inter coenandum quotidie nostrum unus, aut concionatur, nunc latine, nunc vulgariter, aut certe orationem habet. Singulis diebus dominicis etiam aliqua habetur oratio aut a fratribus aut ab his, qui in ludo litterario, sub fratum disciplina, litteris incumbunt; fratres enim, ut qui sint pauciores memoriaeque mandant quotidianas lectiones, minime tanto oneri respondere possunt, ut singulis dominicis unus eorum orare queat. Adde quod pergratum parentibus esse videtur quod filiorum ingenia hoc genere dicendi se exerceant. Ad eam autem orationem multi accedunt externi. Sed de fratribus hactenus.

Adiverunt Patres Duce ut illi, de nobis bene merito, se gratos ostenderent, quibus majorem in modum humanum se ostendit; sed illum longo sermone alloqui facultas non fuit, ut etiam ex domesticis plurimi, quod in conficienda pace sit assiduus. Interrogat tamen saepe de nobis et perplacent illi quae a nobis facta sunt, ut nobis relatum est, tam in concionibus ac

confessionibus, quam in schola, quam aperuimus, ad quam jam accedunt quadraginta et quinque scholares, quorum quidem tanta et morum et studiorum est mutatio, ut omnes obstupescant. Erant enim moribus depravati ac blasphemis omnibusque flagitiis dediti; at nunc horum nihil, prout in dies experimento perspicimus, retinent. Nam si quis verbum aliquod minus honestum aut mendacium depromit, aut legem aliquam collegii transgrediat, est qui eum statim apud praceptores deferat; de quo quidem instituto adeo gaudent, adeo aedificantur homines, et eo magis quod quidquam pro eo munere neque exquirimus neque optamus, immo oblata multa rejicimus. Nam saepe contingit ut puerorum patres ad nos aliqua munera mittant, sed nequaquam recipiuntur. Altera die tamen effectum est ut cum quidam servum suum cum munere mitteret ad nos, ac reverso ipsi alterum remitteret, qui astute domi nostrae et clam suum depositus munus. Aserentes alii id scandalo esse quod nihil quicquam accipiamus, ad nos accedunt suamque operam facultatesque pollicentur; inter quos duo potissimum sunt qui suos filios Societati dare peroptant, quorum unus, quem unicum habebat filium, multis virtutibus decoratum ac aetate provectum, a nobis recipi quaerit; alter tres quos possidet, libenter, si per aetatem liceret, Societati donaret. Ex hac certe schola Deo Optimo Maximo magnos nos colligere ac collecturos fructus non dubitamus.

Sunt in ea ex fratribus duo praceptores, qui diversas legunt lectiones. Observatur in ea ordo, qui passim in Societate servari scimus, nempe, ut scholastici saltem singulo quoque mense confiteantur, qui et jam bis confessi sunt; lectiones christiana doctrinae ac in templo conciones, singulis festis a Patre Joanne factas, frequentant, quae conciones summa cum auditorum aedificatione fiunt.

Visitantur fere quotidie xenodochia, in quibus Pater Paschalias multas audit confessiones magno cum fructu, nam multas a daemone animas quod abrepserit dubitat nemo. Quidam enim cum in gutture vulnus accepisset, quamvis per vulneris spiramina loquens sibilaret, edensque cibus exiret, nullo modo ut inimico relinqueret offensam persuaderi poterat; verum invisus ab ipso Patre, per Dei gratiam, salutem adeptus est. Alter sacerdos, cum esset ob peccatorum congeriem de propria salute

desperans deque Dei misericordia diffidens, in tantam desperationem inciderat, ut a multis sublevari non potuit; verum, invisentibus eum Patribus, divino favore resipuit ac paucos post dies animam efflavit.

Ad confessiones concursus non est mediocriter magnus, et inter eos qui confessiones ac sanctis. sacramentum celebrant, maxima pars eorum est qui vere possunt spirituales appellari, nam Domini vestigia summo fervore prosequuntur. Hi sese in componenda pace cum aliquibus exercent, et mulieres pernicisam vitam agentes ad bonum institutum reducere student; hospitalia invisere non praetermittunt.

Dat Pater Paschasius multis in praesentia spiritualia exercitia, et nonnullis nobilissimae familiae natis ea dedit multis, proxime elapsis diebus, quorum aliquae virgines ingressae, aliuae ingressurae sunt coenobia; et Doctor quidam in utroque jure, iisdem exercitiis promotus, ad idem praestandum se paratum fateri non dubitat. Hi spirituales, de quibus modo verba feci, non enim multa de illis praedicare desistam, ita erga Societatem sunt affecti ut numquam a nostra praesentia, dum possunt, recedere velle videantur. Immo et quamvis audiant diebus festis mane concionem et a prandio lectionem, necnon domi orationem a fratribus habitam, licet non omnes intelligent, tamen non illis sufficit; adhuc vellent a Patre Paschasio privatam exhortationem, asserentes se non aliud optare quam sic totum diem in divino servitio transigere.

Ad nos deducti fuere, nostro auditu adventu, complures a spiritibus immundis vexati; quorum mulier una ex duodecim milliaribus est usque deducta ut a Patribus esset liberata. Altera ab eodem sacerdote deducta, qui eam alias a daemonio liberare conatus fuerat, qui quidem quadam simplicitate Patri Paschasio dicebat daemonem in digitu apicem se recipere coegisse, sed neutiquam inde detrudere illum potuisse, quae ab ipso Patre Paschasio sola confessione liberata fuit, paucosque post dies ex hoc exilio ad paternas sedes migravit.

Idem Pater in christiana fide duos erudit hebraeos, quorum unus, ubi edoctus fuit, uno eodemque die quo fuit baptizatus, sacri olei unctionem suscepit, ac ad superos convolavit. Reconciliavit etiam Deo quemdam eorum, qui olim in Lusitania baptizati fuere, qui quidem ad vomitum, ad judaeorum nempe

pravitatem, reversus fuerat, quo in errore adhuc vivunt consanguinei.

Hoc demum praetereundum non duxi quin videlicet scires quam ab omnibus Christi pietatis studiosis amati essemus, a religiosis praesertim, qui nostro maximopere gaudent instituto, praecipue fratres capuccini, quibuscum maxima nobis intercedit familiaritas; hi enim cum nos majori in paupertate vivere putarent, illorum duo ad nos onusti accesserunt, quos ut vidi saccos plenos in humeris gestantes, illis obviam prodivi, existimans illos, ob eleemosynam quaesitam lassos, apud nos defatigata membra velle recreare; at inquiunt illi: ad vos de hortorum nostrorum fructibus haec tulimus. Quin etiam nonnulli, tum ex illis tum ex aliis religionibus, conciones audiunt.

Haec sunt, Reverende Pater, quae tibi in praesentia scribenda occurrunt; sane et bona pars excedit; quae si exspectationi tuae parva videbuntur, Deo tamen Optimo Maximo horum auctori gratiae agendae erunt, qui nos in sua gratia conservare dignetur. Quod quidem pro nobis in sanctissimis tuis sacrificiis ut exores humiliter supplicamus.

Datum Ferrariae 3.^o no. Septembris MDLI.

R. P. Joannis jussu.

Servus in Christo indignus

JO. BAP. DE JESU.

Superscriptio. Admodum R.^{do} in Chro. Patri Dno. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1551. Quad. Ferra. 3 di 7b. Q. et An. v.

CV

P. Paulus d' Achillis
 Patri Ignatio de Loyola.
 Panormo, 8 Septembris 1551¹.

JESUS † MARIA

Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi semper abundet in cordibus nostris. Amen.

Pro more a multis mensibus a te, colendissime Pater, non minus pie quam prudenter instituto, eorum, quae in hac urbe, per eos, qui se totos Sanctissimae Jesu Societati devoverunt, Deus Optimus Maximus his quatuor exactis proxime mensibus operari dignatus est, rationem redditurus, a profectu discipulorum, cuius nos poenitere non potest, auspicandum censui.

Omnès discipuli, quorum frequens semper est ad nostras scholas et numerosus concursus, sex ordinibus ac veluti classibus distributi, Dei Optimi Maximi munere, ad omne virtutis ac eruditionis genus magnos progressus quotidie faciunt. Nam praceptorum omni animi contentione laborant ut non solum doctrinæ semina, sed pietatis, omni morum pravitate (quae in nonnullis radices altius egerat) stirpitus evulsa, bene cultis mandent animis. Ita fit ut non modo corruptis semper aliquid decadat moribus, sed ad virtutem et eruditionem magna fiat accessio. Potissima tamen impenditur opera in teneris puerorum mentibus omni genere pietatis et religionis imbuendis; nec tam praceptoribus videntur promovisse, qui dexteritate ingenii celeriter

¹ Autographae Pauli d' Achillis litterae sunt in folio duplici olim 369 et 370, nunc 30. Aliqua in eis emendavit aut oblitteravit Polancus. Earum autem sic emendatarum exemplum, a P. Bernardo Oliverio confectum, habemus in foliis 36 et 37 Codicis 1551.— Nos hic autographas litteras transcribemus.

caeteris antecellunt, quam qui facili quadam tractabilique natura praediti, divini cultus incensi desiderio, sacras potius quam profanas litteras amplectuntur: ex quibus sunt multi qui summo mane, priusquam lectiones audituri scholas petant, in D. Antonii, e remotissimis etiam civitatis partibus, ut rei sacrae interesse possint, accelerato itinere convolant, et diebus dominicis concionem, quae in eadem aede a Domino Petro de Rivadeneira, magna hominum etiam nobiliorum frequentia, habetur, avidissimis auribus non tam videntur auscultare quam haurire. Omnes singulis mensibus, multi etiam saepius, confitentur; quibus exercitiis eousque progressi sunt, ut nonnulli hujus fallacis mundi delicias et illecebras perosi, ad tutum securumque et unice tranquillum religionis portum confugerint, et mentem obedientiae, castitatis et paupertatis anchoris fundarint ac stabilierint; alii sic amore religionis flagrant, sic inflammantur, ut nihil expetant, nihil cogitent, nihil moliantur, quam quibus viis aut modis sese in nostrorum possint insinuare gratiam, quo facilius in Societatem cooptentur, et ut Horatianis verbis utar:

illis tarda fluunt ingrataque tempora, quae spem
consiliumque morantur agendi gnaviter, id quod
aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque¹,

ita ut quasi importunis, piis tamen et gratis precibus, ut admittantur contendant. Hactenus de discipulis.

Nunc sacerdotum in multorum confessionibus audiendis occupationes intellige. Cum Summus Pontifex omnibus qui ab animo, labore omnium vitiorum et peccatorum per confessionem purgata et penitus abstensa, sacrosanctam synaxim receperissent, omnium peccatorum remissionem, quam jubilaeum vocant, indulsisset, tantus poenitentium numerus ad nos confluit ut totis quindecim diebus ad multam usque noctem in confessionibus audiendis fuerimus occupati, ita ut tempus ullum libere respirandi et animum colligendi nobis non concederetur; et cum piis omnium desideriis satisfacere non possemus, multi, quamvis aegre, a nobis urgente necessitate divulsi, alio sese peccata confessuri recipiebant; numerus eorum, qui a nostris

¹ HORAT., *Epist.*, 1. 1, epist. 1.

confitentes auditи fuerunt paucis istis diebus, ad mille plus minus accessit. Ex quibus multi, suis flagitiis tenacius adhaerentes quam salutis ratio postularet, plures annos a saluberrimo confessionis sacramento in seram commissa piacula mortem differentes, abhorruerant, eamque cane pejus et angue oderant, crebris admonitionibus illecti, resipiscere coeperunt et vitam in melius commutarunt.

Quaedam meretrix, multos annos coeno spurcissimo libidinis involuta, tandem beneficio confessionis emersit, eoque res rediit ut, quas amplexata fuerat, carnis voluptates, et turpes ex prostitutione corporis quaestus detestaretur et abominaretur; nihilque aliud in votis haberet quam in religione se totam Deo consecrare.

Ad haec, circa diem festum Assumptionis gloriosae Virginis Mariae, quamplurimi nobis sunt confessi et spirituali cibo, vero illo angelorum pane, pasti sunt; ex quibus nonnulli singulis quibusque mensibus, non pauci octavo quoque die, tum confessionis, tum altaris, non sine multo fervore et spiritus oblectatione, sacramenta frequentant, quorum mentibus inculcatum est, sine frequenti horum perceptione non modo in virtutibus et vita spirituali progressus magnos non fieri, sed nec a vitiis et peccatis aut certe, aut vix abstineri posse.

Insuper a plerisque, tam plebejis et tenuioris conditionis hominibus, quam nobilioribus et potentioribus civitatis, ad audiendas infirmorum confessiones saepius accersimur, et in gratiam quorumdam nostrae Societatis amicorum, quibus, in honesta praesertim petitione, non acquiescere non potuimus, quaedam monacharum coenobia invisisimus, ibique nonnullarum confessiones (quia cunctarum, per varias occupationes quibus aestuamus, non licebat) audivimus.

Inter caetera bona, quae plurima Deum Optimum Maximum ex confessionibus elicuisse plane cognovimus, hoc videtur praeципuum, quod multi, qui inter se gravissimis odiis dissidentes consenserant, diuturnas et perniciosas simultates nutriverant, inita pace, in gratiam redierunt, et ex Satanae filiis, Dei Patris optimi filii feliciori adoptione facti sunt; et licet hujusmodi multa, quae crebro contingere solent, in medium sigillatim proferre possemus, tamen hoc unum sufficiat, quod tibi, colendissime Pater, aperiam.

His diebus proximis, cum unus e nostris ad unius infirmi audiendam confessionem se contulisset, eum a tribus annis alteri cuidam graviter infensum deprehendit; et quamvis horum familiares multi vel cognati vetus illud odium extinguere nullo non moto lapide tentassent, et eos in gratiam reducere, necnon quidam doctores theologi hac in re multum desudassent, nihil tamen prorsus neque hi neque illi efficere potuerunt. Sed quoniam spiritus ubi vult spirat, et majore quodam afflatu vires, quibus ipse voluerit, divinas infundit, ubi primum noster ille sacerdos, qui spiritualis medicus ad aegrotum morbos animi sanaturus profectus fuerat, tamquam Dei minister eum cum Christo reconciliasset, ejus adversarium convenit, ejusque corneam fibram pectusque adamantinum, non hircini sanguinis aspersione, sed de pretiosissimi sanguinis veri et immaculati agni, Salvatoris Nostri Jesu Christi, effusione, de condonata inimicorum injuria, de fusis ad Patrem in crucifigentium gratiam precibus, mentione facta, perfregit, disrupt et emolliit: hoc enim genus adamantis nulla alia virtute aut robore melius dissolvitur. Hoc pacto inveteratum, et intimis altius insitum praecordiis, extirpavit odium; nec hominem prius missum fecit Pater quam extorqueret ab eo ut omnem offensam remitteret alteri et illud odii virus in amicitiam et fraternalm benevolentiam commutaret. Sic quos diabolica fraus, disseminatis inimiciis, disjunxerat, divina virtus unanimi charitatis vinculo copulavit.

Sed ut ad caetera veniamus, non pauci domum nostram de suis nos consulturi rebus accedunt; eam quippe de nobis existimationem (quam Deus Optimus Maximus ut ad ejus gloriam expedit tueatur) conceperunt, ut a nobis nihil nisi rectum, pium atque honestum profecturum sibi persuadeant; quo fit ut nostra consilia libentius amplexentur, illisque penitus acquiescant; ex quibus animi tranquillitatem se consequi publice profitentur.

Fructus vero concionum, quae a diversis fratribus, diversis in locis, haberi solent, silentio praetermittendus non est. A multis mensibus, ut semel atque iterum scripsi, Dominus Petrus Rivadeneira in D. Antonii dominicis diebus et festis solemnioribus concionari perseverat tanto animi fervore, eruditione et venustate, ut auditores (qui plurimi, non solum ex plebeis et tenuioris fortunae, sed etiam nobilioribus et non me-

diocriter in doctrina versatis, eo conflunt) ab ore dicentis pendeant, multumque ad pietatis et divini cultus officia stimulentur; et eō usque bene audit apud omnes, ut in festis solemnioribus ad diversas et praecipuas ecclesias concionandi gratia vocetur.

In festo D. Petri rogatus est ut in ecclesia eidem Divo consecrata, coram Rmo. Domino Inquisitore, civitatis praetore et reliquis magistratibus concionaretur.

Praeterea cum jubilaeus (ut dicitur) indultus a Pontifice, summo in templo plebi promulgandus esset, Vicarius cum nonnullis canonicis ad D. Petrum accessit, ut in ecclesia concionari vellet rogans, et populo jubilaei conditiones exponeret, quod omnium summo applausu praestitit.

Pater Daniel apud mulieres a summis peccatis ad Christum conversas, quas vulgo poenitentes appellant, diebus dominicis pergit habere concionem, neque id sine maximo fructu; nam pleraeque earum, quamvis mundo et carnis voluptatibus nuncium remisissent, et, religioni se consecrantes, omnes libidinosae cupiditatis feces evomuissent, tamen veluti canes ad vomitum reverti desiderabant. Sed nunc, summo Dei beneficio, libidinosum istud desiderium verbi divini conciones extinxerunt, et religionis professionem solidioribus fundamentis roboretur confirmarunt, ex quo illae, conculcatis omnibus, crucem Christi amplecti, mundo mori, soli Christo vivere coeperunt.

Etiam Dominus Michaël Botellus suas ad nobiles matronas prima quaque dominica, et ad peccatrices mulieres primo quoque die sabbati cuiuslibet mensis, conciones haberi solitas non intermittit; ex quibus non mediocris fructus hactenus collectus est. Nam sex peccatrices, a paucis diebus, detestata turpi corporis prostitutione, sumpto salubriori et honestiori statu, nupserunt; reliquis omnia saluti viciniora speramus. Multae etenim inter concionandum, crebra ducentes ab imo cordis suspiria, lachrymas fundunt, et meliora in futurum videntur polliceri.

Alias audivisti, P. in Christo observande, quatuor juvenes optimae indolis in nostram Societatem paucis abhinc mensibus cooptatos, eosque in parte quadam domus a nobis sejuncta jussu R.^{di} Patris Domini Hieronymi Natalis collocatos fuisse; quam partem domum probationis consuevimus appellare. Iis

alium ab eo tempore juvenem adjunximus, qui est Pisis natus, annum circiter decimum quintum agens, ingenio satis felici dotatus, et iis imbutus moribus ut omnino ad religionem natus esse videatur; qui post ingressum virtutem obedientiae tanto est animi fervore complexus, usque adeo in religiosis virtutibus promotus, ut, licet postremo admissus fuerit, alios tamen ingressu religionis priores quadam pia et sancta aemulatione antevertere contendat. Caeterum illi summo studio summaque vigilantia in eam rem incumbunt, ut carnis incendia, mundi fallacias, daemonis laqueos, quos ipse nullo non tempore omnibus, sed magis et potentius adhuc in religione tirunculis, obtemdere solet, dissipatos proterant, studentque ut sint in obedientia prompti, in humilitate primi, in dilectione fervidi, eaque est inter ipsos non minus sancta quam strenua contentio, ut non modo palmam sibi non eripi permittant, sed alter alterum post se relinquere nitatur, cum tamen se mutuo incredibili amore prosequantur, revereantur, omnibus charitatis officiis amplexentur, ut corpora quidem multa, sed animus unus esse videatur. Quisque quod fratris est, suum, quod suum, fratris esse sibi persuadeat.

Non desunt alii juvenes ingenio et optimis moribus conspiciui, qui quotidie multis precibus ut eos admittamus contendunt; ex quibus duos, ut speramus, nostrae Societati commodiores delectos in aliorum numerum referemus; reliquorum ad tempus ingressum dilaturi.

In praesentiarum unus et viginti in hoc nostro collegio sumus, quorum quisque pro viribus nititur ne tempus frustra conterat; sed diversi; diversis muneribus obeundis praefecti, talentum, quod acceperunt, in Dei collatoris honorem non segniter in opus proferunt. Studentque ne quod ipsi praestare possint, et ad Domini propagandam vineam conducibile videatur, praetermittant.

Dignetur benignissimus Jesus igne suo non consumente sed perficiente nostros animos accendere, quo nostras omnes cogitationes, industriam, studia, labores, summatim nos totos ad ejus honorem et gloriam referamus, ut ejus suavissimam voluntatem percipere, perceptae voluntatis imperio acquiescere valeamus, ut, quando ex hac vitae statione decesserimus, in coelesti Hierusalem nullis hostium minis, insultibus et incursi-

bus obnoxia, simul cum Imperatore nostro Jesu Christo secura felicitate et felici securitate perfruamur.

Quod ut facilius consequamur, nos omnes in tuis precibus sanctisque sacrificiis commendatos ut habeas obsecramus.

Panormi, sexto idus Septembris MDL1.

Indignissimus filius et servus in Christo Jesu.

PAULUS ACHILEIUS.

Alia manu in infima quartae paginae ora: 1551. Quad.
Paler. 8 di Sett.^e

CVI

P. Benedictus Palmius
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 15 Septembris 1551¹.

IHS[†]

Pax et benedictio Domini Nostri Jesu Christi perpetuo sit in cordibus nostris. Amen.

Omnino laetamur, R.^{de} in Christo Pater, cum de his quae hic fiunt, nobis est scribendum: Deum etenim laudamus, cum ea proferimus, quae illius bonitas in dies efficit atque in dies operatur. Quid enim est sanctum, quid pium, quod divinae gratiae

¹ Autographae Benedicti Palmii litterae implent octo folia, quae designata primo fuerant nn. 193-200, dein nn. 354-361, nunc tandem 52-59.—Terna etiam habemus apographa, quorum prius foliis sex continetur nn. olim 342-347, nunc 46-51; alterum, a Bernardo Oliverio confectum, in foliis 24 v.^o, 25, 26 et 27, Codicis 1551; tertium denique, Roma ad Hispanias socios missum et in *Historia varia*, vol. i, fol. 234-237 servatum.—In autographis litteris et in primo apographo manum Polanci cernimus aliqua emendantis, delentis et explicantis.

adscribendum non sit? Ut igitur arrogantes et essemus nimis et judicaremus, si opera Spiritus Sancti nobis aut virtuti nostrae, quae nulla est, adscriberemus; ita etiam a pietate videremur declinare, si quae a Deo fieri et cognoscimus et fatemur, ea quoque taceremus. At pauca illa sunt. Quid prohibet Deum in paucis laudare? cum praesertim ad id etiam obedientiae praecepto, quae victimis praestat, impellamur, ut si nobis scribendum non esset, quo Dei benignitas laudaretur et misericordiarum suarum magnitudo, quam ille peccatoribus praestat, cognosceretur, obedientiae tamen instituto id nobis omnino faciendum esset?

Quamvis et altera in nobis ratio invenitur, qua hoc scribendi munus necessarium nobis et utile ducimus. At quenaam est haec ratio? desidiae, Pater, atque torporis nostri expositio; declaratur enim, quoties scribimus, Patribus et fratribus nostris, a quibus minus locorum distantia cognoscimur, quales ipsi simus. Bona quidem scribemus, sed pauca; in bonis Deum laudabunt, a quo omne bonum; in paucis, nostrae miserebuntur negligentiae; dicem, accusabunt; id enim magis meremur; sed ne ita loquar, me, tua, Pater in Christo R.^{de}, caeterorumque Patrum et Fratrum omnium charitas impedit, quae pigrorum magis misereri quam eos accusare consuevit. Quid igitur non libenter ea scribamus, quae Deo gloriam parient et, cum vultus nostros pudore perfuderint, misericordiam quoque nobis impenetrabunt? Tantum enim abest, ut hinc laudari aut velimus aut speremus, ut accusatione dignos esse nos fateamur; plura namque Deus fecisset, si id ipsi ageremus, ut cum propheta possimus dicere: *paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, ut faciam voluntatem tuam.*

Sed jam aggrediar quae dixi habere ut scriberem. Atque a R.^{do} in Christo P. nostro Natali incipiam, cuius spiritu et alimus et nutrimur omnes in Domino. Quantum enim prospicit nobis, tum maxime sentimus cum illo caremus. Quis enim eo diligentior, aut ferventior? quando quiescit? a quibus sibi laboribus parcit? quando Dei gloriae et proximorum saluti non invigilat? Cum igitur audiretur classem turcarum Messanam adventare, cogitans ille quantum in oratione praesidii positum esset, curavit eo diligenter ut ei insisteretur, quo etiam majus huic regno et universae Christi Ecclesiae periculum imminere videretur. Cumque ageret de his rebus apud Pro-regem (cujus pietatem

nosti et omnes hic laudant et admirantur), eidem ipse Patri mandavit, a quo admonitus fuerat, ut capita quaedam conscriberet, quae ubique in hoc regno observarentur. Haec autem ab eo notata fuerunt: ut vespere, mane et meridie in majori ecclesia campana pulsaretur, qua audita, omnes ubicumque essent, genibus flexis, pro tranquillitate Ecclesiae et incolumitate totius populi christiani orarent; tum etiam ut in omnibus horis canoniceis publicis atque privatis, in sacris praeterea, ad Deum preces effunderentur: tertio, institutum est ut in omnibus civitatibus (fuerunt autem illae numero quindecim) in quibus coenobiorum numerus haberetur ut id fieri posset, sine intermissione oratio fieret: omnes praeterea ad eleemosynas, jejunia et ad peccatorum confessionem adhortabatur; quae omnia diligenter mandato Pro-regis ubique hic divulgata sunt et observata, praesertim quae ad orationem pertinebant. Quare factum esse credimus ut ex magna parte Deus flagellum a Sicilia averterit, quod pro peccatis nostris meriti fueramus. Etenim si haec turcarum classis plurimum nocuit, et multos perdidit, alias quidem trucidatos, alias vero in servitutem deductos, nec adhuc cessat quin insidias paret et laqueum fidelibus tendat, cum ad orationem tot populi, civitates atque coenobia sese converterint: quid eam sine tot orationibus credimus facturam fuisse? *Oculi namque Domini super justos et aures ejus in preces corum.* Ita tamen exaudisse eas videtur justus et misericors Dominus, ut etiam vultus illius fuerit et adhuc sit, nisi convertantur, *super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.*

His ita Messanae dispositis, cum vehementer timeretur (varii enim de hac re ferebantur rumores) ne classis haec in Africam proficiseretur, Pro-regi placuit ut idem P. Natalis sese illuc conferret, utque hic per eum ad poenitentiam et ad orationes pertinentia ordinata fuerant, eadem ibi instituerentur, ubi existimabatur valde necessarium esse hominem, cuius auctoritate et admonitionibus milites ad Deum converterentur. Itaque hinc laetus, nobis moerentibus, quod eo privaremur, et gaudentibus quia ex hujusmodi discessu uberes fructus sperabamus, cum fratre nostro Isidoro¹ discessit.

Nunc autem non scribam quid in illa navigatione tempesta-

¹ Isidorus Bellini.

tis magnitudine passus fuerit, cum jam vobis notum fuerit, et Isidorum, fratrem in Christo nobis charissimum, cum magna animi fortitudine et omnium aedificatione ¹, ad Dominum migrasse. Cum itaque in Africam pervenisset P. Natalis, statim coepit cogitare quid ageret, quamvis defatigatus et gravi illa navigatione agitatus esset; orationes igitur persuasit, milites ad poenitentiam adhortatus est, nec illis adhuc cessat praedicare, non sine multarum animarum salute et aedificatione. Summi ducis et nobilium plurimorum confessiones audivit ². Erant ibi tum aliquot religiosi, qui sine facultate praelatorum suorum eo contenderant, et inde statim dimissi sunt, ut ad suum quisque monasterium reverteretur. Apostatas vero, cum multos inter milites invenisset qui, neglecta religione, militabant, ita comovit, ut quod fecerant, vehementer eos poeniteret, quos jam animo contritos inde curavit dimittendos, ut quam primum ad suos profecti, sibi ad aeternam salutem consulerent. Non cessavit praeterea donec ³ hospitale pro infirmis erigeretur, ubi quotidie, ut est charitate plenus, humillime servit. Quis autem eum non amet? Quem ipse non aedificat?

Diaconum vero quemdam apud se detinuit (quod ita convenire judicavit) cuius opera non mediocriter adjuvatur. Hic, cum apostata esset, tantum profecit admonitionibus Patris, quantum daemonis suggestione a pietate defecerat.

Itaque, his diebus, cum quidam ex Africa, ubi gravissime aegrotaverat, Messanam ad suos venisset, retulit se, diligentia et studio Patris, sanitati restitutum fuisse, cuius etiam auctoritate obtinuerat, ut ad suos rediret. Quas vero inimicitias solvebit, quos in gratiam restituerit, non scribo; multi enim fuerunt, qui cum antea inter se odio flagrarent, nunc simul amice et benevole vivunt. Idem Pater nunc operam dat, ut ibi domum habeat, in qua duo ex nostra Societate possint habitare; ubi deesse quidem illis non poterunt, in quibus ad Dei gloriam et proximorum salutem se exerceant; neque id ageret si nihil utilitatis fructusque expectaret. Quos labores in audiendis confessionibus, in administrandis sacramentis, in sepeliendis mortuis, et aliis

¹ Verba haec: *cum magna animi fortitudine et omnium aedificatione addita sunt in apographo primo.*

² Haec etiam a *Summi Ducis* ad *audivit* addita fuere in primo apographo.

³ Autographum habet *quamdiu*.

pietatis christianaæ officiis sustineat, libenter omitto; nam cum multi sint et graves, etiam omnes non novimus.

Cum autem multum laboret, nullis tamen frangitur laboribus; nam qui occasionem laborandi obtulit, idem fortitudinem praestat. Fidelis Dominus qui onus nulli imponit quin vires conferat, quibus id portari et sustineri possit.

De iis vero¹ qui in domo probationis vivunt, paucis absolvam; ita enim aratrum, ad quod manus, Christo favente, miserunt, omnes tenent, ut numquam retro respiciant, sed viriliter agunt et ulterius semper progrediuntur.

At hic non videtur omittendum, quod uni eorum contigit, qui cum domum patris sui ductus fuisset, ut avum senem, qui gravi quodam morbo (ut dicebant) tenebatur, viseret, obtulit ei mater strophiolum; at non licet, inquit ille, mater. Tunc jussit eadem ut biberet; cumque nec id sibi licere dixisset, exclamat illa: num es filius tu meus? num haec mea sunt? a matre quae te genuit, quod offert, quod mandat, non potes accipere? Cui tum ille verecunde: ne mireris, quaeso, mater; ne lapillum quidem aut festucam sine obedientia possum accipere, cui me totum propter Christum vovi; nec enim erat ibi a quo facultatem acciperet, cum illi, a quibus deductus fuerat, in altero cubiculo cum patre illius essent, dum ille avum viseret, apud quem tum mater cum aliis mulieribus erat.

Sed et de duobus illis fratribus nostris in Christo charissimis, qui his diebus ad Dominum (ut credimus) migrarunt, non est, quod taceam, quorum alter ex collegio, alter ex domo probationis fuit. Cum igitur P. Natali in Africam eundum esset, et cogitaret quem secum (neque enim solus ire poterat) duceret; tum Isidorus, qui hic publice philosophiam docte et laudabiliter profitebatur, obnixe rogavit ut illuc ipse duceretur. Sed ne lectio-nes relinqueret, Patrem detinebat, quominus socium sibi eum deligeret. Verumtamen, cum ea causa non multum etiam obstare videretur, quod vacationum tempus adesset, mandavit duobus, Isidoro nempe et alteri, ut se ad navigationem illam quamprimum pararent; alterutrum enim secum assumeret; verum Isidorus cum rogasset ut hinc duceretur in Africam, cogitavit secum (ne deceptus a daemone, qui in angelum lucis sese transferre so-

¹ Verbis *De his vero*, substituit haec Polancus: *Ut autem ad nostros Messanenses redeam.*

let, non Christum sed seipsum specie boni quaereret) cogitavit, inquam, si aequo animo hic ipse mansurus esset, cum, altero secum sumpto, Pater eum in collegio esse mandasset. Tum vero cum se intelligeret, facta oratione, ad utrumque paratum, non nullis fratribus inquit: nunc quidem laetor cum spiritu Dei hoc me petivisse intelligam; non enim turbarer, etiamsi hic mihi manendum esset. Sed Deo placebit ut hinc discedens per aliquot dies, mutatus postea ad vos revertar et spiritualis efficiar, qui necdum spiritum gustavi. Mihi quidem hic, dum haec diceret de seipso, prophetasse videtur, quamvis nec ipse sciret, nec nos intelligeremus quid tum loqueretur: totus enim spiritualis factus est, qui, ut speramus, angelorum choris adjunctus fuit.

Itaque cum jam in Africam navigandum esset, antequam Messana recederent, Pater inquit Isidoro: si mihi socius in navigatione futurus es, vestes quibus indueris mutes oportet, et laicales induas, cum laicus esset adhuc, tantum primis ordinibus initiatus. Id autem fecit Pater quod ita expedire judicaret. Laetus vero Isidorus fecit quod agendum Pater dixerat. Tres simul proficiscuntur ad littus: Pater cum Isidoro et altero majoricense, qui hic servit in collegio; cumque naviculam ingressi essent ut triremem ascenderent, eum Pater secum detinuit, quem Deus vocaverat. Majoricensem namque domum remittens, Isidorum simul triremem jubet ascendere.

Cum itaque navigaret, orta tempestate et illa quidem vehe menti, impulsis vi ventorum ad quamdam insulam (quae Lampadoxa dicitur), nec admodum ab Africa remotam, triremibus, contigit ut octo ex illis frangerentur; quae res cum omnium animos non mediocriter perturbasset, multi, quo periculum evad ent, in quoddam saxum ex triremibus prosilire contenterunt; inter quos, cum idem Isidorus conatus fuisset, pede lapsus in aquas cecidit, atque ligno cuiusdam triremis interceptum ei brachium statim rumpitur: nec tamen animo dejectus, sed seipsum in Domino confortans, ex aquis in triremem assumptus, ibi per horam cum Patre fuit. Sed crescente tempestate, cum idem P., imminente sibi periculo et fratri salutे corporali omnino desperata, in saxum illud, omnibus eum vocantibus et adjuvantibus, qui jam in eo erant, Christi benignitate tractus fuisset, statim ut inde discesserat, triremis per medium scissa est: charis simus vero in Christo frater Isidorus, in aquas iterum delapsus,

Deo spiritum reddidit, ita ut omnes qui illum mori viderunt Creatori omnium clementissimo gratias redderent. Quem enim discedens ¹ ille non aedificavit? Etenim hic de morte illius inter milites rumor ferèbatur: beatus ille quem, forti animo ut martyrem, et religiose ut sanctum virum, mori vidimus. Ita quod optabat omnino invenit: qui enim se spiritualem hac navigatione fore dixerat, totus certe, Christi misericordia, ab hujus vitae miseriis liberatus, factus est coelestis: scimus enim pretiosam esse in conspectu Domini mortem justorum; qui ita omnia ossa eorum custodit, ut unum ex eis non conteratur: mors autem peccatorum ea est quae pessima dicitur; qui vero in Domino moriuntur, beati illi quidem praedicantur, et merito sane, siquidem animas eorum idem Dominus in pace redimit, et in atrio suo sancto gloriose collocat.

Nec vero Joannis Antonii ², qui ex domo probationis erat, felix ad coelum discessus, minorem quam Isidori nobis consolationem attulit; de quo alias scriptum est fusius. Ut dicam de multis aliqua, cum vicinus morti esset, vocatis fratribus, qui in eadem domo jugiter Deo serviunt, ad obedientiam eos vehementi spiritu adhortatus est. Huic autem praeceperat P. Cornelius (ille namque, ut nosti, domui probationis praeest) ne aures temptationibus daemonum patefaceret. Cum igitur non mediocriter tentaretur, obedientiae memor, quam margaritam illam pretiosam judicabat (nec immerito, cum sine ea quisquam spiritualis esse nequeat), pro qua omnia vendenda sunt ut eam sibi quisque emere possit, in simplicitate cordis sui: Ite, ite, inquit daemonibus, ad Patrem; ipse vobis pro me satisfaciet. Ita obediens, eorum impetus fortiter repressit, qui de coelo ceciderant quia obedire noluerunt. Quid enim obedientia aut potentius aut utilius? qua una Christus capita draconis confregit. Ut hinc intelligat quisque nihil aequa ad daemones prosternendos atque ipsam obedientiam valere, quam idem Dominus N. Jesus Christus ita dilexit, ut usque ad mortem, mortem autem crucis, factus fuerit obediens.

Sed quae fuerit in eo spiritus copia tum maxime ostendit, cum visitatus a noverca et a sorore (talibus enim et parentibus permittitur ut in eam domum ingredi possint, filiis ad mortem

¹ Sic; melius forte *decedens*.

² Joannes Antonius, ex patria dictus Apulus.

aegrotantibus, quod in collegio tamen nulli permitteretur) ad eam inquit: quid hic tu quaeris, soror? quid vis? adhuc in mundo es? quid tardas? nonne vides me fere consumptum? vix mihi dies unus vitae superest; propera, festina, curre ad Christum: quid mihi respondes? Non potuit illa facere quin promitteret se coenobium ingressuram. Mirabantur omnes fortitudinem infirmi, qui aderant ex domesticis; ita enim loquebatur ac si sanus omnino fuisset; cum tamen postridie hora decima ad Dominum laetus migraverit. Benedictus Deus, qui eos in morte coronat, quos in vita gratia sua muniverat, ut corroborati quoscumque hostium impetus reprimerent.

Quod ad nos attinet, qui in collegio sumus, curavimus quam maxime potuimus ut pauperum necessitatibus in hac tanta rei frumentariae inopia (quam omnes, etiam divites, senserunt) subveniretur; est autem egentium hic maxima multitudo; quis enim diceret quot viduae, quot etiam viri senes et infirmi reperiantur, quatuor, sex, et etiam novem filiis onusti, qui nulli labori ob aetatem adhuc, praeter quam panibus absumendis, apti sunt? Ut de multis taceam, quibus provisum est, scio jam defecisset familia, ubi novem degebant personae, nisi eleemosynis eam curavissemus sustentari.

His diebus cum hic adesset classis, Regini, quae civitas Calabriae hinc octo milliaribus abest, quadam nocte contigit, ut accensis pulveribus, triginta vel quadraginta homines, qui ibidem fuerant, ita comburerentur ut a planta pedis usque ad verticem capitis in eis non esset sanitas. Itaque Regino Messanam ad hospitale triginta ex illis ducti fuerunt, ex quorum carnibus cum undique vermes scaturirent, tantus inde foetor emanabat ut eos ferre vix quisque posset; cumque propterea multum paterentur, quod deessent qui libenter et patienter illis inservirent, eos P. Antonius¹ invisit atque consolatus est.

Eosdem ego postea per concionem populo commendavi ut qua possent ratione eis subveniretur. Gratias ago Domino nostro Iesu Christo, siquidem audientes audiverunt et intelligentes intellexerunt; alii namque gallinas, confectiones alii, nonnulli camisias, pannos lineos atque pecunias obtulerunt: tum eos et viri et mulieres, et illae quidem nobiles, tanta charitate

¹ P. Antonius Vinck.

visitarent, ut foetorem illum sustinentes, etiam illis assiderent, dum et muscas ab eis pellerent, et eos etiam ad patientiam hortarentur. Aliqui vero ex eis fuerunt (de viris loquor) inter quos quidam erat medicus magnae pietatis certe et devotionis, qui bis quotidie eos visitans, ita plagis eorum medebatur, ut etiam manibus suis et lavaret et inde vermes extraheret; et quamvis esset illis quod agerent, non gravabantur tamen aliquid temporis ex suis negotiis adimere, ut illud membris Christi sublevandis impartirentur, cujus pretioso sanguine se redemptos esse meminissent. Ex triginta autem pauci supervixerunt; nullus tamen fere mortuus est, cujus confessionem P. Antonius non audiverit, laetus quidem quod eos videret Christi misericordia vere animo contritos hinc discedere; ex his vero, qui vixerunt, cum novem essent omnino nudi, eleemosynis tamen istorum devotorum atque piorum virorum et mulierum, satis commode vestiti fuerunt. Die vero Sancti Laurentii, cum ab hospitali egressi, in nostra ecclesia Patribus nostris confessi fuissent et communicassent, concionique interfuerint, eos in nomine Domini dimisimus etiam non sine viatico aliquo, siquidem duo tareni¹ cuilibet eorum dati fuerunt quibus facile ad suos, cum vicini essent, proficisci potuerunt.

De confitentium vero multitudine nihil est quod scribam, cum jam saepius P. tuae indicatum nostris litteris atque significatum fuerit: illud tamen non tacebo, quod omnino novum est. Erat hic quaedam juvencula, quae turpitudini atque impudicitiae vitam suam addixerat: eam tamen Christus pietate sua moverat, ut a peccato ad melius vitae institutum sese converteret; verum nuptui tradita cum a viro recessisset, ut canis ad vomitum reversa fuerat: revixit tamen nunc demum, quam deliciae carnis pessime perdiderant; et ita revixit, ut peccatrix peccatrixem illam sanctam, quam in Evangelio legimus, Magdalenam dico, imitari videatur; etenim saepe confitetur et communicat, brevi etiam, quem dicunt habitum tertii ordinis divi Francisci, induet. Quid dicam de duobus concubinariis, quorum alter concubinam per duodecim annos ita aluerat, ut ab ea nec precibus nec minis toto illo tempore divelli potuerit, alter vero domi aliam, uxore contempta, charissimam habue-

¹ Vide supra pag. 232, not. I.

rat, ex qua duos filios suscepérat, cum nullum ab uxore haberet? Uterque tamen cum uni ex patribus nostris confessus fuisse, ita permotus est, ut ille quidem promiserit se quamprimum domum venisset, quam antea concubinam habuerat, eam in uxorem ducturum; et hic, uxore sua contentus, qua cum honeste vivit, pellicem illam a se expulsurum.

Nonnulli praeterea qui a quatuor, sex et novem etiam annis confessi non fuerant, nunc facta apud Patres nostros peccatorum suorum confessione, vitam adeo commutarunt, ut a nodis penitus se absolverint, quibus plurimum implicabantur, et ab inimicitiis, quas maximis odii exercebant, omnino recesserint: inter quos duo illi maxime notandi sunt, qui usque adeo sibi erant infesti, ut alter alterum interimere statuisset, contentus etiam vita privari, dum quem oderat ex hac luce auferre posset. Itaque cum hoc uterque de altero cogitaret, et ad tantum facinus opportunum tempus exspectaret, in alterum, ita Deo agente, qui novit abscondita cordis, aliqui ex nostris inciderunt; cum eo loquuntur; quid lateat in pectore indicat; dicam breviter, persuasum est ei ut adiret quem perdere cupiebat. Ita Christi misericordia conciliati inter se, quos daemonis iniquitas odio repleverat, confessi sunt et communicarunt, adeo quidem commoti, ut etiam in nostram Societatem (ut prae se ferebant) uterque postea recipi cuperet. Non placet scribere quam multi sint qui polliceantur, veterem hominem exuentes, novum induere. Plures enim sunt ii quam ut litteris possint comprehendendi; quamvis omnes quod promittunt non exsequantur, multi tamen ad Dominum convertuntur, ut etiam nonnulli dixerint Messanam ex altera parte sanctificatam fuisse; quod non ita intelligi volo ut id omnino verum esse credatur, sed haec ideo scribo, ut sciat P. T. multos esse qui, in dies a malo receudentes, pacem Christi inquirant et eam prosequantur, ut et ipsi in domo illa inhabitent, in qua *melior est dies una super milia*, et in qua satius est abjectus esse quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Sed quem istarum mulierum pietas et devotio non aedificet? quae ita verbi Dei et sacrae concionis avidae sunt, ut aut vespera aut media nocte prandio necessaria parent, quo maritis satisfaciant et ipsae concionibus intersint, quibus privarentur nisi id agerent noctu, quod mane, dum conciones habentur,

fieri solet: ita eligunt vigilare cum quiescendum esset, ut et maritis praestent quod debent, et concioni adesse possint. Scio riderent haec qui sapientes huic saeculo videri volunt, quae Patribus tamen et Fratribus nostris in Christo charissimis, grata fore non dubitamus, qui spiritum non carnem sapient. Ex his vero aliquae ita spiritu fervent, ut etiam his diebus altera alteram pugnis non dubitaverit caedere quod Societati nostrae detraheret. Non probo quod pugnis contenderit; oportuit enim manus continere; sed quid? mulier fuit; quia devota esset, a detractione abhorrebat: imbellicitate vero muliebri insurrexit, ut etiam pugnis ageret, ubi magis patientia fuerat necessaria.

Illa fortasse magis probabitur, quamvis nec ista improbanda sit, cui cum maritus minaretur, adeo etiam, ut diceret se illi vitam exempturum, si ad nostram ecclesiam, ut consueverat, veniret et sacramenta frequentaret, respondit humilime: facias quod placet, in manu tua sum; nunquam me tamen a charitate Dei separabis: ita patientia et humilitate vicit, quem daemonis impietas exacerbaverat.

Eas vero quis non laudet, quae a pompis et vanitatibus hujus saeculi ita sibi temperant (quibus tamen prius, ut est mulierum natura, quae vanitates et pompas fovent, summopere delecebantur) ut torques atque annulos vendant quo pauperibus subveniant? Nunc enim Christo libenter offerunt, quae prius ut se mundo ostentarent, habere curaverant, et propter Christum contemnunt, quae propter mundum dilexerant; ut quarum rerum amore antea Creatori suo displicerant, earum nunc contemptu illi placere possint; nec enim tunc mundo ita conformati conabantur, atque nunc Christo se similes reddere contendunt: orationibus diligenter vacant; a jejuniis vero saepe oportet eas a confessariis prohiberi, quibus ita obediunt, ut nihil sibi licere existiment quod illi non concederint aut prohibuerint; multae vero quae, ut ornamentis abundarent, manibus suis aliquid sibi parare studebant, nunc Christo, nunc pauperibus, nunc ecclesiis laborant. Quot enim fuerunt quae bombices nutrierunt, ut haberent, aut quod pauperibus elargirentur, aut unde aliquod ecclesiis ornamentum conficerent! Nobiles autem istae sunt et divites, quibus facile permittitur, ut ea ad gloriam Dei conferant et faciant quae prius ad hujus saeculi vanitatem

excolendam facere consueverant? Quis enim accuset eam quae laborat, net, suit ut Christum vestiat nudum, ut Christum esurientem nutriat, ut Christo infirmo opituletur? Quis non videat satius esse pietati et misericordiae quam vanitati et pompis insistere atque vacare?

De virginibus autem, quae multae sunt, non possum tacere; quae tantum spiritu proficiunt, adeo progrediuntur in viis Domini, ut certe mundi hujus oblitae penitus, tantum cogitent quomodo Christo placeant, cui se voverunt; quarum numerus quotidie adaugetur, duae etenim his nuper adjunctae fuerunt, quae et ipsae votum virginitatis dederunt, aliae, quibus mirum in modum cum parentes repugnant, postquam eos aequo animo sustinuerint, tandem virtute sponsi, cui se totas commiserunt, superiores evadunt; gaudent autem genitores postea et laetantur cum eas spiritu Dei ex fructibus earum duci intelligunt; etenim mortuae huic saeculo et vanitati, Deo vivunt, cuius dulcedinem et suavitatem ita sentiunt, ut quotidie multae illarum octo horas orationi tribuant; neque a parentibus ulla in re impediuntur, sed conceditur ut quantum velint temporis, devotioni suae impendere possint. Coenobia libenter ingrederentur; sed cum audiunt monialium querelas, quod veluti in carcerem se inclusas esse lamententur, a monasteriis abhorrent; et mirantur cum haec ab illis audiunt; cupiunt autem alicui coenobio Societatem praeesse, quod per Institutum nostrum non licet¹; neque enim tum impedire eas quidquam posset, quin coenobium illud quamprimum ingrederentur, in quo sperarent et conciones se audituras, nec impediendas quominus sacramenta frequentarent, quibus spiritum nutriti et fatentur et sentiunt. Gauderent non dubito Patres Fratresque nostri, si intellicherent familias esse nonnullas, ut sunt, in quibus omnes, mane surgentes, simul orent, simul Deum laudent; simul sacramenta suscipiant, sacris et concionibus etiam simul adsint.

Libenter nostri quoque Patres vocantur et frequenter, ut infirmorum confessiones audiant. Dolent autem isti, eam nobis non esse consuetudinem ut morientibus adsint (*sic*), quod si fieret, a quo non vocarentur? Ita illis numquam liceret quiesce-

¹ Verba haec quod per Institutum nostrum non licet inserta sunt a Polanco.

re, tum quia pauci sunt, tum quia a pluribus accenserentur quam quibus satisfieri posset; ut autem et diutius et melius proximis prosint, ab hoc officio desistunt, quo fieret ut impedirentur ne majoribus et magis necessariis rebus, quibus curandis omnes idonei non sunt, operam suam impenderent; hoc autem, quis praestare non potest, ut et morienti adsit, et illum in Domino consoletur?

Jam vero exspectabis quid de concionibus dicam, quomodo illae audiantur. Maximis caloribus fieri non potuit quin ecclesia repleretur, quamvis in ea tamquam in fornace tota aestate fuerimus, tum propter multitudinem hominum atque mulierum, tum quia tempore concionis, a duabus aut tribus partibus, radii solis in eam ingrederentur; sed Christi charitas, quae per Spiritum Sanctum in cordibus electorum infunditur, solis ardorem superavit et vicit. Cum autem quae de orationibus scripsi statuta fuissent, placuit Pro-regi ut in ecclesia majori publicarentur, ubi, cum ipse adesset et magistratus cum magna populi multitudine, concionatus sum; qua quidem in concione id egi, ut prius inteligerent flagellum imminere ob peccatorum nostrorum multitudinem, quibus Deus justus et rectus ad iram concitatur, ut ubique sacrae historiae attestantur; tum ad hujusmodi orationes quae ordinatae fuerant, ad jejunia, ad eleemosynas, et imprimis ad peccatorum confessionem adhortabar omnes. Cum ostendissem quantum in his praesidii populo christiano apud Deum semper positum fuerit, cum non minus ille poenitentia ad misericordiam flectatur quam peccatis ad furorem incitetur, placuit Christo Domino ut Pro-rex et reliqui ex populo aedificati discesserint.

Eodem tempore cum classis haec turcarum timeretur, quotidie in monasteriis monialium concionabar: nam cum a lectinibus vacarem, id facile praestare poteram; illae vero non mediocriter motae fuerant, quas scio ita diligenter orationi vacasse, ut quamvis hora singulis monasteriis ad orandum determinata fuisset, quo oratio nunquam intermitteretur, saepe tamen ad duas fere horas preces suas protraherent; nunc etiam fere bis in hebdomada, quod a P. Natali, antequam hinc recederet, mihi impositum fuerat, filiae Pro-regis atque mulieribus, quae cum illa sunt, domi suae concionari soleo; proficiunt et aedificantur (ut video) piae mulieres. Multa vero Do-

mina Isabella¹ singularis cuiusdam pietatis et religionis indicia ostendit, ut similis omnino matri appareat. Illa enim petit de quo placeat me concionari. Quid autem querit? Certe, Pater, quod viris perfectis aut ad perfectionem christianam aspirantibus solet esse cordi; nunc enim petit ut agam de contemptu mundi, nunc de abnegatione sui ipsius, nunc de cruce, quam quisque ferre debeat, de morte, de charitate Dei, de humilitate: ex his colligo aliquid in ea latere quod patebit tandem, cum ad maturitatem pervenerit. Qui enim fieri potest, ut qui mundum intelligit contemnendum, non cupiat eum contemnere et se ipsum abnegando, cum illo grano cadens in terram nolit mori, ut simul moriens cum eo, simul multum fructum ferat?

His proximis diebus, cum Comes Condiani, et in hoc regno vir summae inter omnes primarios auctoritatis, concioni interfuisset, et numerum communicantium in nostra ecclesia vidisset, plurimum aedificatus, dixit nobis audientibus, cum altera die nos viseret: haec mihi videtur vera ratio divini cultus et sacrae religionis excolendae. Valde se ostendit erga Societatem nostram affectum; Patremque Hieronymum Domenech, quem superioribus annis noverat, mirifice diligit; Patrem vero Natalem cupit cognoscere, quem nec vidit adhuc, cum ipse numquam Messanae fuerit ab eo tempore (nam tum in Calabria, quod ibi Pro-rex esset, commorabatur) quo nos huc venimus; desiderat autem, ut est vir pius, aliquem ex nostra Societate apud se habere. Cumque a nobis quaereret si id fieri posset, diximus oportere ut P. T. de hac re scriberet, penes quem haec erat facultas; et quamvis crederemus hoc illum a te non esse impetraturum, cum id nobis admodum difficile videretur, judicavimus tamen melius esse ut ita responderemus, quam ut illi spem omnem adimeremus; cum nos praesertim lateret, quid omnino hac in re fieri posset, aut etiam quid P. T. potissimum placeret. Nunc idem Comes frequens est concionibus, cumque uni his diebus non interfuisset, nescio qua re detentus, dolens ea se privatum fuisse, quaesivit, et avide quidem, ut eam in ecclesia monialium (quae conversae dicuntur) audire posset. Numquam vero ad nos venit, quin laetus hinc atque plurimum aedificatus, Christi benignitate, discedat.

¹ Pro-regis, Joannis de Vega, filia.

Nonnulli, qui a spiritibus immundis vexabantur, etiam his quatuor mensibus ad nos adducti, opera P. Cornelii Deus liberavit.

Reliqua omitto, R.^{de} P., quae scribi possent, cum sint his similia, quae scripta sunt, aut minora. Itaque reliquum illud esse videtur, ut in his laudem et gloriam omnem Deo tribuamus, qui loquitur et operatur omnia in omnibus quae laudari et probari possunt; de nobis fateamur quod debemus, quia servi inutiles sumus: nihil enim fecimus quod facere non debuimus; multa vero reliquimus, quae nostri muneris erant. Hinc igitur accusandi erimus quod defecimus; inde Christo gratiae reddendae erunt, quod aliquid etiam per nos operari voluerit, sine quo non solum facere ex nobis quicquam quasi ex nobis, sed ne cogitare quidem possumus.

At quaeret nunc fortasse P. T., de studiis, quid? Ut solent, Pater; nullae lectiones immutatae, nihil innovatum, nihil additum fuit: in suis tamen studiis quisque proficit et in dies, Christi Domini Nostri gratia, cuius gloriae omnes student, peritiores fiunt. De studiis autem et lectionibus, quae brevi nobis assumenda erunt, nihil adhuc deliberatum est; Patrem namque Natalem exspectamus, quem venturum brevi affirmant, etsi nihil certi nobis de hac re suis litteris polliceatur; sed si diutius morabitur, deliberabit P. Antonius quid agendum sit; tum quid actum fuerit, Paternitatem tuam certiorem reddemus, cuius precibus humillime nos commendamus. Itemque petimus ut reliqui Patres Fratresque nostri in Christo charissimi nostrum omnium in suis sacrificiis atque precibus ad Deum memoriam habeant.

Nunc autem Dominus N. Jesus Christus ita nos omnes oculis pietatis suae perpetuo respiciat, ut sub umbra alarum illius protecti, omnibus diebus vitae nostrae in veritate et justitia ei serviamus, quoisque hinc assumpti, illam felicissimam civitatem ingrediamur, de qua gloriosa dicuntur, et in qua, ut spero per misericordiam illius, qui nos in unum collegit, simul omnes nomen Domini in saecula saeculorum laudabimus. Amen.

Datum Messan e 15 Septembris, M. D. L. I.

BENEDICTUS PALMIUS PARMENSIS¹.

¹ Ultima tantum verba, sc.: *Datum... Parmensis* sunt manu Benedicti Palmii.

Hic juxta subscriptionem affixit Polancus schedulam, in qua propria manu haec scripsérat:

"La lettera quadrimestre è tanto copiosa, che con haver io tagliato forsa la 4.^a parte e più, li scriptori si lamentano. V. R. li avisi; etiam lassa alcune cose, come dellí monasterii, dellí spitali, etc. Tengasi advertenza. Del resto è assai elegante.

POLANCO..,

Unde colliges exemplum hoc, prout nunc est, Messanam missum fuisse, ut quid in eo emendatum, quid suppressum, quid etiam in eo desideratum, viderent Benedictus Palmiūs ejusque Superior Antonius Vinck.

Alia manu in folio 59 v.^o, Mandate.

Et alia: † Mess.^a Settembre 1551.

Et alia: Quae hic sequi debuit Epistola mensis januarii 1552, legitur in majori volumine Externarum Epistolarum fol. 219, quae quia juncta aliis erat, huc transferri non potuit.

Superscriptio in folio 51 v.^o apographi primi: JHS. R.^{do} in Xpo. Patri M.^o Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

CVII

P. Andreas Frusius

P. Ignatio de Loyola.

Venetis, 26 Septembris 1551 ^{1.}

IHS[†]

Molto Rdo. in Christo Padre.

La gratia, etc.

Per scrivere con brevità et in substantia le cose qui passate di 4 messi in qua, secondo l' ordine della P.^a V.^a, primieramente possiamo dire con brevità et verità che N. Signore si degna mostrare la sua bontà, dandoci, con la sanità et commodità corporale, grande pace et consolatione nelle cose dello spirito et altri essercitii, cioè dell'i studii; nelli quali tutti perseverano con desiderio di farsi più atti, secondo la capacità sua, per servir a Dio et al prossimo. Si fanno lettioni ordinarie con frequenti essercitii del comporre et parlar latino. Vengono scholari di fuora, et massime di putti, i quali mostrano bon profetto nello studio et costumi, confessandosi tutti, quando si dice, anzi domandandolo più spesso, onde riesce molto buona edificatione; havendo per Maestro il P. D. Cesare ², molto aproposito per le qualità sue. Altre lettioni si leggono più alte alli nostri et alcuni altri in greco et latino.

Alle prediche ogni festa cresce il auditorio, parendo che nostro Signore gli dia qualche satisfactione, multiplicando li pochi pani alla turba; le confessioni crescendo assai, se potes-

¹ Est in folio simplici n. 266, et videtur manu propria ipsius Patris Andreae Frusii exarata; quod si ita est, multum et mire in scribendi arte paucis mensibus profecit, nam quae ipsius certe sunt litterae, anno proxime sequenti scriptae, firmorem multo et elegantioram manum demonstrant.

² P. Caesar Helmi.

simo supplir; et alle volte siamo chiamati da persone amalate et alcune d' assai importanza. Altri vengono per risolversi d' alcun dubio, altri vorrebono qualche lettione particolare, et spesso leggo delli psalmi. Il Rmo. Legato con molta confidenza ci chiama et adopera nelli casi d' heresia, visitando qualche incarcerato et vedendo libri sospetti; etiam di persone di fama et predicatori, etc.

Quello vecchio, dil quale scrivessimo che per ostinatione sua era stato nove o dieci anni in prigione durissima et condannato per sempre, essendosi abjurato et trattenuto qui in casa di Monsignor, adesso pare tanto catholico et in verità riconosce l' error suo et con mirabil fervore studia le cose della fede catholica, scrivendo contra gli heretici, di modo che pare novamente nasciuto, con grande edificatione delli fedeli et confusione degli adversarii, che qui non mancano; pur ci mostrano haver più rispetto che prima; et in qualche conventiculi sospetti, dove sotto pretesto di raggionamento spirituale si sogliono dire cose pestifere, ritrovandomi et pigliando la parola, almeno dissimulano li suoi concetti per alhora, et alcuni già macchiati vengono a ridursi alla syncerità della fede.

Quello hebreo, del quale fu già scritto, giovane di venti anni, di molto buono ingenio et giudicio, et assai versato nelle scritture hebraiche, essendo stato con noi, come uno degli nostri fratelli, più di un mese, finalmente per gratia d' Iddio, con la oratione, studio, dispute et bona conversatione ha cognosciuto la verità e ricevuto il Sto. battesimo con gran solemnitate; et adesso che se gli proponeva elegger alcun partito per il suo star et viver, dice che gli pareria esser perso, uscendo di casa, et fa grande instantia che lo riteniamo per star alla obedientia della Compagnia, mostrando bonissimo principio di vera humiltà e total dispositione di servire a Dio in quella. Ci pare che, parendo alla P. V., non si può mancare di trattenerlo fin a veder constante segno della vocatione sua, qual fin qui ha mostrato, et anche provaremo l' habilità sua, che pare habbia nelle lettere non minore che il desiderio, che pur pare ardentissimo; et verisimilmente potrà bene imparare la lingua latina, havendo già in pochi anni imparato l' italiana, spagnola, tudescha, morescha et turchescha, oltra l' hebraica; è stato al Cairo, in Iherusalem, etc., et si maraveglia come N. Signore li

ha condotto a tal porto di salute, dal quale non si vorrebbe allontanare, sperando che persevererà di bene in meglio con la medesima gratia. Et potrà esser instrumento per aggiutare altri¹.

Io per commissione della P. V. mi occupo in purgar alcuni libri et con la presente ne mando uno².

Monsignore il Priore ci porta sempre molta affectione et fa quanto li è possibile secondo la solita sua charità, raccommandandosi con noi alle orationi della P. V.^a et pregando la divina Maestà che compisca in noi tutti tutto il beneplacito suo.

De Venetia alli 26 di Settembre 1551.

Di V. R. P. indegno servo in Jesu Christo.

ANDREA DE FRUSI.

Alia manu in 2.^a pagina: Quad. Ven. 7.^{bris} 1551.

Et alia: 1551, 26 di Sett. Venetia.

¹ Vide supra, n. xcix, pag. 391 et not. 1.

² Scripscrat P. Andreae Frusio P. Ignatius ut aliquam rationem iniret ad Terentium et alios poëtas purgandos a rebus lascivis, ut juventus sic puritatem linguae latinae et ornatum hauriret ut morum integritas detrimentum non pateretur; et quod ad alios quidem poëtas attinet, difficile non fuit hoc praestare, quum ea quae lasciva essent, sine operis detimento possent omitti; et ita a P. Frusio id effectum est, ac prae-cessit in Horatio et Martiali; in Terentio vero perdifficile videbatur rationem aliquam inire ad ea removenda, quae parum essent honesta, quum argumentum ipsum ea contineret videretur. Sed id excogitavit Frusius, ut quae de inhonesto amore ibi dicuntur, de honesto et conjugali dicerentur. At P. Ignatio haec ratio purgandi probata non est, quum animis juvenum tam quae de conjugali quam quae de inhonesto amore dicerentur, species turpes ob oculos mentis obtrudere possent; et demum ne Terentius legeretur, hanc ipsam ob causam, in nostris scholis prohibuit. POLANCUS, *Chron.*, Soc. Jes. t. II, pag. 214, n. 103.

CVIII

P. Bartholomaeus Hernandez,
Ex commissione Patris Michaëlis de Torres,
 Patri Ignatio de Loyola.
 Salmantica, 30 Septembris 1551¹.

IHS[†]

Muy Reverendo en Cristo Padre.

La gracia y amor de Jesucristo sea siempre y se sienta en nuestras almas. Amen.

Lo que al presente hay que avisar á V. P. despues de la pasada, es que aquí estamos esperando al P. Provincial²; porque, segun hemos sido avisados por sus cartas, ya há dias que estaba de partida. Esperamos en el Señor seremos muy consolados con su venida, porque há muchos dias que toda esta casa lo desea.

En lo demás, el P. Mtro. Juan Alvarez, con otro hermano, envió el P. Doctor³ á la ciudad de Granada, que es su propia tierra del Maestro, los cuales havia muchos dias que estaban malos sin poder convalecer; enviólos con pensamiento que con la mudanza y con ser la propia tierra convalecerian y tomarian fuerzas. Ha placido á nuestro Señor, que segun nos han escrito, se ha servido y sirve mucho con su ida, así en lo que toca á la mejoría de los cuerpos, como en lo demás.

A la ida fueron por la ciudad de Ubeda y Baeza, donde hay ciertos clérigos y estudiantes, discípulos del P. Avila⁴. Escrí-

¹ Autographa in folio duplice, n. 433.

² P. Antonius de Araoz.

³ P. Michaël de Torres, Salmantinae domui praepositus.

⁴ B. Joannes de Avila, saecularis sacerdos, dictus Baeticae apostolus.

Al presente somos cuatro Sacerdotes; los tres no entendemos que en trabajar , segun la gracia que el Señor nos da , en su viña; el otro con dos hermanos, que ahora han acabado su curso , oyen teología, y esperamos de ganar un mancebo muy hábil que se llama Pinyes, que ohirá tambien con estos hermanos. De modo que habrá tres operarios, y cuatro mancebos muy hábiles teólogos, de que se espera mucho, y Lucio , que oye su retórica, y tres otros hermanos y el hortelano, que tenemos necesidad por ser la huerta grande; de modo que somos doce.

Al maestro Parra, y á un mancebo, que vino de Alcalá, que se llama Jerónimo Ripalda, enviamos á Gandia para oir el curso de Artes, y en su lugar tenemos al P. Jaen.

He escrito los nombres sobredichos, porque hay hermanos que los conocen de nombre , y podrán dar relacion á V. R. más particular.

Ultimamente, sabrá V. R. que despues de haber harto fluctuado y encomendado mucho á N. Señor, se ha determinado

mercar esta casa adonde estamos; y así se ha hecho concierto por cerca de mil escudos, y hemos empezado á pedir limosna, y el Señor Arzobispo nos tiene ya dado la tercera parte de lo que cuesta, que son trescientos y trece escudos. D. Luis Fer-
rer cien escudos, Martin Perez cincuenta, y otros Señores que han prometido, que aun no he ido á cobrar; y así esperamos con la ayuda de nuestro Señor presto tener pagada la casa, y hecha por ahora una razonable iglesia. De todo se sirva el Señor, por quien es, el cual á todos siempre nos dé su gracia, para que su santísima voluntad entendamos y aquella ponga-
mos por obra. Amen.

Hasta el mes de Deziembre de 1531 (*sic*).

S.

JOAN HIERÓNIMO DOMENECH.

*Manu Patris Polanco in octavae paginae ora: de Val.^a, de ult.^o de dez.^{re} 1552 (*sic*). de 4 meses.*

Et J. Ph. Vito: Qua.

CXIV

Fratres Collegii Eborensis
 Fratribus Collegii Conimbricensis.
 Ebora, 1551 ^{1.}

Copia de una letra que embiaron los hermanos que fueron dar principio al Collegio devora año de 1551. En el principio de octubre partieron de aqui nueve hermanos que fueron dar principio á un collegio que el Cardenal Infante hizo aora en Evora.

JESUS

El camino que habemos traído despues que desa casa partimos ha sido muy grande por gracia del Señor; porque con todo el trabajo dél, siempre teniamos dos horas ordinarias de meditacion, y nuestros exámenes cada dia, y missa antes que partiessemos, sin lo más exercitio interior y exterior, que por el camino traiamos, que todo era ferventíssimos deseos en el Señor de padescer, *paratissimi ad adversa sustinenda, hilari ac alacri vultu, animo acquissimo, pro aquissimo Jesu.* Comulgavan los hermanos en algunos lugares con mucha edificacion de todos los que los vian, principalmente en la villa de Arrayolos, que es del Duque, hermano del nuestro verdadero Duque y hermano, Don Theotonio ², donde más que en ninguna otra parte vide la gente edificada.

Aquí nos fuimos á posar al hospital y acontesció que aquella noche misma durmió allí el duque, que iba á la corte, y sabiendo cómo estábamos en el hospital, nos mandó llamar; y nosotros habiamos acabado de nos preparar para comulgar aquel dia; que aunque el passado, que fué domingo, lo habiamos hecho, lo haziamos tambien aquel dia, porque era el que habiamos de

¹ *Historia varia*, vol. I, fol. 317.

² Theotonius, Ducis Bergantiac (*de Braganza*) frater.

entrar en Evora. Y no contento con nos llamar, se vino á nosotros al hospital, que saliamos ya por otra puerta á dezir missa. Entónces nos llamaron muy de priessa de su parte, el qual nos recibió muy humanamente. Demandó el número de los hermanos y alegróssse mucho con crecer la Compañía tanto. Dolióse mucho de nosotros de nos ver entre aquellos pobres; no sé si seria alguna reflexion sobre su hermano. Mandó luego á los tuyos que de su misma alforja nos diessen de almuerzar. Diximos cómo ibamos á tomar otro almuerzo, que nos era más necesario, y hablamos algunas pláticas sobre la comunión. Mandó que despues que viniéssemos de comulgar, nos tuviessen aparejado dalmorzar.

De allí partimos; que no habia más de tres leguas, á Evora, donde llegamos aquel dia y hallamos el Cardenal, que tres veces se habia partido pera Lisboa y tornado del camino con indisposiciones. Tambien hallamos el P.^e M.^o Juan ¹ (este partió de Lisboa y los otros de aquí del collegio) que habia una hora era llegado al hospital; con cuya venida nos alegramos mucho; y con su humildad y simplicidad nos edifica mucho. Hallamos el canónigo, á quien veniamos remitidos, que nos recibió muy bien y nos aposentó en una muy buena casa, que fué un monasterio de monjas con una capilla, donde dezimos missa, hasta se hazer el collegio, que será el año que viene. Diéronnos tambien todo lo necesario para casa. Hallamos el P.^e Frai Luis de Granada, que mucho con nosotros se alegró. Este es muy devoto de nuestra Compañía, y puédenlo tener por un professo della; porque como supo que el Cardenal nos daba collegio, se fué á él y le besó la mano por la merced, como si la fiziera á él.

Los hermanos no comenzarán tan presto la theología, porque el Sr. D. Antonio (este es un hijo del Infante don Luis, que estudia aquí en Coimbra y ahora estudiará en Evora en compañía de los hermanos) está enfermo de tercianas, y por esto entre tanto se leerá philosophía, dos liciones cada dia. Dice el P.^e M.^o Juan que podrá durar hora y media cada liccion. Como somos pocos, tenemos partido el tiempo desta manera: de las cinco á las seis horas, meditacion; de las seis á las 7, missa; de

¹ P. Joannes de Aragon, B. P. Petri Fabri olim in Germania socius, dictus *Mosen Juan*.

las 8 á las 9 y media, licion; comemos á las onze, con hazer primero un cuarto de exámen, y assí siempre quedan dos horas y media de estudio por la mañana. Despues de comer, de la una á las dos repeten la licion; de las 3 á las 4 y media licion; y despues estudian hasta las 8; de las 8 á las 9 hazen sus exámenes y meditacion; de las 9 á las 10 cenan. Esta es la órden que tienen. El p.^e Belchior Carn.^o (que es el que fué por Rector) se da todo á las confessiones, tomando para sí dos horas de meditacion cada dia.

Queda por dezir con cuánto amor nos recibió el Cardenal, que cierto fué mucho; besámosle todos la mano y mostrónos mucha benignidad. Demandónos cómo nos habian recogido; diximosle que como hijos, y despues de passar muchas cosas con nosotros, nos mandó á reposar. Fué el Padre despues á dar la obediencia al Vicario, el qual lo tuvo en mucho y recibió muy bien, quexándose de los que no se querian haber bien con el Ordinario.

No hay más que dezir por haber poco que llegamos. De todo lo que sucediere, avisarémos. Siempre Nuestro Señor nos dé su gracia. Amen.

CXV

P. Antonius Vinck
 Patri Ignatio de Loyola.
 Messana, 1 Januarii 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Quoniam adest tempus in quo obedientiae jussu rationem reddituri sumus R.^{dæ} Paternitati tuae eorum, quae Dominus sua benignitate hoc proximo quadrimestri operari per nos dignatus est, ea qua potero brevitate complectar.

R.^{dus} P. Noster Hieronymus Natalis hoc tempore in Africa, usque ad undecimum Novembris, quo Messanam appulit, strenue in pietatis operibus se exercuit. Frequenter concionatus est coram ducibus et militibus. Quotidie doctrinam christianam, praesente Domino Ferdinando, Illustrissimi Joannis de Vega, Pro-regis Siciliae, filio, declaravit. Sacerdotibus de casibus conscientiae et aliis, quae ad officia eorum debite praestanta attinent, sedulo multa proposuit. Omitto quantum in sublevandis pauperibus et componendis militum inimicitis (quae plurimae inter eos sunt) insudaverit. Ex his tres aut quatuor fuerunt qui, inita inter se gratia, tertio aut quarto die post ex hac vita decesserunt ut pace perpetua fuerentur. Adeo autem relucebant ejus bona opera, ut non solum utilis sed necessarius omnino a duce summo judicaretur; quo factum est

¹ Autographae Antonii Vinck litterae sunt in folio duplice, cui olim numeri 349 et 350, nunc autem 95 et 96. Prae manibus etiam nobis sunt apographa exempla tria; unum in folio duplice, cui olim nn. 340 et 341, nunc vero 94; alterum in foliis 28 et 29 Codicis 1551; tertium denique in *Historia varia*, vol. 1, fol. 246.

ut cum triremes Africam appulissent, et de recessu ageretur, quibusdam ille militibus commiserit ut P. Natalem detinerent, et secretiori aliquo cubiculo recluderent, quoadusque triremes ab Africa recessissent. Verum sua spe illi, quamvis bona, sunt frustrati; nam Pater edoctus a Deo, qui illum nobis maxime necessarium reddere voluit, cum nullus adhuc cogitaret, ad triremes contendit, et insalutato Duce, Domino Sanctio de Leyva, profectus est, non ut labores fugeret sed ut obedientiac P. T. et majori gloriae Dei hic satisfaceret.

Ejus igitur praesentia et bona valetudine plurimum omnes gavisi sumus, quia eo absente grex sine pastore nobis videmur; si quid a nobis factum est, hoc omnino ejus diligentia ac fervore factum esse fatemur. Ipse Pater, qua diligentia in Africa pro redemptione quorumdam captivorum, eleemosynas promitti a militibus, cum stipendum illis solvendum esset, curavit, easdem hic Messanae dari institit. In eleemosynis ordinariis (quas solet Pro-rex per regnum distribuere) omnia Patris Natalis arbitrio commisit. Et non his contentus, alias quoque distribuendas curavit, ex quibus, praeterquam quod multi adjuti sunt, monasterio Drepani Conversarum, quod his diebus idem erigi fecit, ex his redditus aliquot empti sunt, quibus illae, quae ab illecebris carnis et mundi avulsae sunt Dominoque ibidem serviunt, sustentantur. Judaeam etiam quamdam hisce diebus ad fidem Christi conversam curavit jungi matrimonio; et duo filii cujusdam meretricis, a matre separati, traditi sunt, eo auctore, honestis viris alendi. Multa alia paeclare ab eo facta, quibus brevitatis causa supersedeo.

Nunc quae ex collegio scribenda occurrunt subjungam. Studia omnia, ut solent, continuantur; in quibus in dies proficiunt omnes et magistri et discipuli. In collegio simul et in domo probationis, omnibus communis lex est ut non nisi latine loquamur. Die quarta Octobris coram Pro-rege et magistratibus et aliis multis habita est oratio a Magistro Benedicto Palmio de exercitatione studiorum, omnibus valde grata; qua finita, ipse Pro-rex simul cum primo magistratu collegium ingressus, usque ad culinam nostram omnia perlustravit. Juratisque, quos vocant, collegium coram omnibus commendavit. Juvenes, qui in domo probationis agunt, quotidie, Dei gratia adjuvante, in litteris et spiritu multum proficiunt; quibus his paucis diebus,

antequam Pro-rex Messana Cathaniam proficisceretur, Ferdinandum nepotem suum conjunxit, non quidem eo animo ut perpetuo cum nostris maneret sed ut, aliquandiu cum illis conversatus, bonis moribus eorum exemplo institueretur. Hic tantum profecit ut prorsus fastus curiae videatur oblitus. Primo enim cum venisset ad nos, jussit P. Natalis ut in capite mensae recumberet, eique servus, quem habebat, inserviret. Nunc praeter illum, qui communis mensae ministrat, habet neminem; et non solum in primo loco non recumbit, verum novissimum cum juvenibus praeelegit et ad hoc instanter consensum Patris impetravit; et ut paucis absolvam, in omnibus iis, in quibus illi probantur, etiam ipse non modo sequi sed et superare nos contendit. Simul cum illis in refectorio concionatur et, ipsis coenantibus, legit: horas singulorum officiorum observat: scutellas abluit: qualibet nocte, sicut et caeteri, P. Cornelio rationem reddidit eorum, quae egit in die, tam tentationes quam bonas inspirationes explicans; haec enim illi et alia quaedam observare solent. Demum in hac sancta Societate Deo perpetuo servire statuit. Det illi Dominus perseverandi gratiam.

In confessionibus et conversationibus continuus nec mediocriter fit fructus. Diebus festis et dominicis duo ex Collegio et duo ex domo probationis simul ad hospitale accedunt, infirmos invisunt et consolantur. Ad carceres etiam aliquando itur, et interdum, si qui sint qui parvo aere detineantur, eleemosynis curamus liberari, ex quibus duo hisce diebus liberati sunt, qui alioquin morituri videbantur in carceribus. Et hi igitur multum consolationis percepérunt ex hujusmodi visitationibus. Faten-tur enim ipsi et custos carceris, antequam venissemus nos Messanam, aliquando inclusos mortuos esse sine confessione ob penuriam eorum qui confessiones audirent. Nunc maximas Deo gratias agunt, quoniam ipsis etiam non potentibus offeruntur. Piscationes, quas facere solebamus, ut aliquos ad confessionem adduceremus, coacti sumus intermittere propter frequentiam eorum qui ad confessiones ultro veniunt. Diebus enim dominicis singulisque festis, a mane usque ad vesperam confessionarii occupantur.

Ad audiendas confessiones infirmorum nonnumquam vocamur; qua occasione accedit ut, his diebus, aegrotante quodam, qui jam annis duodecim uxore alterius abusus erat in concubini-

natū, et multis adnitentibus frustra ut separarent eos, tandem parentes ad nos venerunt, rogantes ut unus nostrum ad eum accederet; quam provinciam libenter unus nostrum subivit, nec eum reliquit, quin promitteret omnino se dimissurum concubinam; quod et fecit, et paucis diebus intermediis, denuo advocatus est sacerdos ad infirmum, et confessione ejus audita, beneficioque absolutionis consecuto, eadem nocte migravit, uti speramus in Domino, ad coelestem patriam.

Quaedam, quae decem et octo annos vixerat in concubinatu, persuasa a quibusdam vicinis, qui octavo quoque die nobis confitentur, ut desineret Deum offendere, ad concessionem aliquando adducta, ad perfectam suorum peccatorum detestationem pervenit, confessionem generalem fecit, et perseverat decimo quarto quoque die confiteri; et tantum profecit ut non solum illicitas carnis illecebras fugiat, sed et a licto matrimoniali usu omnino abstinere decreverit.

Aliquot familiae sunt, quae ex frequenti auscultatione verbi Dei et usu sacramentorum confessionis et communionis tantum profecerunt, ut non saeculares sed perfecti religiosi videantur. Quotidie per aliquot horas legem Domini ejusque vitam meditantur. Cum Christo desiderant quaelibet pati, et si eis concederemus, mortificationes publicas facerent: et eorum exemplo ad aliorum utilitatem R.^{dus} P. Natalis orationes quasdam ordinavit per modum rosarii, in quibus omnia praecipua mysteria vitae et passionis Christi facile se menti cuiuslibet offerunt; quem modum orandi multis fore utilissimum speramus, sicut et nunc in paucis experti sumus. Et aliqui eorum, qui vinculo matrimonii juncti sunt, jam ab invicem de communi consensu separari et in religione sub obedientia Deo inservire proponunt, et jam a multis mensibus in puritate corporis sui sponte vivunt.

Cum senex quidam et dives aegrotaret et haeredem propinquum, qui ei succederet, non haberet et de relinquenda aliis haereditate cogitaret, quidam ex familiaribus ejus haec anmadvertens, subornatis falsis testibus ad corruptendum notarium confugit et, certis pactis hinc inde compositis, falsum instrumentum confecerunt, in quo iste senex donatione (quam dicunt inter vivos et irrevocabiliter) isti suo familiari omnia sua donaret; sicque per aliquot menses mortem senis specta-

runt, qui omnino tunc moriturus dicebatur. Verum Dei gratia unus istorum, conscientia tactus, ad nos confugit salutem animae suaé et sociorum quaerens et rem omnem nobis declaravit, tradens simul nobis chirographa, quae ab aliis habebat, et tandem, quamvis difficulter, effectum est ut omnes contractus et obligationes hinc inde factas ad nos comburendas detulerint.

In eleemosynis contribuendis pauperibus quam aliqui prompti sint, quomodo etiam fastus ornamentorum in mulieribus auferatur et alia plurima, longum nimium esset recensere. Virgines devotee Deo deditae, quae etiam sponte se Deo perpetuae castitatis voto adstrinxerunt, plurimae sunt, et hoc quadrimestri aliquot conjunxerunt se illis, et plures se conjungerent, nisi timeremus quae ex mutatione animi facile accidere solent.

In concionibus frequens est concursus et (ut vulgo dicitur) si templum duplo majus esset, non tamen eos caperet qui audire verbum Dei desiderant. Circa horam antequam M. Benedictus suggestum concionaturus descendat, omnino repletur templum, ut nec angulus relinquatur, in quo possimus audire confessiones. Illustris Pro-rex aliquando ad nostram ecclesiam venit ut concionem audiat, aliquando ad summam ecclesiam ubi hoc Adventu, instante Vicario generali et Magistratu, idem Benedictus concionatus est, cum magna aedificatione et omnium satisfactione. In monasteriis etiam interdum a nostris verbum Dei proponitur non sine fructu, quo etiam laici, si quando praescire possunt, diligenter accedunt.

In die Epiphaniae Domini, in gratiam R.^{di} D.ⁿⁱ Joannis Oсорii, a P. Natali missus est M. Joannes Philippus Casinus ad quamdam Abbatiam, cuius Abbas est dictus D. Osorius, quae Messana quatuor distat milliaribus, ut ibi populum doceret, quod non infeliciter evenit. Ad conciones ejus populus multus magna aviditate concurrit et cum majori admiratione et satisfactione discedit. A meridie doctrinam christianam eis explicat, et sollicite instat ut parentes filios suos secum ad eam audiendam adducant; et haec omnibus dominicis et festis diebus continuat, et tantum proficit ut etiam jam inter auditores aliquos habeat, qui frequentare sacramenta incipient; quod apud eos hactenus inauditum est.

Sunt sacerdotes et juvenes plurimi, qui obnixe instant ut

in domum nostram recipientur, quorum petitionibus nondum P. Natalis acquievit, etiam si aliqui eorum sint, qui a multis mensibus rogarunt; et re vera, si alibi, maxime hic adhibenda est delectio eorum, qui recipiuntur.

Haec sunt, Pater Reverende, quae occurrunt scribenda, in quibus si quid boni sit, divinae benignitati et orationibus P. T. et diligentiae Patris Natalis attribuendum esse non dubitamus; obnixeque deprecamur ut P. Tua in suis orationibus nostri memor sit Dominumque exoret ut eam gratiam nobis largiat, qua in hac sancta Societate fideliter et sincere serviamus, cui laus, honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.


Messanae, Calend. Januarii 1552.

R.^{dae} P.^{tis} T. indignissimus servus in X.^o et filius.

ANTONIUS VINCK.

In quarta pagina: 1552. Quad. Di Messina. Janu.

*Superscriptio in apographo primo: † Jesus † R.^{do} in chro.
Patri Magistro Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societa-
tis Jesu, Romae.*



CXVI

P. Petrus Canisius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Ingolstadio, 2 Januarii 1552¹.

JESUS

Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi in nobis et per nos
 in dies augeatur. Amen.

Scribam ad te de quatuor mensibus, ut voluntati tuae paream,
 R.^{de} Pater, narraturus ea succincte quae magno Dei nostri mu-
 nere inde a septembri concessa sunt nobis, ut lucrum quidem
 aliquod videri queat spirituale, sed omnino exiguum illud, si
 cum aliorum Patrum et Fratrum scriptis conferatur.

Initio lectiones sacrae, quas in hac academia soli profitemur
 Doctor Nicolaus Goudanus et ego, praeterquam quod consuetum
 habuere successum, quia Christus adspirare dignatur,
 etiam frequentiori et constantiori quam prius bonorum auditorum
 numero decoratae fuerunt. Aethicam vero lectionem com-
 mendant cum studiosi atque magistri, quorum ingens accedit
 numerus, cum ipsi quoque professores atque doctores, qui no-
 biscum agere cooperunt non semel ut horam profitendi commo-
 diorem, quae ipsis deberetur, ad praelegendam aethicam ven-
 dicemus.

Jam ut omittam lectiones ordinarias, praesertim in evange-
 licis et apostolicis², privatim quoque docemus, sed ita ut nulli
 denegetur ad haec audienda locus, quae maxime ad explican-

¹ Apographum in foliis 12 et 13 Codicis 1551.—Autographas Canisii litteras nullibi
 adhuc reperire valuimus; quare quid in eis Polancus, ut ejus moris erat, immutarit seu
 emendarit, quid addiderit, quidve suppresserit, indicare nequimus.

² In Evangelii et epistolarum, Pauli praesertim, expositione.

das in romanis difficultates spectant. Dedimus insuper operam ut persaepe disputaretur, jamque vicimus utecumque difficultatem, quae hactenus abhorrentes istorum animos tenuit ab hoc, licet utilissimo, tamen hic rarissimo instituto, cuius nunc fructum et sentiunt et amant theologiae studiosi. Neque sine singulari multorum profectu factum quod lectiones aliquot in gratiam illorum institueremus, qui sacris erant ordinibus paulo post initiandi. Nam apud Germanos, dum ad sacerdotalem adspirant ordinem, nulli non admittuntur, qualis qualis aetas et gravitas sit in ordinandis. Excusant autem neglectum hunc canonum sacrorum, quod summa ministrorum ecclesiae visitatur ubique penuria: quasi propterea praestet qualescumque demum quam nulos habere presbyteros ad functiones obeundas in templis.

Quod ad sacramentum attinet confessionis, nec pauci nec vulgares hic juvantur a nobis; et jam mulieres audire coepimus, cum antea linguae nos deterret difficultas. Accesserunt praeterea qui nunquam antea fuerant confessi, et ab ipsa quidem sua pueritia in lutheranismo instituti, sub utraque semper specie communicaverant, quos Christi gratia singulari lucrificimus ut jam ad Ecclesiae doctrinam atque disciplinam se rite componant, saepe confiteantur, seriam ostendant resipiscientiam, et de se magna nobis polliceantur.

Parochus quidam qui, relictis omnibus, hic degere voluit, postquam spiritualiter est exercitatus a nobis, admirabilem colligit fructum ex meditationibus, quas solemus proponere. Fructum hunc fusis poenitentiae lacrymis et optimae vitae concepto desiderio non parum ardentи declaravit. Cum ad suas redire oves pararet, fidem nobis dedit curaturum se, tum apud amicos, tum apud suas oves, enixe ut sacrae confessionis et communionis usus, qui Germanis est omnino rarissimus, frequens introduceretur: tum in singulos menses scripturum se nobis recepit quis ecclesiae status, quis fructus in suorum animis esset. Adjuti sunt et alii studiosi, dum per nos priorem meditationum nostrarum partem absolvunt, in quibus majorem quam antea unquam de pietate profectum sensere, ut ad generalem peccatorum confessionem instituendam essent instruções.

Dominicis ac festis diebus, quando a meridie studiosi ad nos

multi veniunt, paratum ex illis ipsis declamatorem habemus, et sicut latine hactenus, ita nunc germanice, ut concionentur effe-
cimus; qua quidem exercitatione an sibi magis ipsi profecerint quam nobis satisfaciant haud facile dixerim. Certe ad concio-
nandi munus hac ratione praeparari videntur, ut si pergant in
hoc instituto, juvari fortasse per hosce ministros germanicae
possint ecclesiae, in quibus boni et fidi concionatores quam
maxime desiderantur. Absoluta porro declamatione, quam
dixi, flectunt cuncti genua, qui convenere, Christum precatu-
ri. Tum praelegi curamus pias aliquot precationes, ad quas
respondent illi vicissim. Sunt hae precationes pro successu Con-
cilii Tridentini, pro pace Ecclesiae, pro haeresum extirpatione;
succedit demum letania. Mirantur jure nonnulli qui fiat ut Ger-
mani adolescentes, atque etiam artium Magistri, ad hoc pietatis
exercitium vel ultro accedant, quando in templis orare nunc
fere pudendum videtur. Sed et in ecclesia, ubi vespertinas de-
cantant laudes studiosi, morem eundem precandi sequuntur,
praeeunte uno nostrorum ac praesente totius collegii Rectore.
Neque istud solum apud studiosos impetravimus, verum etiam
omnibus concionatoribus ut ad precandum exhortentur popu-
lum, Deo duce, persuasimus. Igitur receptis verbis utuntur,
flexisque genibus, Domini precationem recitat concionator.
Deum quisque rogarat et nominatim quidem pro Concilio, Epi-
scopis, Imperatore, Principibus et pro pace etiam. Nullus adeo
est festus dies, concio nulla, quin precatio isthaec iteretur pu-
blice. Numquam hic esse conspectum affirmant ut sacramissimae
Eucharistiae sacramentum plures quam hoc Natalis Christi fe-
sto peterent, praesertim professores una cum studiosis, qui no-
stris e manibus panem illum vere coelestem accepere. Sic enim,
quam antea declaravere, comprobata voluere suam erga nos
benevolentiam, fidem et amorem singularem. Unde nihil mira-
bimur si nostrum discessum aliquando ferant aegerrime, quod
retinere nos ex animo cupiant universi.

Germanicae conciones meae, quas festis diebus continenter
prosequor, non solum nunc intelliguntur magis, verum etiam
et probantur eo studiosius, quod numeroso semper auditorio
decorentur, ut plenum videre templum liceat, etsi in extrema
civitatis parte situm, et quod adeatur hoc frigidissimo tempore,
quod eis non parum incommodum videtur, praesertim cum die

vixdum illucescente mihi sit auspicandum. Bonam spem esse audio de quibusdam haereticis, quorum utinam minor esset hic proventus, quique cum lubenter ad nos audiendos venire dicantur, suas etiam opiniones paulatim emendare censentur, ad meliorem, ut confidimus, frugem reddituri, ut abjectis errorum tenebris in luce versentur Ecclesiae sanctae. De populo satis constat miram illius religionem esse coepisse, postquam in hoc templo a me coeptum est concionari. Non solum aures ad audiendum avide verbum Dei praebet, sed etiam ad precand rationem tam pie quam studiose componit sese, ut nusquam alibi praeter omnem sane morem in Bavaria precantur. Sacrificanti ad finem usque Missae assistunt. Cum Eucharistia sumenda est, singulari cultu eo sese convertunt, fusis humi corporibus, id quod in Germania videre sit rarissimum.

Munus Procancellariatus, quod hucusque quamvis invitus retineo, conor equidem ab humeris excutere; at me satis extricare vix possum, etiam si tua me defendat authoritas, Reverende Pater; sic urget Episcopus, Princeps et Academia. Sed modis omnibus ut hoc onere liberer procurabo.

Novum nobis ostium se aperit Argentorati (vulgo Argentinam vocant). Est ea civitatum germanicarum una praenobilis, raris admodum instructa dotibus, mundique ornamentis referta. Scripserunt illinc ad me canonici cathedralis ecclesiae, nobilissimi quidem illi, quum inter hos et duces et comites plurimi numerentur; sed propter lutheranismum coacti excedere, nunc demum suis restituti sedibus, curant res afflictæ ecclesiae suae. Scripserunt, inquam, ad me illi ut ecclesiastem acturus¹ illuc veniam, aut certe quidem tot modis afflictæ ecclesiae suae statum semel inspiciam; curaturos se modis omnibus ut susceptae peregrinationis me nunquam poeniteat. Rescripsi igitur me de mutando loco nihil posse statuere, quando ipse mei esse juris desissem; in me porro nullam futuram moram si missus ad illos gratificandum quicquam possem efficere. Nunc parum abesse autem quin Episcopo Eystettensi me comitem ad synodum adjungerem, sic annuente scilicet praeposito meo, nisi primores Bavariae obstitissent quominus ea in Concilium profectio succederet. At boni canonici illi, ne quicquam intentatum relinque-

rent, non modo secundas ad me litteras dedere, quibus ut iter mature ingrediar contendunt maxime, sed etiam ad Pontificem Maximum, ad Cardinalem Mapheum, et ad P. T. scripserunt ut jussus Argentinam amander agamque concionatorem. Nunc ea concepta est exspectatio fore ut ad proximam illis quadragesimam adsim. Novit autem Dominus quantopere sit opus, cum in aliis Germaniae oppidis, tum in hac praeclarissima civitate, opus, inquam, fidissimis Dei servis et operariis. Nam Argentina velut haeresum sectarumque sentinam collegit, postquam illic velut in arce regnarunt illi pestilentes, nec minus eloquentes, Bucerus, Capito, Sturmius, Hedion, similesque pestes. Quo magis Christum precari par est ut ad messem illam vel meliores quam ego sum ac esse possim mittat operarios, vel si obedientiae jus tale quid a me postulet, sua ipse gratia, qui dominus est messis, suppleat quod ad provinciam eam rite obeundam in me omni quidem ex parte desideratur. Atque his sane Patrum et Fratrum non defuturas mihi preces puto, quas ardentius quidem numquam non expeto. E quibus saepe ita pendere video mihi ut firmius in terris praesidium non requiram.

Nunc priusquam absolvam omnia, Christo gratias agendas primum arbitror quod, sicut in aliis christiani orbis provinciis factum est, sic etiam de Germania nostra brevi fore promittat; nimirum ut variis in locis exstructa hic collegia videamus, ubi contra fidei hostes invictum Jesu nomen ejusque sodalitium longe lateque resplendeat.

De Viennensi Collegio dicere supersedeo quod jam optimis quoque proventibus dotatum est. Praecessit Rex Romanorum. Hunc sequi ducem volunt Electores duo imperii, Archiepiscopus Moguntinus et Trevirensis. Accedunt dein duo Germani et ipsi Episcopi, Constantiensis et Eystettensis, qui cum regium intuentur exemplum, et suis prospectum eatenus volunt, de collegiis Societatis instituendis tractare cooperunt. Qua de re ut conatus illorum rite succedant, illisque major exerceatur nostra charitas, ubi procul dubio major sese offert necessitas, Christum merito precabimur ut Societatis nova veluti luce densas pellat tenebras, quae Germaniam omnem, ut nullam provinciam christianam aliam, obscuravere.

Lux vera Christus nos respiciat illustretque semper gratia sua. Amen.

Ingolstadii, postridie Circumcisionis Christi, anno Nativitatis ejusdem 1552.

Filius et servus infimus,

PETRUS CANISIUS.

CXVII

Joannes Rogerius
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 2 Januarii, 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi sit semper in cordibus nostris. Amen.

Sancta mihi praecipit obedientia, R.^{de} in Christo P., ut eorum quae proxime decurso quadrimestri Deus Optimus Maximus per Patres et fratres, qui hic sunt, in Christo charissimos dignatus est operari, rationem redderem, quippe qui virtutes aliorum spectator solum parumque in rebus agendi occupatus hoc subire muneris facilius possem quam caeteri.

Ut a nostris igitur studiis incipiamus, 18 calendas Novembris, discipulorum profectus et promotionis habita ratione, nostrorum studiorum cursum, Divi Lucae felicibus auspiciis, renovavimus; quo die D. Petrus de Rivadeneira coram R.^{mō} Domino Inquisitore, Praefecto civitatis, Praetore², caeterisque

¹ Autographae Rogerii litterae sunt in folio duplici, nn. olim 352 et 353, nunc 98 et 99.—Cernitur in his Polanci manus aliqua licet levissima emendans.—Habemus praeterea exemplaria apographa bina saeculo xvi confecta; primum, quod in Hispaniam misit Polancus, in *Historia varia*, vol. i. fol. 357; alterum in Cod. 1551, fol. 39.

² Verbo *Praefecto civitatis* designari hic a Rogerio videtur is qui, *Gubernator* dictus et a Pro-rege plerumque constitutus, Pro-regis vices in civitate gerebat. Voce vero *Praetore*, consilii civitatis caput seu praeses, a civium primoribus electus.

magistratibus, permultis nobilibus, non paucis coenobiorum prioribus, qui e singulis fere monasteriis convocati lubentissime convenerant, magna cum discipulorum cum aliorum diversorum frequentia in Divi Antonii, cunctis applaudentibus, habuit orationem; et ex nostris quidam discipulis, quos ad id magis aptos et idoneos elegeramus, R.^{do} Domino Inquisitori, Praefecto civitatis, Praetori, ac reliquis magistratibus, singula singulis epigrammata, quae jussu Patris conscripseram, venustè satis recitarunt. Ad haec quidam parvulus, unius e magistratibus filius, Domini Joannis Forcadami discipulus, ab eo diligenter instructus, oratiunculam, qua toti coetui gratias agebat praesenti, necnon magistratus omnes ad nostris favendum studiis excitabat, summa gestus et actionis moderatione pronuntiavit. Quod quantum magistratibus caeterisque placuerit, cunctorum maximus indicavit applausus. Sequenti die preeceptores accommodatas commissorum sibi discipulorum capti lectiones sunt aggressi, quas quotidie quanta possunt diligentia prosequuntur; dantque pro viribus operam quo non minor semper religionis et morum probitatis quam doctrinae vel eruditio- nis fiat accessio. Sed iis fusius explicandis, quia, R.^{de} in Christo P., alias audivisti, supersedeo.

Mense Novembri, in celebratione generalis Concilii Carmelitarum, disputationes diebus octo sunt habitae; in quibus primum doctores et in sacra theologiae facultate promoti, deinde candidati theologicas simul et physicas positiones agitandas publice tuebantur. Quibus R.^{dus} P. Dominus Paulus ¹ interfuit, ubi suam latentem quodammodo virtutem, multisque non satis antea cognitam, non sine Dei honore et majore Societatis autoritate, protulit et in pleniorem lucem emisit.

Interjecto paucorum dierum spatio nobilis quidam Joannes a Bononia, Archidiaconus, sui patris motus desiderio, qui eum videre disputantem paterno quodam affectu summopere cupiebat et ejus ingenii vires experiri, utriusque facultatis conclusiones in summo templo frequenti magistratum, nobilium, medicorum, monachorum et aliorum plurimorum concursu defendit; ubi, cum R.^{dus} P. Dominus Paulus disputaret,

¹ P. Paulus d Achillis.

R.^{mus} Dominus Inquisitor non mediocrem (qua semper Societatem prosecutus est) benevolentiam et approbationem signis haud obscuris aperuit, qui Rdi. Patris Dni. Pauli rationes studiose satis et officiose videbatur approbare.

In adventu Domini, praeter solitas et assiduas Domini Petri de Rivadeneira et D.ⁿⁱ Michaëlis Botelli conciones, quas ille hactenus in Divi Antonii (quo confluunt quotidie plures non populares sed et graves et magnae autoritatis viri, quibus cum fervore maximo tum doctrina concionatoris uberrima satisfieri magis ac magis progressu temporis animadvertisimus) singulis dominicis et omnibus quasi feriatis diebus, hic singulis mensibus unam ad publicas mulieres primo quoque die sabbati, alteram ad nobiles matronas prima quaque dominica mensis, habuerunt et habere absque ulla officii intermissione perseverant. Haberi diversis in monasteriis singulis dominicis aliae coeperrunt. P. Dominus Petrus Venustus concionatus est in coenobio virginum; Dominus Michaël Botellus apud novam dictam vulgo abbatiam, cuius coenobii monachae concionibus illius (sicut ipsae profitentur) mire afficiuntur. Ego, quamvis ad hoc munus, sicut ad caetera, rudis et ineptus, apud dictas vulgo Conversas sum concionatus, quarum coenobium beneficio concionum Domini Michaëlis, operante per eum Domino, nonnullae, suas detestatae sordes, ingredi voluerunt; sed penuria rerum convictui necessiarum nondum fuerunt admissae. Quidam visitarunt ex nostris hospitalia, ut infirmos privatis adhortationibus et piis admonitionibus consolarentur, ut qui corporibus non poterant, animis, quoad eorum fieri posset, mederentur. Dominus Paulus octava Omnia Sanctorum aggressus est Epistolam ad Romanos Divi Pauli, quam lectionem singulis dominicis hora pomeridiana in Divi Antonii prosequitur; et in gratiam popularium vernacula lingua, quam facillime potest, interpretatur; et ut quae copiosius processu lectionis explicit minori negotio rudiorum mentes complectantur, compendiosa praecipuorum capitum repetitione, necnon brevi ad populum rebus explicatis accomodata monitione suum concludere sermonem consuevit.

Insuper singulis diebus veneris doctrinam christianam discipulis omnibus explicandam suscepit, quae quo facilius et puerorum memoriae tenacius infigatur, curare solet ut a duobus,

uno interrogante, altero respondente, quidquid superioribus docuerit, novissima lectione repetatur.

Ac ut de confessionum frequentia fructuque uberrimo, Reverende in Christo P., nonnihil intelligas, magnus ad nos contentum numerus in Omnia Sanctorum solemnitate, non minor in Divae Virginis Conceptione, maximus in Nativitate confluxit. Nam die Nativitatis trecenti et eo plures confessi sanctissimum altaris Sacramentum suscepérunt, ex quibus plurimae matronae, nonnulli etiam viri nobiles adfuerunt. Quidam qui, saepius aliis sacerdotibus confessi, non omnino conscientiam prae pudore peccatorum faecibus expurgarant, a nostris exhausta sentina recesserunt. Fuere complures qui a duobus, quinque et octo annis, gravissimis peccatorum ponderibus se non exonerarant. Aliquae mulieres, quae cum suis maritis divortium fecerant, beneficio confessionis in gratiam redierunt.

Nonnulli ex nobilioribus nostrorum Patrum consuetudine non mediocriter afficiuntur, eosque singulari quodam studio prosequuntur, quibus quantum tribuant authoritatis vel ex hoc uno facile licet perspicere, quod de rebus suis gravioribus et majoris momenti soleant ipsos, praecipue R.^{dum} Patrem Dominum Paulum, consulere, consiliis parere, et tamquam oraculis acquiescere. Hactenus de confessionibus.

Nunc de Societatis propagatione paucis, R.^{de} in Christo P., accipe. Tyronum nostrorum numerus, paucis abhinc diebus, aliis in Societatem tribus cooptatis amplificatus est, quorum unus nobili, non minus religione quam sanguine, natus familia, parentum virtuti morumque probitati videtur ingenue responderem. Reliquos duos quaedam synceritas et admiranda (quam prae se ferunt), puritas, magis quam sanguis, illustravit; e quibus alter in hospitali majori duabus mensibus cum tanta inservivit obedientiae, charitatis et humilitatis testificatione, ut omnes in sui admirationem induxerit; alter quotidianis, quas, dum rei sacrae vel concionibus interesset, effundebat, lacrimis, suae devotionis et pietatis multis dedit mensibus argumentum; quibus in virtutibus omnes excrescere magis ac magis in dies enituntur. Plures, non solum juniores sed aetate simul et eruditione provectiores, assiduis instant precibus ut admittantur, inter quos quidam paedagogus gallus, satis in litteris humanioribus exercitatus, qui Lutetiae, nostro etiam tempore,

physicis operam dedit, a multis jam diebus Societatis amore flagravit et adhuc ardere quodammodo videtur. Verum P. Dominus Paulus, ut eorum periculum faciat constantiae, et probet an hi spiritus a Deo sint, ingressum differre prudentissime voluit.

Cuidam alteri paedagogo gallo R.^{dus} in Christo Pater Dominus Paulus tradidit exercitia, qui vehementer expetens a nobis admitti et saeculo nuntium remittere, morae longioris impatiens in coenobium monachorum Sancti Benedicti concessit, a quo non sine nostris fidelibus de illo testimentiis admissus est. Tres, qui nostrorum multo tempore Patrum alumni fuerant, et ab ipsis spiritualibus exercitiis educati, dictorum vulgo Capucinorum professionem sunt secuti; suntque multi prae manibus qui eodem propendeant et inclinentur. Summa Domini benignitas eorum sanctam confirmat et stabilitat voluntatem. Non desunt ex nostris qui ardentibus ipsorum desideriis fomenta subjiciant, ut hunc ignem, quantum possint, non solum nutriant sed multo magis accendant.

Haec sunt, R.^{de} in Christo P., quae de nostrae vineae cultu tibi paucis scribenda duximus. Reliquum est, ut tuis, quibus plurimum potes, precibus quo ad nostri possimus operis perfectionem juvari, quotquot hic sumus, humillime commendemus. Vale.

Quarto nonas Januarii 1552.

Panormi.

Tuus minimus in Christo filius et servus,

JOANNES ROGERIUS.

Superscriptio. + Al Molto R.^{do} in Christo Padre il P. m.^s (*sic*) Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compag.^a de Jesu. A Roma.

Manu J. Ph. Vito: Quad. Panormo, 2 di Genaro.

Et alia: Palermo.

Alia denique antiqua manus calamum tentavit, juxta superscriptionem litteras et vocabulorum frusta exarando hoc modo.
D — Al — fra — Jhu — D — R.^{dus} — fra.

CXVIII

P. Michaël Ochoa

Patri Ignatio de Loyola.

Loyola, 8 Januarii 1552 ^{1.}

IHS [†] M.^a

Muy R.^{do} Padre nuestro en Xpo.

La gracia y consolacion del S. habite en lalma de V. P. como sus hijos spirituales hemos menester.

Cumpliendo la órden que V. P. tiene dada de escribir cada mes, diré lo que se ha ofrecido despues que se scrivió á la entrada de Deziembre; y es que despues de partido el S.^{or} Duque de Gandía ², y el S.^{or} Conde de Ribagorza ³, que fué víspera de la dominica primera del Adviento, el Padre Francisco ⁴ predicó en Oñate de cómo habian de rescibir á X.^o para la Natividad; la gente paresce quedó algo movida y con intencion de disponerse.

Despues la segunda dominica predicó en Mondragon de la venida del juicio. Posó en el hospital y trabajó en que volviesen á la costumbre que ternian de la confraría del Santísimo Sacramento, para poder comulgar los devotos cada mes el dia de la procesion; quedó la cosa asentada de manera que se espera que se proseguirá adelante.

¹ Autographae litterae sunt in folio triplici, nn. 245-247.—In summa primae paginæ ora scripsit Polancus: *Sacado de una de 8 de enero de Oñate del P. Michaël.—Ihs.—M.^a—Gratia et pax, etc.; haec autem ideo scripsit ut a librariis, dum apographas litteras conficerant, transcriberentur.*

² Carolus de Borja, Patris Francisci de Borja filius.

³ Joannes Aragon et Gurrea et Borja, Patris Francisci de Borja ex sorore nepos. Vide POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 312, n. 293. Ejus tamen mentionem nullam, sed tantum patris, Martini Aragon et Gurrea, faciunt qui Francisci Borgia res gestas scripserunt.

⁴ P. Franciscus de Borja.

Vuelto de Mondragon, se partió para Segura y predicó el dia de la Conception de Nuestra Señora , porque en aquel pueblo tenian alguna manera de sentimiento de cómo no les había ido á visitar ni á predicar, siendo el primero pueblo de la provincia, en que entró cuando vino de Roma; y así mostraron mucha devocion. Posó tambien en el hospital; y el cura, que es docto y bachiller en theología , se determinó de hacer los exercicios en la hermita ¹. Despues de comer, allende del sermon, viniéndole á visitar muchos del pueblo al hospital, les hizo una plática, exhortándolos á la frequentacion de los sacramentos y á la confradía del Santísimo Sacramento, y á la confradía de los juramentos ²; y así quedando muy prendados para lo hacer, él se volvió á la Magdalena. Y para la tercera dominica se fué á Vergara, para continuar el buen principio que allí está dado en la frequentacion de las comuniones en los dias de las procesiones, que es en la tercera dominica del mes; y así el Padre les predicó y les dixo hartas verdades sobre aquello del evangelio *an alium exspectamus*, mostrando que segun vivian descuidadamente, paresce que aguardaban otro, que los sacase de los lodos en que ellos se ponian. Fué un sermon que decia el Señor de Oçeta ³ que no habia floreado nada en él, sino que todo habia sido de agudo. Este mismo dia despues de la procesion comulgó de su mano á más de trescientas almas; y si confessores hubiera, fueran muchas más. Es cosa para alabar á Dios la devocion de la gente y lo que ha mostrado aprovecharse en este poco de tiempo, así en lo spiritual como en lo temporal; por lo qual envio á V. P. la copia de la carta que scriven el pueblo, pidiéndole acepte el hospital con sus caserías y heredades para la Compañía , suplicándole les envie personas de que puedan rescebir doctrina, de manera que en lo uno y en lo otro muestran su buena devocion.

Hecho esto, se volvió el Padre á la hermita ; y como allí supiese que los de Bilbao estaban en cierta manera agravados por no haberlos visitado, deseándolo mucho y significándolo por diversas vias, determinó de partirse para allá. Llegando á

¹ In Sanctae Mariae Magdalena eremitorio, juxta oppidum Oñate, quo se receperat Sanctus Franciscus de Borja.

² Vide supra n. LXXI.

³ Beltramus Lopez de Otzaeta vel Ozaeta.—V. POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 310.

Vergara, mudose el tiempo en nieblas, juntamente con su mala disposicion, porque le tomó un desmayo estando para comulgar, que ya ántes no se habia hallado para decir misa; y fué tan grande que estuvo para caer en el suelo, y hubo de dejar la misa y comunión para ponerse sobre el lecho. Mas Nuestro Señor fué servido que con paños calientes y vino se le pasó en breve tiempo; por lo qual el S.^{or} de Oçeta y el P. Solis ¹ ni yo le dejamos pasase adelante á Bilbao; sino que hizo su desculpa el Padre Solís, avisando de lo que habia pasado; y así quedaron satisfechos, esperando el buen tiempo para la ida, como se les ha prometido.

Con todo esto el Padre Francisco, aquel mismo dia, por no perder el fruto de la quarta dominica, que habia de hazer en Bilbao, se partió para Oñate despues de comer, porque el S.^{or} Conde ² era rezient venido y deseaba oyrle. Y así les predicó un grande sermon sobre *vox clamantis in deserto*. Reprendió tan fuertemente los vicios y pecados, y especialmente los públicos, que el S.^{or} Conde de Oñate y el Abad su hijo, saliendo de allí, entendieron en perseguir á los delinquentes; y así tienen presos hartos de los que se dicen ser culpados, y especialmente el Abad tiene presos dos ó tres clérigos de los principales. El Señor se sirva de todo, que mucho han mostrado quedar con temor; y tras esto la devoción cresce, así en confesiones como en comuniones y exercicios spirituales, que hasta agora no se habia mostrado tanto. Especialmente un colegial, Maestro en Artes, que lee el curso, ha venido á pedir los exercicios, los cuales se le darán habiendo buena disposicion. Tambien hay otros estudiantes que los desean. Con todos se cumplirá lo mejor que se pudiere.

Hecho esto, nos volvimos á la Magdalena; y sobre desear el Padre Francisco tener la Pascua en nuestra casilla, fué tanto lo que insistió el Padre Solís que fuese á predicar el segundo dia de Pascua en Vergara, que hubo de dejar su propio descanso por el del próximo; y así se partió la víspera de la vigilia de la Navidad, y fuese al hospital de Vergara, á donde es rece-

¹ Hic oppidi Vergara parochus fuerat et Societati se paulo ante hoc tempus ad-dixerat.

² Intellige Comitem de Oñate, Petrum Velez de Guevara, cuius filius Enecus, de quo infra mentio fit, Abbas erat Ognatensis.

bido con tanto más amor que si fuese á la Magdalena; y el dia siguiente, que fué el de la vigilia, fuimos los dos con nuestros sacos á pedir limosna, despues de haber dicho misa. Era cosa de veer la consolacion y alegría con que salia la gente á darnos limosna; y era tan cumplida, que fué menester descargar dos ó tres veces los sacos para tornarlos á hynchir. Entre otras cosas noté yo una, que me pareció mucho obra de la mano de Dios, y fué, que yendo á pedir limosna á casa de la S.ra de Gabiria, salió á darla con tantas lágrimas y devocion y deziendo tales cosas, que era para mover á devocion, á todos los que oyán; y no solo paró el negocio en esto; mas aun el dia siguiente, primer dia de Navidad, despues de haberla comulgado el Padre Francisco á ella y á otras más de trescientas almas de sus manos, acabado de rescebir el Santísimo Sacramento, se fué á otra señora, con quien no solia hablarse por haber precedido algunas miserias y pasiones humanas, y sin aguardar que la otra le hablase, se fué á ella y á su hija, tratándolas con mucha charidad y christiandad, y mostrando mucho amor en lo venidero. Fué de tal manera que los del pueblo estaban espartados y consolados de ver la obra de Dios; y así han quedado todos muy edificados; y de cada dia van concertando en lo de las paces y amistades.

El segundo dia de Pascua les enseñó el Padre Francisco cómo habian de ir á Betlem, tratando los aparejos que se requieren para ir á la casa del pan, para que todos vengan al Santísimo Sacramento con la reverentia debida.

El tercero dia de Pascua predicó en Oñate sobre el evangelio de Sant Juan *In principio erat verbum*; fué materia sabrosa y provechosa, aunque era muy alta. Despues le tentó un poco la gota, lo que se rescibió con buena gana, pues eran ya acabados los sermones. Mas ella fué muy cortés, porque duró muy poco; y así se vino el dia de los Reyes á Vergara de camino para Azpeitia; y ayer, que era 7 del presente, partimos por la mañana de Vergara y diximos misa en Azcoitia. Y por hallar ay congregado el pueblo, aunque era algo tarde, les hizo el Padre una plática en la iglesia cerca de una hora; quedaron muy consolados. Y partimos para Loyola; donde hemos hallado estas señoras muy buenas y regocijadas y deseosas de lavenida del Padre, que no lo sabria encarescer. Despues de comer

se fué el Padre á visitar á Martin García, que anda siempre enfermo, y tambien visitó á la S.ra Doña Isabel, su hermana del P.e Provincial¹; y de allí nos fuimos al hospital de la Magdalena, donde V. P. quiso posar quando vino á esta tierra, y así nos hemos gozado todos en el Señor de posar en la misma casa, y especialmente el Padre Francisco, que quiso comer en la misma mesilla, donde V. P. solia comer, y en la misma cámara donde solia dormir. Hallamos tambien el mesmo quartago que V. P. dexó al hospital agora diez y seis años, y está muy gordo y muy bueno y sirve hoy en dia muy bien á la casa: es privilegiado en Azpeitia, que aunque entre en los panes, disimulan con él. El Padre Francisco dice sobre él: *respxxit Dominus ad Abel et ad munera ejus.*

Hemos sido muy bien tratados la noche pasada, sino que la Señora de Loyola, como es patrona del hospital, no ha permitido que estubiésemos más en él, sino que viniésemos á su casa; y así esta mañana el Padre Francisco y yo, con nuestros sacos á cuestas, nos vinimos pidiendo limosna hasta el monasterio de las Beatas, y allí diximos misa, y despues volvimos á tomar nuestros sacos y dimos una vuelta pequeña por dos ó tres calles, y fué tanta la limosna que no podiamos llevarla acuestas, sino que los mismos que la daban se movian á llevarla. Truximos tres grandes canastras de pan, cecina y pescado y otras cosas, los cuales nos han dado por la bondad de Dios con mucha alegría y devoción.

Con esto nos llegamos aquí á la casa de Loyola, adonde nos dieron limosna, allende de las que continuamente nos hacen. El Domingo piensa el Padre Francisco predicar, si tiene salud, y volver á acordar á los del pueblo algunas cosillas, que V. P. dejó asentadas quando aquí estuvo, que no obstante que los primeros años se guardaron muy bien, agora con el tiempo se van olvidando.

Quanto á lo demás no se me ofresce que dezir, sino que todos estamos muy buenos y consolados por la bondad de Dios del fruto que se comienza á hacer en esta tierra; porque no solo en Vergara, mas en Azpeitia se han comulgado doscientas cincuenta personas, y en Oñate muchas, y en Mondragon algunas,

¹ Soror, sc., Patris Antonii de Araoz, Provincialis in Hispania.

y al fin es cosa tan nueva en esta tierra que es mucho para alabar á Dios, y así conosciéndose casi por todos me han dicho que el Señor Inquisidor y el Señor Provisor juntamente quieren poner unos editos, notificando á los pueblos el gran servicio que hazen á Dios en lo que han comenzado, y exhortándolos lo lleven siempre adelante, por ser uno de los más excellentes medios de nuestra salvacion. El Señor sea servido que ellos haziéndolo y nosotros deziéndoselo salvemos nuestras almas. Amen.

A 8 de henero 1552. De Loyola.

De V. P. hijo mínimo,

MIGUEL NAVARRO indig.^º

El sobredicho Domingo predicó en Azpeitia un sermon de *ubi est qui natus est rex judaeorum*. Fué un sermon que yo nuncha en mi vida oy otro mejor, así en doctrina como provechosa para las almas. Habia mucha gente y muchos principales de la provincia, que vinieron á unas bodas. Fueron tan espantados y contentos, que yo no lo sabria dezir. Luego despues de comer se partió el Padre para Azcoitia, donde predicó, dichas las vísperas, otra prédica sobre aquellas Palabras, *Fili, quid fecisti nobis sic?* Si la de la mañana fué buena y provechosa, la de la noche fué tal que no se puede encarescer. N. S. pienso que fué muy servido aquel dia, aunque fué con trabajo la ida para Azcoitia, porque llovía; pero fué tanta la importunacion de aquella buena gente que no se pudo hazer otro. Como les hizo una plática á la venida de Loyola sobre *procidentes adoraverunt eum*; quedaron tan movidos todos los del pueblo y de manera que vinieron á Loyola dos clérigos muy honrados de parte del pueblo á rogar al Padre les hiziese merced de predicar otra vez, deziendo que todo el pueblo estaba para seguir á Su Reverencia; y así les prometió y cumplió con ellos de modo que la alegría y consolacion que ellos rescibieron el mismo Señor lo sabe; mas en quanto yo pude veer fué tan grande que dezian *benedictus qui venit etc.* La noche quedamos allí en casa de un hombre honrado. Al otro dia despues de comer tomamos nuestros sacos y fuimos á demandar limosna

por una sola calle, y fué tanta la que nos dieron de capones, perniles, cecina y pan, que fué menester bien la ayuda y favor de los mismos que nos la dabán; fueron tres azémilas cargadas de la limosna dicha: y despues desto nos volvimos á Loyola adonde nos acogieron con la sólita charidad; la qual el Señor nos comunique en las vísceras¹ para servirle y amarle. Amen².

Superscriptio: Al Muy R. Padre nro. en Xpo. Mro. Ignatio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Jesús, en Roma.

Praecedentium Michaëlis Ochoa litterarum italica versio³.

IHS[†]

Cavato d' una lettera del P. Michael, di Oñate dell' VIII.^o di Gennaro de 1552.

Gratia et pax, etc.

Per osservare l' ordine che V. R. a dato di scriver ogni mese, dirò quello che s' è fatto dipoi che ho scritto alla intrata di Decembre. Et è che, partito il Ducha nuovo di Gandia et il Conte di Rivagorza, che fu il Sabbato avanti la prima domenica del Advento, il P. Francesco predicò in Oñate di come havevano di ricevere Christo questo Natale; la gente parve che rimanesse molto mossa et con intentione di disponersi. Dipoi, la 2.^a domenica predicò in Mondragon della venuta del Signor il dì del giuditio, alloggiando nell' hospitale, et si affatichò che tornassino alla usanza che tenevano della confraternità del SSmo. Sacramento, comunicare li devoti ogni mese il dì della

¹ Huic voci *vísceras* substituit Polancus *entrañas*.

² Quae in his postscriptis enarrantur, gesta sunt aliquot diebus post reliquam epistolam scriptam et subscriptam, ut ex ipso contextu patet.

³ Apographum in folio triplici, nn. 242, 243 et 244.—Hanc versionem ab ipso Michaële Ochoa, qui pluribus annis in Italia, Tybure praesertim, vixerat, confectam verisimile est. Habet enim in sexta pagina haec verba: *Oñate, secunda*. Manus tamen non est Michaëlis.

processione. Restò la cosa ferma di sorte che si spera che si seguirà per l' avvenire..

Ritornato di Mondragon, si partì per Segura et predichò il dì della Conceptione della Nostra Donna, perche in quel populo tenevano alcuna sorte di sentimento di come non li haveva ito a visitare nè a predicare, sendo il primo popolo della provincia, in che intrò, quando venne di Roma; et così mostrarono molta devotione. Alloggiò anchora nell' hospitale; et il parrochiano che è dotto, bacciliere in theologia, si determinò di fare gli essercitii nell' heremitorio. Dipoi del desinare, venendolo a visitare molto populo all' hospitale, li fece un raggionamento, essortandoli alla frequentatione dellí Sacramenti et alla Confraternità del Smo. Sacramento et dellí juramenti; et così restarono molti fermi in osservare quello ordine, che il P. haveva lasciato. Il P. si ritornò alla Maddalena; et la 3.^a domenica fu a Vergara per continuare il buon principio che li era stato dato per la frequentatione della communione il dì della processione, che è la tertia domenica del mese; et così il P. predicò et disse molte verità sopra quello Evangelio *An alium exspectamus*, mostrando che, secondo che loro vivevano negligentemente, mi pareva che aspettavano altro che li cavasse del fango degli peccati; et quella predica fu molto sottile et dotta. Questo medesimo dì, dipoi della processione, comunicò di sua mano più di 300 persone; et se vi fussi stati più confessori, sarebbono stati assai più. È cosa per lodare molto Iddio veder la devotione della gente et quello che ha mostrato profitarsi in questo poco tempo. Mando la copia di una che scrive il popolo, adomandando che accetti una buona casa con suoi casali et possessioni per un Collegio, pregandola li mandi persone da chi possino ricevere la dottrina; di sorte che nelle cose temporali et spirituali mostrano sua devotione.

Fatto questo, se ne ritornò il P. all' heremitorio et come seppe li S. V.⁴ che quelli di Bilbao stavano in certo modo mal contenti per no haverli visitato, desiderando molto et significandolo per diverse vie, si risolse di partirsi per là, ma la indispositione corporale li ha prohibito fare questo viaggio. Con tutto questo per non perdere il frutto della predicha della 4.^a

⁴ Sic; sed putamus mendum esse pro S. R., *Sua Reverentia*.

Domenica, che haveva di fare in Bilbao, si partì per Oñate vicino doppo desinare, perche il Signor Conte era tornato all' hora et desiderava odirlo; et così li predichò una buona predicha sopra *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini et rectas facite semitas ejus.* Riprese tanto grandemente li vitii et peccati et specialmente li publichi, che il Sr. Conte di Oñate et l' Abbate, suo figliuolo, uscendo di lì, hanno atteso ogni uno per se a proseguire li mali fattori et così fecerono pigliare molti huomini in prigioni, et specialmente l' Abbate tre sacerdoti delli principali. Il Signore si serva di tutto, che molto hanno mostrato restare con timore. Oltra questo la divotione cresce, così in confessioni come in communioni et essercitii spirituali, che insino adesso non si era vista tanta; specialmente un collegiale, Maestro in Arti, che legge il corso, è venuto a domandare li essercitii, li quali se li daranno, havendo buona disposizione. Anchora altri scholari li desiderano; con tutti si farà il meglio che si potrà.

Fatto questo, ritornamo alla Maddalena, dove desiderava il P. Francesco di fare la Pascua nella nostra casetta; ma il P. Solis con tanta instantia lo domandò per predicare il 2.^o dì di Pascua in Vergara, che hebbe da lasciare suo proprio riposo per quello dil prossimo; et così si partì il dì inanzi la vigilia dil Natale, et giunse all' hospitale di Vergara, dove fu ricevuto con più amore che se fussi alla Maddalena; et il dì seguente, che fu il dì della vigilia, andamo il P. Francesco et io con nostri sacchi a domandare la limosina dipoi di haver detto messa. Era cosa di vedere con quanto grande consolatione et allegrezza usciva la gente a darci la lemosina; et era tanta che fu necessario due altre volte scharicare li sacchi per tornarli ad empire. Fra le altre cose notai io una, che mi parve opera della mano de Iddio; et fu che, andando a chiedere la limosyna a casa della Sra. di Gabiria, lei ce venne a darla con tante lachrime et divotione et dicendo tali cose, che erano per muovere a devotione quanti l' udivano; et non restò il negotio in questo; ma il dì seguente al Natale, dipoi d' haverla communicata il P. Fran.^{co}, essa et altre, più di 300 anime, con sua mano, finito di ricevere il Smo. Sacramento, fu ad altra signiora, alla quale haveva tenuta la parola per havere havuto con lei alcune passioni humane, et senza aspettare che l' altra li parlassi, cominciò a par-

lare con lei et con sua figliuola, tratandole con molta charità et allegrezza, et mostrando nuovo amore per il futuro; di maniera che li presenti stavano maravigliati et consolati di vedere la opera di Dio. Hanno restati tutti molto edificati, et ogni dì si vanno facendo delle paci et concordie. Il 2.^o dì di Pasqua li insegnò il P. Fran.^{co} come havevano di andare a Betleem, ammaestrandoli di quello che è necessario per ire alla casa del pane, acciò che tutti venghino al Smo. Sacramento con la debita reverentia.

Il 3.^o dì di Pasqua predicò in Ognate sopra l' Evangelio di Sto. Giovanne *In principio erat Verbum*. Dipoi se ne venne il dì della Epiphania a Vergara, per partire subito per Azpeitia, et hieri, che erano 7 del presente, dicemmo messa in Azcoytia; et per ritrovare il populo congregato, anchora che era assai tardi, li fece il P. un raggionamento nella chiesa circa d' una mezza hora. Restarono molto consolati, et partimmo per Loyola, dove havemo trovato quella Sra. tanto desiderosa della venuta del P., che non lo saprei scrivere. Dipoi desinare fu il P. a visitare duoi infermi; et di lì andammo all' hospitale della Maddalena, dove V. R. alloggiò, quando venne a questa terra, et tutti ci allegrammo molto nel Signore di alloggiare nella medesima casa, et specialmente il P. Francisco, che volse mangiare nella medesima tavolina, dove V. R. soleva mangiare, et nella medesima camera, dove soleva dormire. Trovammo anchora il medesimo cavallo che V. R., venendo da Parigi, lasciò all' hospitale adesso fa 16 anni: et sta molto grasso, et buono, et serve anchora molto bene alla casa, et è privilegiato, che benche entri nelli campi seminati, si dissimulano con lui. Il P. Fran.^{co} diceva di lui: *respxit Dominus ad Abel et munera ejus*. Siamo stati molto ben trattati la notte, insino che la Sra. di Loyola, come patrona dell' hospitale, non ha permesso che stessimo più in esso, ma che andassimo a sua casa. Questa mattina il P. Francisco et io con nostri sacchi sopra le spalle venimmo chiedendo la limosina insino al monasterio delle Beate, et lì dicemmo messa, et dipoi ritornammo a pigliare nostri sacchi et così demmo una volta piccola per due o tre strade; et furono tante le lemosine che non potevamo portarle addosso se non che li medesimi, che ce le davano, ci aiutavano a portarle.

La domenica che viene pensa il P. predichare, se starà bene,

et tornare a ricordare a quelli del popolo alcuni buoni ordini che V. R. lasciò, quando venne qui; che non ostante quelli primi anni si guardarono molto bene, adesso con il tempo si andavano lasciando.

Altro non c' è da dire se non che tutti stiamo molto bene et consolati per la bontà di Dio del frutto che qui si commincia a fare in questa provincia; perche non solamente in Vergara, ma in Azpeitia, si hanno communicate 250 persone, et in Ognate molti et in Mondragon assai; cosa molto nuova in queste terre; et così vedendosi il frutto quasi da tutti, il Sre. Inquisitore et Vicario insieme vogliono fare certi editti, notificando al populo il grande servitio che fanno a Dio nella via cominciata et essortandoli che vadino inanzi, per essere uno degli maggiori rimedii di nostra salvatione. Il Signore sia servito che, loro facendolo et noi dicendolo, salviamo le anime nostre. Amen.

Di Loyola alli 8 di Gennaro de 1552.

Di V. R. figliuolo minimo,

MICHELE NAVARRO.

La sopradetta domenica predichò in Azpeitia sopra quello: *ubi est qui natus est Rex Iudeorum? Vidimus stellam ejus*, etc.; fu una predica che io mai in mia vita non ho udito migliore, così in dottrina come in frutto per le anime. Haveva molta gente et molti principali della provincia, che vennerono per certe nozze; restarono tanto ammirati et contenti che non saprei dichiararlo.

Dipoi mangiare si partì il P. per Azcoitia, dove fece, finito l' ufficio di vespro, altra predicha sopra quelle parole; *Fili, quid fecisti nobis sic?* Se la predica della mattina fu buona et utile, quella della sera fu tale che non la saprei stimare. N. S. penso che molto fu servito quel dì, benche si durò molta fatica per la via di Azcoitia in là, perche pioveva: imperò fu tanta la importunatione di quella gente, che non si potette fare altra cosa; perche come li fece un raggionamento alla venuta per Loyola sopra quello Evangelio *et procidentes adoraverunt eum*, restarono tanto mossi quelli del popolo, che vennerono a Loyola duoi Sacerdoti molto honorati da parte del popolo a pregare il

P. che li facesse grazia di predicare altra volta, dicendo che tutto il popolo stava per seguitare sua R.^a; et così li promesse et adempii di modo che la allegrezza et consolatione che riceverono, il medesimo Signore lo sa; ma in quanto si potette vedere, fu tanto grande che dicevano: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. La notte alberghiamo in casa di uno huomo molto honorato. L' altro dì doppo mangiare pigliammo nostri sacchi et andammo a domandare limosina per una sola strada; et fu tanto quello che ci dettero di capponi, presciuti, et carne insalata, et pane, che bisognò bene l' aiuto et favore di quelli medisimi che ce le davano. Furono tre muli carichati delle dette limosine, et il tutto era per li poveri. Dapoi ritornammo a Loyola, dove ci riceverono con la solita charità, la quale il Signore ci dia nel cuore per servirlo et amarlo. Amen.

Alia manu in sexta pagina: Onate. Seconda.

*Et Joannis Philippi Vito: 1552. Loyola, Ira. di edificatione,
8 di Genn.^o L. V.*

CXIX

P. Adrianus Adriaenssens
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio, 8 Januarii 1552¹.

†
 IHS

Gratia Domini Nostri Jesu X.ⁱ cum omnibus nobis. Amen.

Amantissime Pater: intellexeram 20 Decembris postam quemdam ad urbem profecturum. Sic paraveram 17 ejusdem litteras², quas nunc mitto, quia ille posta non fuit profectus. Referam ergo quae interea contigerint.

Rector hujus Universitatis multum laboravit ut placaret Regentem, cuius in aliis litteris saepissime memini, inducendo eumdem ne contra nos aut hic aut in curia Reginae institueret litem. Regens vero fuit contentus, sed hac conditione: ut ego scriberem litteras quibus fratres emissos, in virtute obedientiae revocarem et eadem hae litterae firmarentur sigillo Universitatis, et ita ipse Regens cum his litteris insequeretur fratres eosque reduceret. Ego saepius ad haec et similia respondi non esse in mea potestate aliquid injungere in virtute obedientiae, nec nos eam habere consuetudinem; deinde dictos fratres non amplius esse sub obedientia mea sed ejus seu eorum cum quibus sunt. Sed ista intelligere nequeunt. Post haec idem Regens eadem contulit cum quodam doctore theologiae, unico amico nostro, et cum lachrimis multa illi dixit, ita ut idem doctor jam

¹ Autographae litterae Adriani sunt in dupli folio n. 140.—Ex his, ut moris erat, quaedam excerpit Polancus in Societatis domos transmittenda. Horum autem excerptorum habemus exemplaria duo: unum in *Historia varia*, vol. 1, fol. 298; alterum in Cod. 1551, fol. 5.

² Eas habes supra, n. CX, pag. 452.

pene mutatus ei adhaereret. Ego, casu statim post discessum Regentis superveniens, cum eodem contuli. Proposuerat Regens in primis quod si ego illas litteras scribere vellem, paratus esset etiam juramento affirmare in primis quod parentes dictorum fratum non impedirent eos a nostra Societate. 2.^o Quod nec ipse impediret ullo modo, quin potius foveret. 3.^o Quod suis sumptibus eos reduceret; et similia: addens, cum ego possem illi tantopere prodesse, videlicet, non dubitans quin unus illorum, Jacobus videlicet, futurus esset primas Universitatis, a me charitas exigat et ratio ut hoc faciam, etc.

Ego haec videns et audiens, et Domino fiduciam praestante, respondi me istis bene contentum, immo nihil aliud optare; sed scribantur conditions istae et polliceatur mihi ista Regens coram Rectore, notario et testibus. Itaque, statim scriptae sunt conditions. Addidi ego pro majori declaratione et securitate, in primis quod Regens primo impetraret a parentibus fratrum certificationem quod ipsi permitterent eos nobis cohabitare, et eis in temporalibus providebunt, sicut hactenus fecerunt, et nullo modo impedient eos a sua vocatione. Interim dixi eidem Doctori: ecce ego ista facio et in istis condescendo; sed timeo et non puto quod Regens ista volet facere. Ille vero putabat impossibile quod Regens dicta sua coram illo retractaret. Post haec missa sunt haec scripta ad Regentem et interrogatus an illis stare vellet, respondit Regens in primis quod clausulam illam de parentibus non posset nobis addicere. 2.^o quod est contra juramentum suum facultati artium praestitum; quod videlicet aliquem promoveret ad religionem; juravit enim quod fovere eos in studiis et non in religione. 3.^o Quod duos quidem ex illis fratribus suis sumptibus vellet reducere, novellos videlicet fratres, sed duos alios non. Et ita isti contractus cessarunt et cessant, et nihil amplius audio, neque in jus vocor; existimo quia omnia quiescent.

De patre Otthonis significatum est mihi a quodam singulari amico, ibidem habitante, quod pater omnino velit sibi a me vel a filio polliceri et certus esse quod Ottho non resignabit suum canonicatum ante suam professionem, vel nonnisi consilio patris sui. 2.^o Ut Ottho Coloniae vel Lovanii perficiat studia sua; quod si fiat, pater erit bene contentus et Otthoni in omnibus succurrere ut decet patrem. Alioquin nisi amicus sese obstitis-

set, et nisi hoc fiat, omnino vult exponere querelas de nobis apud Episcopum, cui est familiaris, et in curia Caesaris et Reginae nostrae. Ego autem statim scripsi litteras ad patrem Ottthonis ut si quid circa filium suum a nobis requirat, inveniet nos in omni re rationabili paratissimos; cogebat enim dissimulare id quod ab illo amico ad me scriptum erat. Sic spero quod omnia bene cedent. Nihil interea audivi.

Proinde referam quid interea Dominus operatus sit. In primis neminem audio deaedificatum ex hac captivitate mea vel ex factis seu dictis nostris; quin potius omnes condolent nobis et Dominus laudatur, qui nobis dedit tanta pro se pati, nec quisquam intelligere potest quomodo possibile fuerit haec ita contingere. Omnes, etiam adversarii, dolent et condolent nobis. Ipse Rector quoque a se rejicit, dicens suo jussu non esse factum. Sic quisquam alteri imputat et a se culpam rejicit, sic ut neminem, neque parvum neque magnum, neque virum neque mulierem, neque puerum, aliud audiam sentire aut dicere.

Deinde numerus confitentium ac ad nos accendentium interea non solum non est diminutus sed plurimum auctus; neque quisquam a nobis ob ista recessit, et plus video in istis persecutibus operatum Dominum quam toto tempore quo hic fui. Sit Dominus in omnibus benedictus. Ad haec Dominus movit corda omnium praecipuorum concionatorum totius oppidi hujus, qui omnes, unanimiter et fortissime, latine et germanice, publice et privatim videntur nos nostraque excusare et defendere et ad similia omnes exhortari, ita ut sit quasi miraculum in cordibus nostris. Numquam enim aut valde obiter et raro solent de his rebus concionari, videlicet, de ingressu religionis, de resignatione sui ad omnia et ad omnem statum, de offerenda juventute sua Christo, de auscultatione ad inspirationes Domini et earumdem sequela non differenda, et similibus; novit Dominus quam exultent corda nostra in istis. Sit Dominus in omnibus benedictus.

Istis quoque diebus jam tertio invitatus ad prandium cujusdam sacrae theologiae licentiati cum dicto doctore et alio bono et docto domino, inter comedendum incidit disputatio de elemosyna et fundatione collegiorum, pro studiosis, inquam. Ad quod dixi Dominum diu multumque rogandum, quo possimus habere voluntatem fundandi aliquid pro illis, cum unus stet pro

millibus. Deinde, finito prandio, idem licentiatus serio explicavit nobis animum suum et dixit in praesentia dictorum duorum: ecce, inquit, causa cur vocaverim vos et praecipue te dominum Adrianum, mihi loquens; vidi, inquit, patientiam vestram in omnibus istis adversis et jam a multo tempore cogitavi et deliberaui istud, videlicet; procurate vos domum, seu licentiam exstruendi seu emendi domum pro collegio fratrum vestrorum. Ego ita eamdem domum dotabo, ut quinque, sex aut septem fratres inde possint sustentari; et istud firmiter statui et in praesentia duorum jam explico. Ego opere ostendam me fautorem et patrem Societatis hujus. Video enim quod nihil nisi nudum Christum et mortificationem propriam quaeratis, et similia; et dixit mihi quod haec indicarem P. V. Proinde rogo P. V. ut fiat id, quod in aliis litteris scripsi, vel ut Societas approbetur a Concilio Tridentino. Alioquin pro hoc tempore non est spes exstruendi collegium, neque spes libere utendi privilegiis nostris admittendi aliquem ad exercitia Societatis aut ad Societatem.

Cum hoc quoque posta nihil prorsus litterarum a P. V. aut romanis accepimus. Aliam nescio causam, nisi quod tanta consolatione non sum dignus, et quia fortassis nimis multa ad vos scribam et variis dubiis obruere videar. Sed rogo propter Jesus ignoscite mihi, quia nihil mihi sapit, nihil audeo nisi a vobis prius instructus et edoctus.

Remansimus domi quinque fratres. Unus licenciatus Quintinus¹ nondum est publicus frater, et reversus est ad suum canonicatum et ibidem fructificat donec aliud ei a P. V. vel a nobis dicatur. Noster Sardus² recte, laus Deo, valet, cum antequam se nobis adjunxisset, saepe ab infantia et ubique locorum consueverit male habere, et valde est aedificatus et fervidus, promptus et obediens in omnibus. Pergit in studiis philosophicis et magnum gustum in illis brevi invenire coepit.

Habuimus unum Hispanum Valentiniūm istis diebus in exercitiis, nobilem; sed sicut Parisiis semel defecit, ita et apud nos,

¹ Quintinus Charlart, de quo haec Delplace: "Quentin Charlart, né à Baudour (Hainaut) en 1507, chanoine de Tournai; admis à Rome en 1552, mort à Tournai le 23 Juillet 1556." I. c.

² Petrus Spigha. Vide POLANCC, *Chron.*, t. II, pag. 289, n. 248. Ejus gesta, domus, in qua supremum diem obiit, enarravit Rector in epistola Romam missa, et ex ea deprompsit NIEREMBERG quae suo operi *Varones ilustres de la Compañía de Jesús* inseruit.

absoluta prima hebdomada, insalutato hospite, hoc est, nobis, discessit. Dolet tamen et pergit nobis confiteri et frequenter communicare cum tribus aliis grandaevis, Hispanis, qui et ipsi desiderant se nobis adjungere.

In praesentiarum habemus juvenem quemdam, valde amabilem in Domino, in exercitiis, qui heri absolvit primam hebdomadam et animum habet ad Societatem. Est et alius quidam juvenis novendecim annorum aut circiter, qui heri adfuit nobis et omnino ad omnia paratus se nobis cupit adjungere; sed non potest nobis nec habitare (*sic*), nec conversari, nec exercitia suscipere, quia dicto Regenti cohabitat et satis conjicit quod parentes non permitterent, sed fortassis turbae aliquae denuo excitarentur. Volui ergo prius intelligere quid P. V. de actis illis, cum ultimo posta a me transcriptis, sentiat, et quid post-hac in similibus et in hoc quoque casu agere debeam. Ego, Dei gratia, nihili facio quaevis adversa; sed in hoc sollicitus sum non parum ut prudenter et minori cum scandalo omnia fierent; ad quod ego nullo modo sufficio; confisus tamen Domino et orationibus P. V. satis bene sum contentus.

His valeat in Domino Jesu P. V. et nos suis atque Patrum ac Fratrum orationibus commendatos habere dignetur.

Raptim. Lovanii, 8. Januarii, anno Domini 1552.

R. V. servus in Domino,

ADRIANUS ADRIANI,
ab Antuerpia.

Indignus sacerdos Societatis Jesu.

Superscriptio. IHS. R.^{do} in X.^o Patri, Mgro. Ignatio de Loyola, Praeposito Societatis Jesu, apud Sanctum Marcum in Sancta Maria de Strada, Roma.

Franco.

Alia manu: 1552. De Lobayna, Adrianus, 8 Januario.

Ubi nunc habet *Lobayna*, prius erat *Napoli*; sed linea superducta deletum est.

CXX

P. Adrianus Adriaenssens
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio, 9 Januarii 1552⁴.

IHS[†]

Gratia et pax X.ⁱ cum omnibus nobis. Amen.

R.^{de} Pater :

Quandoquidem sancta obedientia sic praecipit, referam paucis quae hoc quadrimestri apud nos acta sunt.

Cha.ⁱ fratres nostri Arnoldus et Rugerius hactenus operam dederunt philosophiae et visitarunt diligenter publicas scholas; sua autem conversatione et pia exhortatione multos trahere ad frequentem confessionem et communionem sui cursus studiosos; et ita Dominus providit nobis deditque simul cocum et fratre in Domino, qui, cum in officiis culinae sit diligens, non tamen minus est diligens in studiis et servitio Domini, totus simplex et rectus, in quo dolus non est, intra unum annum, Deo volente, promovendus seu magistrandus in Artibus. Non dum fecit votum nec habuit exercitia, sed animo deliberatus est ut nobiscum maneat, et cum opportunitate paratus suscipere exercitia et votum emittere.

Est et alias ejusdem studii juvenis bene morigeratus, doctus graece et latine et in humanioribus litteris; hic fecit exercitia et omnino determinavit se ad Societatem, paratus emittere votum, cum nobis placuerit; parentes hujus provident ei de sumptibus et collocarunt apud nos.

⁴ Autographae litterae in folio duplici n. 147.—Ex eis etiam excerpta quaedam habemus in *Historia varia*, vol. 1, fol. 298 v.^o et in Codice 1551, fol. 5.

Movit insuper Dominus cor primi et doctissimi totius dictae scholae, qui etiam voto se nobis adjunxit.

Est et nobilis quidam, etiam bene doctus et pius, ejusdem scholae, habens opulentissimum canonicatum, qui etiam se nobis adjunxit.

Et quia occasione horum duorum posteriorum variae tribulationes exsurgere cooperant ab eorumdem parentibus et amicis et a Regente ejusdem scholae, prout cum ultimo veredario prolixe scripsi, coacti fuimus hos duos cum dicto Arnoldo et Rugerio mittere Coloniam, quo ibidem quiete possint perficere studia sua.

Inter hoc dedimus exercitia cuidam licentiatu sacrae theologiae, viro quadragenario et valde aedificativo in omni conversatione sua, eleemosynis ac aliis piis operibus, est enim satis dives et canonicus Tornacensis, dedito. Et hic quoque voto se Societati addixit ¹.

Sunt et alii duo ejusdem studii cum praedictis fratribus, qui a paucis hebdomadibus firmiter statuerunt dictos fratres hinc missos sequi et se. Societati adjungere; diligenter observantur ab adversariis et eorum curam gerentibus ne hoc tentent; sed non est consilium contra Dominum; prima occasione et opportunitate clanculum ad fratres fugere intendunt. Sunt et hi ex doctoribus et praecipuis dictae scholae.

Damus modo exercitia cuidam ejusdem pene studii sed alterius scholae juveni, qui etiam se nobis adjungere cupit, estque valde aedificativus et placidus juvenis.

Est et quidam natione Sardus, ejusdem pene studii, etiam valde aedificativus, firmus et fervens in Domino, qui etiam voto et habitatione se nobis adjunxit; et hic ab infantia ubique locorum solet male habere, languere et uti variis medicorum consiliis; postquam vero plene et fide se nobis adjunxit, nihil omnino horum passus est, nec alicujus medici corporalis consilio usus est nec ulla singulari portione ² aut corporali subventione aliqua. Et tamen, Domino concedente, melius paulatim coepit habere et adhuc melius habet quam toto tempore vitae elapsi ³. Benedictus Dominus in omnibus.

¹ Quintinus Charlart, de quo supra.

² Vocibus *ulla portione*, quarum sensum vix aut ne vix quidem ii caperent qui in domuum religiosarum usibus non sint versati, substituit Polancus *ulto cibo*.

³ Sermo est de Petro Spigha.

His valeat in Domino Jesu P. V. et nos omnes suis et omnium
Patrum et Fratrum orationibus sanctisque sacrificiis commen-
datos habere dignetur.

Lovanii, 9 Januarii anno Domini 1552.

R. V. servus in Domino,

ADRIANUS ADRIANI,

ab Antuerpia.

Indignus sacerdos Societatis Jesu.

Superscriptio: IHS. R.^{do} in X.^o Patri Mgro. Ignatio de Lo-
yola, Generali Praeposito Societatis Jesu, apud S.^{um} Marcum
in S.^{ta} Maria de Strada.

Alia manu: 1552. Lovanio. 9 Genaro. Adrianus.

CXXI

P. Joannes Pelletarius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Ferraria, 10 Januarii 1552¹.

IHS[†] MARIA.

Cum ex omnibus fere orbis sedibus, in quibus tui sparsi sunt, ad te litterae perferantur, observande Pater, quibus quantum operae in suo quisque munere collocet, quantaque sedulitate ac studio sacrae Jesu Societatis nomen operibus, majorum more, exornet, certus reddaris: merito animum tuum subiret admiratio si de eorum gestis, quos Ferrariam a te ablegasti sex jam exactis mensibus, nihil ad Paternitatem Tuam perscriberetur. Quod sane nec tibi jucundum, nec illis honorificum, nec iis, qui Christi rebus prospere fluentibus recreari plurimum et ad eas pertractandas accendi aliorum exemplo consuevere, utile fore crediderim. Unde enim prope divinus tuus animus laetitia perfunditur, nisi cum audis, quibus te sufficit suum in locum supremus imperator, milites, ipsi tibique semel datam fidem nullo pacto frangere atque violare, nec unquam a praesidio ac statione discedere, excubias agere, hostes qua possunt vigilantia, armis, viribus, propulsare, oppugnare, expugnare, memores illius quod singulis, qui huic militiae nomen dedere, dictum ausim asserere: *tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangeliae, ministerium tuum imple;* et illius: *labora sicut bonus miles Christi Jesu ac solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo operarium, inconfusibilem, recte tractantem*

¹ Autographae litterae sunt in quadruplici folio, cui nn. 56-59. Subscriptae quidem sunt a P. Joanne Pelletario, sed manus videtur Joannis Baptistae de Jesu, a quo, si stium consideres, confectas litteras judicabis.

verbum veritatis? Quae cum a caeteris exacte fiant, num indecorum videretur omnique probro dignum si ab ipsis solis praetermitterentur, aut, si minime praetermittuntur, nullis litterarum monumentis significarentur? Alias enim jure lamentis agebent qui talibus oblectantur et ad consimilia inflammantur.

Age itaque, Pater optime, quoniam res ita fert, cogor sane et volens cogor, nonnulla commemorare eorum, quae quatuor superioribus mensibus sanctus atque divinus ille spiritus, quo qui aguntur sunt filii Dei nec queunt in iis, quae Patris sunt, non esse, eaque, quae ei sunt placita, semper facere, per suos praestare atque in his locis efficere perpetua sua bonitate, benignitate ac misericordia dignatus est. Atque imprimis a parvulis, quos tantopere diligere Christus Dominus testatus est, narrationis nostrae exordium sumendum duco. Vere enim mihi videor in dies eamdem illam vocem, qua eos advocat ad se, audire, eosdemque ad eum vel praecipitanter accedere, aut potius convolare, conspicere, et ipsis manus imponentem intueri.

Nam quem obsecro, centum quinquaginta fere hoc in gymnasio suo congregasse et quotidie nonnullos eo deducere judicaveris, nisi eum qui omnium ductor est optimus, qui ad se venit omnes vocare? Sane neminem nostrum tubis cecinisse certo scio nec proclamassem praetronem quemquam humanum aut quovis indicio apertum ludum significasse, nisi forte duodecim verbis prae foribus adscriptis; et tamen repente ecce et nescio quomodo ex caeteris scholis, tamquam ex equo troiano, emergunt ad nosque festinant; quod cum esset quibusdam ex amicis miraculi loco quod videremus, non occurrebat nisi Davidis illud: *a Domino factum est istud.* Cum autem alii censemur numerum quemdam non praetergrediendum, non enim, ajebant, oneri pares eritis, *suite parvulos*, etc., ajebamus; et qui addit labore vires suppeditare non omittet; quid enim ferre recusent, quid valeant humeri novit. Itaque efficitur ut diebus singulis auctior evadat studiosorum puerorum numerus, cogamurque vicinas aedes non sine dispendio nummorum nostrorum propediem occupare.

Quod vero illis imponat manus qui ad se trahit, non dubiis videre est et colligere argumentis. In dies siquidem in eis certnitur desueta quaedam mutatio, pietatis accretio, devotionis auctio. Videas omnes rem sacram provolutos genibus, fusis

precibus variis quotidie, alii namque preces horarias, alii septem psalmos, alii Virginis rosarium, ut illis injunctum est, persolvunt, auscultantes, religionisque christianaee non mediocre studium prae se ferentes. Nam quo in ea promoveant non praeterit dies festus, in quo verbi Dei sese auditores non praebant. Mirum profecto quod de quodam nobis narravit R. Pater Provincialis ¹, nempe, hunc vel infestissimas tentationes in nomine Jesu superasse. Is enim qui apud nos ecclesiastem agit, nosti quem dico ², cum nominis venerabilis Jesu energiam efficaciamque semel extolleret, ad genus omnis certaminis clipeum ac tutamen esse monstrarat.

Nec vero interim doctrinam christianam in postremis habent, cuius ediscendae summo tenentur desiderio, nam piaculum grande ducerent si serotinis temporibus egrederentur, illius lectione neglecta. Quid? mutuo sese ad praeceptratores deferrunt, si qui per imprudentiam illius memores non fuerimus. Quod idem praestant, dum quos tantillam offensam patrare advertunt, nempe, si jurarint, turpe quid protulerint, preces quotidianas neglexerint, mutuo concertarint aut ejusmodi, quibus olim obnoxii erant, admiserint quidpiam. Magnum etiam humilitatis futurae portendunt signum, quin et emendationis argumentum; adde et priorum noxarum doloris indicium, cum singulis mensibus semel saltem confitentur atque, in collegium e sacris aedibus reversi, palam in classum medio multi eorum coram praeceptratoibus procedunt supplicesque ab eis ignosci, junctis manibus opertoque capite (*sic*), postulant. Ut brevibus absolvam, qui est illis a confessionibus satis mirari nequit quomodo adeo tenella illa aetas spiritum Dei imbibat. Sed ille ubi vult spirat, et nos, si volumus audimusque, suggerit et docet quando vult, et dociles, si volumus, nos ipsos reddimus; ad ostium stat et pulsat, et nos, si audimus, aperimus.

Quamquam et parentes nonnulli, laudabile commemoratu, ipsum etiam Spiritum juvant eique cooperantur, dum, in regendis instituendisque filiis, diligentem curam gerunt gerique ab aliis sollicite curant; si quid in eis sinistri animadvertunt, non impune ferre patiuntur: ipsimet enim de illis, meritis dignum,

¹ P. Paschiasius. Ita inter lineas Polancus, cuius vide *Chron.*, t. II., pag. 217, n. 116.

² Is videtur esse ipse Pelletarius. Vide POLANCO, l. c., pag. 187, n. 43.

sumunt supplicium. Unius e multis recensebo severitatem. Notarius hic fuit, cuius grandior natu filius, duo enim fratres nobis dant operam, nullum nec in moribus nec in re litteraria gradum faciebat, quin etiam aliorum studiis magno erat incommodo, ut qui continenter illos lacesceret injuriis, conviciis et minis. Hunc blandis monitis ab iis avertere et in meliorem frugem revocare satagimus pro virili, nonnumquam minamur, terremus, postremo rogamus. Verum ubi nos operam ludere animadvertimus, quid de eo agendum deliberamus et decernimus progenitori significandum; quod cum rescivisset, ecce postero die ad collegium accurrit, filium comprehendit, nudat, arreptisque flagellis acerbissimis, me absente, mirum in modum caedit. Audisses planctus atque ejulatus, ut carnificinam non gymnasium dixisses. Intervenio ego eique saeviendi in filium finem impono, licet coram omnibus, aderant enim omnes condiscipuli, illius piam patris in filium severitatem commendans: ille vero nos obsecrabat ne quid in posterum filius impune ferret.

Si autem quot ex tanto numero religionem ingressi sint scire desideras, certi quidpiam non ausim asserere, sex an octo: hoc autem indubitate reseram, totidem Societatem affectare nostram summopere; unum obest, quod in quatuor aetas non patitur nec ad eam mensuram, quam praescripsit P. T., excreverunt¹.

Nec vero praceptorum et aliorum fratribus nostrorum in illis instituendis sedulitatem et ardorem charitatis silentio praeteribo. Discipulorum enim mores, studia, commoda non secus ac sua curant. Videre est fere eos, postquam pensum suum absolutum reddiderunt, caeteris diligentissime suam praestare operam. Iste legit, ille examinat, hic themata emendat, alii aliter juvare caeteros pro virili parte curant. Mirus autem odor per totam Ferrariam de Societate Jesu sparsus est. Gubernator civitatis ad ecclesiam, in qua sacrificamus, accedens, puerorum pietatem, devotionem ac humilitatem in audienda Missa, magna cum admiratione, immotis oculis spectabat; idem Reverendo Domino Vicario [contigit]; idem plurimis diversarum religiōnum, qui ob id nobis in Domino congratulantur. Parentes omitto,

¹ "Quamvis optaret P. Ignatius augeri eorum numerum, qui Societati se consecrabant, delectum tamen haberi volebat ac praeferat in aetate, et *mensuram longitudinis* ad Rectores Collegiorum miserat, ad quam statura eorum, qui admitti optabant, exigeretur"; POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 194, n. 67. Hujus mensurae in pluribus Ignatii et Polanci litteris mentio fit.

qui hoc institutum coelitus Ferrariae demissum, antequam de sua juventute actum esset, dictitant et inter gesta praeclera Duciis hoc vel in primis esse collocandum. Reor et ipsi Duci non parum jucundum; nam saepius aedes nostras praeteriens, dum nempe cum paucis animi causa lustrat urbem, equo ad murum vel potius parietem deducto, caput transennis, quae in vicum vergunt, admovet et aut praceptorum legentem, is est Andreas Bononiensis, aut puerum quemdam orantem, aut mutuo disceptantes omnes intuetur et audit. Faxit benignissimus Jesus, Opt. Max. Deus, ut tandem quid sibi suisque emolumenti Jesu Societas sit allatura, si eam in eo pretio habeat, quo debet, intelligat! Hic tam multa scholasticis de rebus retuli, P. opt., quo noris pro modulo suo sui quemque officii rationem habere.

Ut autem ad spiritualia veniam, unicus fere est R. P. Passchasius, qui sacris plane operibus vacat illisque est deditissimus, quae non minori sagacitate et industria quam fervore et studio tractat. Quotidie nonnullis exercitia spiritualia impertitur, et inter alios quibusdam in altioribus dignitatis gradibus constitutis viris atque matronis, et quidem non paucis. Interim quippe decem et undecim eodem die solet ea conferre. Nec illis denegare facile esset. Dum enim praesentiant quae commoda sint familiares sui consequuti, quiescere eum, donec exorarint, non sinunt.

Commemoratu dignum videtur quod nobilissima quaedam vidua, ab alia suae conditionis praemonita, ea est Societatis faatrix maxima¹, Patrem ad se accersens, exercitia tum sibi, tum novem pedissequis communicari, fructum ex eis non mediocrem consequuturam confidens, deprecata est. Sua spe eam delusam nullo modo esse eventus demonstravit satis. Nam ita in religionem exarsit, ut mulierum monasterium erigendum et suis facultatibus, quae multae sunt, ditandum decreverit, quod ut executioni mandaret, paucos post dies ad patriam, portione supellectilis suae nobis dona donata, migravit.

Confessiones audiendae numquam desunt, privatim, publice, in xenodochiis, quae praefatus Pater saepissime lustrat non sine maximo plurimorum profectu; siquidem, ut nobis referre solet, numquam illic desunt qui impatientia immodice laborent, immo

¹ Maria Frasona del Jeso, dicta *la Fattora*.

in desperationem quandoque redigantur; in quibus consolandis, et in consolationis spem erigendis et ad Christi Domini meditationem attollendis, non parum ab eo operae insumitur. Multos praeterea in urbe ab odiis et inimicitiis est dehortatus; pacem inter multos sibi mutuo adversantes, viros et uxores, composuit, utrosque ad confessionem singulis mensibus peragendam inducens. Et plane mirum est quantum inter nonnullos, qui capitali odio dissidebant, haec sacra confessio virium habuerit. Unde fit ut ii alios, cum quibus versantur, ad eam sedulo excitent. Res est profecto unde Spiritus Sanctus sit summopere laudandus, qui tantas ei vires suppeditare dignatur, ut aliquando complures easque generales confessiones, ac decem, quindecim, viginti annorum, unico die audiat, multas horas in hoc unico negotio nulla intermissione impendens.

Hactenus Ducas voluntate, qui id a P. V. per litteras impretravit ad tempus, orphanarum puellarum, quae octoginta sunt aut plures, Pater idem curam egit, quae in quantum sanctitatis evaserint vere nequeo exprimere. Fere omnes exercitia degustarunt, quorum beneficio, de quibus nulla probitatis spes aut pertenuis affulgebat, caeteras nonnullae superarunt; ut eas renatas plane et alias effectas a multis et quidem publice praedicitur. Ac ne quaepiam esset, quae nullum fructum ex eo perciperet, contigit ut inter eas muta comperiretur atque velut quodam ¹ surda, cuius animum cum nescio quomodo Pater Paschiasius colligeret non vulgarem, novit enim texrinam artem, novit et imaginum confiendarum modum more earum quae in coenobiis agunt, voluit ut rebus sacris daret etiam operam atque condiscipularum more confiteretur. Sed quid agas, ajunt, quid moliaris, quid tentes, ubi quidpiam nequit fieri? Loquitur nescit, auditu caret, pingere non novit. Quasi vero, respondet prudens ac sapiens iste, Deus Opt. Max. eam plane omni subsidio destituerit. Sinite, inquit, loquetur, nec loquetur. Atque ita cum ad rem, hoc est, ad confessionem ventum est, adeo sese intelligebant, dum alter signis interrogat, altera eisdem respondeat, ut Spiritum Sanctum in eorum animis mutuos conceptus sensaque significare ac interpretari nullus nisi imprudens negasset. Quod cum semel atque iterum fecisset, ad communionis

¹ Est hic vocabulum quoddam sic lineis cooperatum ut legi nequeat.

signa deventum est, quibus cum colligeret eam tantae rei desiderio teneri, tali beneficio non privavit. Quid plura? In tantum spiritus fervorem perducta est a Domino ut nescio si tantum in ulla alia reperiri possit.

Non parum sane fructus ex suscepta ad breve tempus¹ hujus monasterii provincia consequutum est; nam praeter dicta, illis leges vivendique modum praescripsit, quo hactenus erant destitutae, non minus sanctum quam doctum. Mihi crede, P. Opt., si omnium, quae ab eo geruntur, congeries perscribenda esset, nec ipse verbis nec ego scriptis persequi possem. Magnus, ut uno verbo dicam, et indefessus est operarius, qui omnibus ac praeципue nobis, qui indigni ejus jucundissimo fruimur conspectu, satis reipsa demonstrat quanto studio, cura, sedulitate, ardore ac charitate negotia Patris aeterni tractari et confici debeant.

Communiones nequaquam deseruntur, quarum assiduitate adeo exarserunt in Christi Domini amorem crucis, ut vel in una domo, et nobili sane, quinque religionis jugum subire apud se statuerint; multae aliae puerilae tenuioris fortunae jam id subiissent, si per facultates licuisset. Magna omnium, qui confessionem communionemque sectantur, est obedientia, magna charitas, magna puritas.

Concursus in concionibus nostris, concionatorem si spectes, meo judicio est major. Nam templum, in quo R. Dnus. Claudius² concionari consueverat, totum occupatur nec vulgaribus personis. Adsunt currus prae foribus, qui facile admirationem excitarent. Soli sapienti et immortali Deo gloria et honor, qui mutos facit loqui et surdos audire.

Non est quod de professione mea verba faciam, cum superioribus litteris Rev. P. T. significaverim quoniam pacto res cesserit. Tot, puto, quot concioni superioris diei, Beati nempe Stephani, die namque gloriosi Joannis evangelistae edita est, adfuere; paucis siquidem sub finem concionis significatum fuerat precum postulandarum gratia. Adfuit Rev. Dominus Rosseti³, illustris Dominus Alexander⁴ ac plerique alii non ignobiles amici nostri, hoc est, Societatis. Illis diebus munera varia ne-

¹ Verba haec *ad breve tempus* interseruit manu propria Polancus.

² P. Claudius Jajus.

³ Is fuit Comaclensis Episcopus, postea Archiepiscopus Ferrarensis.

⁴ Alexander Fieschi.

quivimus recusare honesti causa. Omnes fiunt benevoli nobis, maxime magnates, nec modo ferrarienses, sed etiam exteri, qui tantam de nobis conceperunt opinionem (det Deus ut eam tueri quantum ad ipsius gloriam expedit possimus), ut nobis a supremo donatore specialia quaedam dona concessa judicent, quibus aliis et maximis quidem in rebus opitulari valeamus.

Hinc, in oppido vicino, Argenteo nomine¹, collegium nostri, si V. P. admitti voluisse, offerebatur; hinc, si dejecto animo quis fuerit, ad nos ducitur; si perturbato, itidem; si a daemone obcesso, quod non raro contingit, ad nos accurritur; si quid quaestionis, dissidii, scrupuli, de iis sententiam dicere cogimur; hucusque, quod sciam, cum omnium satisfactione. Speramus in Domino quod, cum pro fragilitate nostra plantaverimus ac rigaverimus, incrementum ipse dabit.

Habes, R. P., quae mihi, alioqui occupato, occurrere scribenda, quae tibi magis quam sibi adscribenda censem omnes merito, ut qui Moysem agas dum praeliantur, teque obnixe orante a manuum elevatione desistas, cum quotidie illis aut cum suis aut cum alienis defectibus congregendum sit. Tamdiu autem se victoria potituros confidunt, quamdiu in coelum manus sustuleris tuas.

Ferrariae, 4.^o Idus Januarii, anno redemptionis 1552.

Indignissimus filius P. Tuae,

JOA. PELLETARIUS.

Superscriptio. ¶ Al molto R.^{do} in X.^o Padre il P.^e M.^o Ignacio de Loyola, Preposito Generale de la Compagnia de Jesù, in Roma.

*Et manu Joannis Ph. Vito: 1552. Quad. Ferraria. x di Gen-
naro.*

¹ Argenta.

CXXII

Joannes Cancer,

Ex commissione Patris Andreeae Galvanelli,

Patri Ignatio de Loyola.

Patavio, 15 Januarii 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper et aug-
geatur in cunctorum cordibus. Amen.

Venerande Pater. Spatium quadrimestre peractum jam est,
cum P. Elpidius² ab hujusce administratione Collegii, non
plane citra dolorem nostrum, a T. P. avocatus decederet, eique
sufficeretur P. Andreas Galvanellus, qui, ut omittam quam ab
hujusmodi provincia alienus fuerit subeunda, Dei benignitate
et sanctissimae obedientiae virtute ita suo perfunctus est mu-
nere ut, una omnium nostrum sententia, nihil hactenus tum
domi tum foris, quod ei per obedientiam licuit, ad eas partes
in ipso diligentiae defuisse videri possit. Pro more tamen ac
consuetudine quadrimestri epistola dignum parum admodum
atque adeo nihil hic est effectum, ut ad summam consolatio-
nen dolor non mediocris accedere videatur, cum tot diversarum
congregationum hujus sanctae Societatis spiritualium

¹ Autographae litterae in folio duplici, nn. 48 et 49.—Mirum vere est in Collegiis Patavino et Veneto, tam exigui spatii intervallo distantibus, ab uno Trinitatis Priore erectis et uni aliquando Superiori subjectis, duos uno eodemque tempore fuisse scho-
lasticos, quorum uni nomen erat Joannes *Cancer*, alteri vero Joannes *Gambarus*, ita-
lice *Gambero*, latine etiam *Cancer*. Duos autem hos, non unum eundemque fuisse certo-
constat. Ait enim Cancer hic: *Dominus Joannes Lusitanus et ego cooptae abhinc tri-
bus mensibus logicae operam damus* (Patavii), et in litteris infra n. CXXIV transcri-
bendis: *Scholae alteri (Venetiis)... praefectus est Joannes Gambarus, Teuto.*

² P. Elpidius Ugoletti.

uberrimae messium ad nos litterae ipsarum [congregationum] matre dignae, undique perferantur.

Ut enim a confessione ac dominici corporis communione incipiam, ipsas frequentantium in hebdomade numerus plus minus est quindenarius, ut plurimum; vicenarium autem vix excedit unquam. Solus elapsorum quatuor mensium Domini Natalis dies externos triginta circiter apud nos confitentes habuit, quorum ibidem partim, partim autem ipsorum in paroeciis aut alibi Dominus sacra mensa sua communicavit. Horum tantam paucitatem jure condolescens, nuper in suis concessionibus attestatus est vehemens ac pius admodum concionator quidam ordinis Capuccinorum, quibus, extra hanc urbem, tertio ab lapide, maximo ipsorum incommodo olim commorantibus, Dominus (qui nusquam suis deest fidelibus) intra urbem prope nos templum Beatae Catharinae sacrum cum habitatione (quo jam commigrarunt), pro pio ipsorum voto satis commoda, donavit.

Meretricem unam et forma et aetate illecebrosam, nempe, annos decem et octo natam, P. Andreas convenit, ejus confessionem audivit, ac demum, opitulante Domino, a pristino ejus vivendi modo perniciosissimo revocavit, adeo ut bonorum viorum opera ac studio a Venetiarum Conversis (quod apud Patavinas non erat locus) admissa, annitentibus quibusdam a sententia ipsam retrahere, exultans atque triumphans, se solum Jesum Christum scire assereret. Duae praeterea ejusdem farnae, nec aetate multum dispares, Dei misericordia, eadem pene ratione vita in melius commutata, aditum ad Conversas praestolantur: quae tamen, quod apud suos et bonos ac honestos parentes certae ac confirmatae interea loci degunt, minus de eis sollicitatur dictus Pater. Sed de quarta vehementius nunc elaborat, majori et suo et aliorum periculo ac pernicie constituta. Nam neque quo tuto se recipiat, neque unde honeste sibi victimum comparet, habet. Haec superiori hebdomada apud nos per sanctam confessionem Deo reconciliata et sacra synaxi communita, ut membra olim sua immunditiae servire exhibuit et iniquitatibus ad iniquitatem mancipavit, ita nunc hostiam se Deo obtulit perpetuoque dicavit in sanctificationem. Dictis itaque de causis, quo tutius Deo reddat votum suum atque in sententia persistat, impetravit heri Pater a praefectis xenodochii ut vel tantisper in xenodochio suscepta vivat ac

probetur, dum Conversis, saltem Venetis, adjungatur, quod etiam jam tum moliri coepit et nonnullam in spem ejus admittendae venit.

² Teston (ital. *testone*, de *testa*, tête, à cause de la tête du roi qui y était gravée). Monnaie d'argent française, frappée en 1513, et qui portait la tête du roi Louis XII; elle valut 10 sous 2 deniers, puis 12 sous 6 deniers, et fut retirée par Henri III. GUÉRIN, *Dictionnaire des dictionnaires*, t. vi, pag. 718, col. 2.

³ Robertus Clayssonius.

et questo la preghiamo faccia al più tosto che può, acciò tutto si faccia conforme alla volontà sua, dalla quale dipendiamo.

Di Parigi, il XVII di Febrero 1552.

De V. R.

Indegno in Jesu Chro. figliuolo,

JOANNE BATTISTA VIOLA.

Superscriptio: Al R.^{do} in Christo Padre M.^o Don Ignatio de Loyola , Preposito Generale de la Compagnia del Nome di Jesù, apposo. S.^o Marco in S.^a Maria de Strada, in Roma.

Alia manu. Jesus. 1552. Parigi. de M. Jo. Bapt. Viola. 17 de Febrero.

CXXVIII

P. Leonardus Kessel
 Patri Ignatio de Loyola.
 Colonia, 29 Februarii 1552^{1.}

JHS[†]

Gratia et pax X.ⁱ Dni. sit semper nobiscum. Amen.

Re. dissime in X.^o Pr.

Quoad ea quae in Februario Coloniae acta sunt, Dei disponente gratia, haec sunt.

Rogatus fui a Regente Bursae Cucanae ut ipsius nomine concionari vellem in quadam publica ecclesia Coloniae, quod Dei gratia incoepi, Dominicis et festivis diebus. Magnum ex his concionibus in Domino spero fructum, quoniam auditorum magnus est numerus. Antequam mihi haec collata esset conditio, magnam habui devotionem ac desiderium laicis et communi populo faciendi exhortationes; sed totum Deo committebam.

Istis diebus adolescens naturalibus bene dotatus, fecit votum studiosorum Societatis. Sunt et alii plures qui instant, inter quos est filius Praetoris, Genappiensis, adolescens magni ingenii.

Phrisius ille², cuius mentionem feci in litteris in Januario

¹ Autographa in folio unico n. 119.

² Ut infra videbitur, aliquis hic ad paginae oram scripsit: *Enodū* (vel *Euodū*) *Ph. deli:* Quid autem per illam vocem *Enodū* significetur nescimus. Omne tamen dubium circa hunc Phrisium tollit Polancus dum ait: "Duos ante aëstatem P. Leonardus Romam misit, inter quos erat Andreas Frisius, "Chron.", t. II, pag. 585, n. 397. De eo ita Delplace: André Boccatius (ANSKE BOEKES BRUYNSSMA), né à Ippelcolsga en Frise, 1530; admis à Cologne en 1552, mort à Louvain le 1 Août 1579. 1. c.

scriptis, jam exercitia magno cum fructu perfecit, seque totum X.^o ac Societati se totum (*sic*) dare deliberavit.

In Januario celebravimus valde solemniter festum Sanctissimi Nominis Jesu, quo die Pater Arnoldus egregiam habuit declamationem cum magna omnium auditorum satisfactione, qui, ut intellexi, voluissent ut adhuc per tres horas durasset, etsi per duas horas bene duraverit. Plusquam centum auditores in aula nostra praesentes erant, inter quos plurimi erant nobiles et tres filii Praefectus Leodiensis, qui omnes erga nos bene sunt affecti; bene jam audimus ab omnibus.

Nobilis illa Abbatissa in bono suo proposito feliciter proficit; ubicumque potest pro nobis loquitur nosque defendit, nec parvo cum fructu; sic facit et nunc pastor et plures alii. Bonus odor Societatis valde in istis partibus spargitur.

Jam Lovanium proficiscor; hucusque enim semper impeditus fui, ut ad gratiam mihi a P. V. concessam me jam praeparem, pro qua maximas ago P. V. gratias et agam dum vivam, quoniam laetius hoc nil mihi in hoc mundo obtingere potuissemus¹.

Haec sunt quae P. V. scribenda occurrunt, cui me toto corde desiderio unice commendo. Bene valeat P. V. in X.^o semper.

Ultimo Februarii 1552.

R. V. servus indignus,

LEONARDUS KESSEL.

Alia manus, ut breviter indicaret ea quae in litteris reperiuntur, has per totam chartae oram annotationes apposuit: Cōc.^r (*concionatur*) P. L. — Stu. ad. (*studiosus adolescens*). — Enodū Ph: deli: — Declam. P. Ar. — Abb. — Pastor b. aff. (*bene affectus*). — Lou. p. (*proficiscitur*). — Grās ag. P.

¹ "Cum facultatem ei (P. Leonardo Kessel) misisset P. Ignatius professionem emitendi et patrem haberet superstitem, contulit se in inferiorem Germaniam ut se a suis rebus expediret; nec in itinere Lovanium versus... POLANCUS, l. c. n. 393.

CXXIX

P. Adrianus Adriaenssens
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio, 1 Martii 1552 ^{1.}

IHS[†]

Gratia et pax X.ⁱ cum omnibus nobis. Amen.
 Reverende ac amantissime in X.^o Pater:
 Confrater noster D. Licentiatus ² valde gavisus est intelligens ex litteris R. V. se Romam vocatum circa Augustum, et multum videtur mihi in Domino et spiritu Societatis proficere; sit Dominus benedictus.

Magister ille ³ collegii Lovaniensis Falconensis, occasione cujus nuper scripsi fratres nostros ex eodem collegio expulsos, jam plene se determinavit ad Societatem nostram. In exercitiis valde fuit diligens et profecit; jam agit nobiscum et ecce scribit ad P. V.

Fratres vero expulsi valde honorifice excepti sunt a quodam antiquo doctore et Regente Collegii Liliensis, ad quem cum hac de causa duos nobis amicissimos misissemus, ipse dictus Regens ultiro incoepit miris modis nos Societatemque nostram commendare. Quid, inquit, illudne est juvenes seducere cum ad religionem ducuntur? Proptereane boni illi domini tanta patiuntur? Ego, inquit, istis diebus apud magnos quosdam valde defendi eos et increpavi dure eorum adversarios. Veniant, veniant

¹ Autographae litterae in folio duplici, nn. 141 et 142.

² Licentiatus Quintinus Charlart.

³ Petrus Sylvius, ut infra patet in his ipsis litteris. De eo ita Delplace: "Pierre van den Bossche (Silvius), né à Houthen-S. Liévin vers 1535, admis à Cologne 1552, mort à Mayence le 10 Juillet 1571," l. c.

boni isti fratres; sunt mihi gratissimi quotquot sunt; immo et ipsum collegium ac regentiam ipsam ipsis offero. Haec et similia dicebat bonus ille senex, cuius cor non dubito Dominus movebat. Ipsi insuper praeceptratores ejusdem collegii publice hortati sunt suos discipulos ut a fratribus nostris exemplum modestae ac bonae conversationis sumerent. Sub ipsa autem dicta fratrum expulsione Dominus movit cor hujus boni viri, qui statuerat erigere collegium pro sustentatione et institutione aliquorum puerorum, et jam animum mutavit, omnia collegio fratum volens relinquere. Nam occasione harum persecutionum plenius intellexit scopum Societatis et videt se non posse utilius ac fructuosius sua expendere quam in usum studentium nostrae Societatis. Proinde rogamus iterum atque iterum ut facultas eligendi collegium a C.^a M.^e¹ impetretur.

Ecce, Pater, scio vana esse dicta et commendationes hominum; at tamen libenter omnia P. V. explicabo. Nuper scripsi quomodo profectus fueram Bruxellas et pransus cum Praeside Concilii Reginae, etc. Sic istis diebus a viro fide digno intellexi ipsos valde fuisse aedificatos ex conversatione mea et plurima in laudem nostram dixisse. Haec scribo ut cognoscat R. V. Dominum incipere movere eorum corda.

Socium confratris nostri Licentiati jam habemus in exercitiis; est in secunda hebdomada; bene proficit et animum ad Societatem habet. Est et hic pene quadraginta annorum et sacerdos.

Numerus frequenter confitentium et communicantium multum augetur, et non scio quemquam qui propter persecutions praeteritas nos aut reliquerit aut relinquat.

A paucis hebdomadibus sparsus et inventus est hic Lovanii libellus quidam scriptus, continens quaedam vota et disciplinas, super quo Universitas haec saepius fuit congregata et plurima scandala exorta sunt in plebe. Et quia quicquid singularem speciem boni habet, nobis tribuitur, hinc novae tragœdiae seu nova oblocutio nobis contigit, quae non modicum me afflixit et omnes praecedentes tribulationes superavit. Hic namque de rebus non decentibus, in illis de rebus religionis agebatur. Occasione enim dicti libelli, quamquam quantum inquirere potui a diversis, qui libellum illum legerunt, nihil expresse, sed tan-

¹ Caesarea Majestate.

tum in genere, de disciplina suscipienda diebus veneris agebatur, spargebatur mulieres frequenter communicantes flagellari semel in hebdomada a suis confessoribus et similia. Et quia sciebam quosdam singularem sanctitatem p[re]se ferentes et confessores, qui[m] multos ad frequentem confessionem et communionem dirigentes, in multis nobis conformes videbantur, quia, inquam, sciebam illos hoc dicto vitio et aliis privatis quibusdam infectos, sic longe magis affligebar. Interim tamen, ut dixi, quia omnes Jesuitae vocantur, qui bene vivere videntur, sic omnia nobis tribuebantur, nos omnia facere dicebamur. Increpavi multo tempore praedictos confessores super istis vitiis; detuli et accusavi eos apud R.^m D.^m Cancellarium Lovaniensem, qui modo in Concilio agit, ita ut et haereseos ab eisdem apud eumdem Cancellarium accusarer ob id quod tam acriter talia reprehendebam. Post aliquot itaque dies inventum fuit quomodo quaedam mulier, ut nos vocamus, seu virgo Beghina¹ dictum libellum scripsisset; et ita etiam dicti confessores sub juramento fuerunt a Rectore vocati et super istis interrogati et reprehensi. Cumque et idem interrogarentur an etiam ego his vitiis essem implicatus, responderunt me ipsos istis de rebus multum increpasse. Omnibus itaque cognitis, nos ne semel quidem fuimus super dicto libello aut in eodem concilio vocati aut interrogati, cognoscentes quod talia procul absunt a nobis. Et sic tandem edictum istud, quod et R. V. transmitto, factum, et omnibus notum est nos in istis inculpabiles esse; ita ut communiter spargatur: nullus potest aptius amplius confiteri extra suam parochiam nisi illi domino romano, sic enim me vocant. Et ita ista eadem in majorem Societatis notitiam ducunt. Et quia ex diversis parochiis ad nostram parochiani confluunt ut nobis confiteantur, nec semper commode fieri potest ut ad suam parochiam redeant ibique communicent, hinc fit ut et confessiones audire et sacram Eucharistiam administrare cogar, non

¹ "Béguine.—Nom de certaines religieuses des Pays-Bas catholiques. || L'opinion qui paraît la mieux fondée fait venir le nom de béguines de Begga ou Begge, leur institutrice, fille de Pépin de Landen, qui conjointement avec sa mère Itte, ou Juberge, fonda le célèbre monastère de Nivelle. Les béguines vivent du travail de leurs mains, ont un genre de vie qui tient le milieu entre le laïque et le religieux, et ne font point de vœux... Elles ont un habit particulier fort modeste et vivent en commun.., GUÉRIN, *Dictionnaire des Dictionnaires*.—De his qui plura cupiat, adeat *Précis historiques...* sous la direction de Joseph Broeckaert, de la C.^{te} de J., première et seconde série, passim.

sine molestia tam mihi confiteri volentium quam communicantum.

Sunt praeterea hic quidam, qui student impedire executionem privilegiorum nostrorum, donec bullas nostras ostenderimus R.^{mo} Episcopo nostro, ita ut nec confessiones audire nec quicquam exercere possemus, dicentes juris esse ut nulla privilegia, nullae bullae, quantumcumque approbatae, possint exerceri nisi eadem prius fuerint oblatae Episcopo loci.

Est etiam modo Rector Universitatis electus, qui in dictis persecutionibus de rebus juvenum emissorum praecipuus fere fuit noster adversarius. Sic quidam boni amici consulunt ut offeramus Episcopo bullas nostras. Fratres autem nostri ante quatuor aut quinque annos simile quid apud eumdem Episcopum tentarunt, et respondit: ecce, si Archiepiscopus meus consenserit vobis in sua dioecesi, ego quoque in mea consentiam vobis. Et ita fratres supersederunt suae petitioni. Archiepiscopus autem hic est Archiepiscopus coloniensis, qui jam est in Concilio. Si itaque ita se offerret opportunitas, possent Patres nostri ab eodem istud impetrare, et Legatus Imperatoris, qui et magnae fidei est apud Episcopum nostrum, posset transcribere Episcopo nostro. Et ita fieret ut Coloniae et Lovanii quietius uteremur privilegiis nostris et majori cum fructu. Cum enim apud pios et timoratos spargitur nos ab Episcopo non esse admissos, nonnihil retrahit eos a nobis. Et haec tetigisse satis.

Diu proposuimus et jam tandem incoepimus nos exercere latine in exhortationibus domi nostrae, et Dominus dat magnam gratiam. Et quamquam nonnisi nobis familiarissimis indicemus, confluit tamen tanta clericorum multitudine, ut plurimi discedere cogantur; immo nos ipsi, dum ab auditione vesperum, a vesperis enim incipimus, redimus, excludimur et cum reliquis in platea stare cogimur. Timeo autem ne occasione dicti edicti prohibeatur nobis. Consului quosdam et idem timent. Nos libenter cessaremus; sed ego non possum esse quietus in corde meo; video fratres ad eam satis valde affectos et sentio aedificationem non parvam, tam in nobis quam in auditoribus. Rogatus fui istis diebus a quodam mihi confitente annetiam possit se similiter exercere. Nam ut potius diceretur exercitium quam seria exhortatio, ipsi juvenes, non sacerdo-

tes, fratres nostri, vicissim se ita publice exercent et exhortantur, quidam prolixius, quidam succinctius, prout Dominus dat gratiam et occurrit; et puto ex hac mortificatione et simplicitate non parvum fructum sperari posse. Faciemus itaque prout P. V. bonum videbitur.

Occasione ejusdem edicti modicum perplexus sum; prohibetur enim sub poena excommunicationis votum privatum, et noster novus confrater, dictus Magister Petrus, libenter faceret votum simplex Societatis, non obstante quod frequenter dixerim ei, non tamen prohibui omnino, ut exspectaret. Sed consolatur me imprimis quod nemo possit prohibere bonum. 2.^o Quia puto etiam tales studentes, ita deliberatos plene ad Societatem et jam nobiscum habitantes, quamvis nondum vovent, non esse tamen hac in re sub jurisdictione Universitatis. Et vix dubito quin apud se brevi faciet votum.

Haec sunt, Pater R.^{de}, quae in praesentiarum scribenda occurunt. Rogo et peto humillime a P. V. corripi et instrui.

His valeat in Domino Jesu P. V. et nos suis orationibus sanctisque sacrificiis commendatos habeat.

Raptim. Lovanii, p.^a Martii anno Domini 1552.

R. V. servus in Domino.

ADRIANUS ADRIANI,

ab Antuerpia

Indignus sacerdos Societatis Jesu.

Superscriptio: R.^{do} in X.^o Patri Mgro. Ignatio de Loyola, Praeposito Societatis Jesu, apud Sanctum Marcum in Sancta Maria de Strada. Romae.

Alia manu: 1552. Di Lovanio. Da Adriano.

CXXX

Alphonsus Barretus
 Patri Ignatio de Loyola.
 Evora, 1 Martii 1552¹.

[†]
 IHS

Reverende in Christo Pater:

Gratia et pax Spiritus Sancti adsint semper nobis. Amen.

A Patre Melchiore Carneiro, rectore nostro, injunctum est mihi ut ad te scriberem de nostro huc adventu atque de iis, quae ad te scribenda his quatuor mensibus elapsis accidisse occurserent. Jam, credo, certior factus es quemadmodum Dominus Henricus, frater Regis, Cardinalis atque Archiepiscopus Eborenensis, quoddam nostrae Societati collegium Eborae construat. Hic cum optaret fratrum adventum, videretque collegium nondum constructum, aliquos tamen ad se mitti interim postulavit, quibus et domum paravit, in qua, dum collegium aedificatur, habitarent. Quare Magister Simon² novem misit, duos quidem sacerdotes, qui confessionibus audiendis vacarent, reliquos vero ad sacros ordines minime promotos³. Ex quibus quatuor litteris operam damus. Quoniam vero philosophiae cursum nondum absolveramus, antequam theologiam capessere-

¹ Autographae in folio unico, n. 292.

² P. Simon Rodericus.

³ "Ea proinde, quae ad novi Collegii exordia essent necessaria, Simon disposuit mense Octobri et Ulyssipone P. Joannem Covillonum, Conimbrica vero cum Melchiore Carneiro, destinato novi Collegii Rectore, P. Emmanuel Ferdinandum, concionatorem insignem, et tres alios non sacerdotes, totidemque ad munia domestica adjutores Evoram pedestri itinere expedivit." FRANCO, *Synopsis Annalium Societatis Jesu in Lusitania*, an. 1551, n. 4, pag. 30.—Pater vero TELLEZ, *Chronica da Companhia de Jesu em Portugal*, hanc capiti xix, libri 3. inscriptionem apponit: "Manda o Padre Mestre Simam onze religiosos de Coimbra a fundar o Collegio de Evora", quos postea

mus, quod reliquum erat philosophiae domi nobis expositum est. A mense autem Januario primam partem Divi Thomae audire coepimus et quartum Sententiarum, in quo, favente Domino, et nunc perstamus.

Est hic populus nostrae Societati non mediocriter affectus; quapropter, cum alias ob Principis diligentem instructionem ad sacramenta plurimi accedant, ad Patres nostros peculiari quadam animi alacritate concurrunt tantusque fit, Domini benignitate, concursus eorum, qui peccata sua confiteri expetunt, ut tota die tam mane quam vespere Patres in ecclesia majori resideant. Atque nonnunquam etiam noctu confessuri multi ad nos se conferunt, quorum devotioni satisfacere studentes Patres usque ad multam noctem confessionibus suis detinent. Quod si multo plures essent sacerdotes, non dubito quin omnibus laborandi in vinea Domini locus esset.

In hac urbe nonnulli, exemplo, credo, Cardinalis, de cuius moribus ac vitae integritate cognitum habebis, aliquod tempus tribuunt orationi, ad quem numerum adventu Patrum in dies additur, quique antea orationi studebant, ad Patres accedunt quo ab ipsis perfectius instruantur. In his sacerdos quidam nobilis, Duci Gandiae affinitate conjunctus, a Patre Melchiore Carneiro exercitia accepit, licet non omnino per eos dies collectus ob munus quoddam, quod in ecclesia majori gerit. Hic Patri sic obediens ac subjectus mansit, ut nobis obedientiae exemplum non minimum praebeat, cum ejus dignitatem cum ea humilitate conjunctam intuemur. Nec dubito quin aliquam sui status mutationem esset facturus, quem tamen non intactum relinquit, nisi tenui et adversa quadam valetudine laboraret. Adjuvat nihilominus Patres in confessionibus audiendis.

Pater Melchior Carneiro non est hactenus concionatus, quod tamen in hac quadragesima faciet.

nominat hoc modo: "Pera Reytor do futuro Collegio o Padre Melchior Carneiro..., o segundo foy o Padre Mestre Joan Cavitonio..., o terceiro o Padre Manoel Fernandes..., dos outros sete companheiros quatro eran Irmãos theologos..., o Irmão Pero da Fonseca..., o Irmão Miguel de Barros..., o Irmão Affonso Barreto..., o Irmão Manoel Vaz... vieram mais tres Irmãos coadjutores.... Quod quidem magis accedit ad enumerationem a Barreto factam quam id quod scripsit Franco.—Atque hic locus est corrigendi errorem in quem supra, pag. 472, not. 1, incidimus, dum ad fundationem Evorenseis Collegii missum Ulyssipone diximus Patrem Joannem de Aragon. Is enim, non quidem ad initium Collegio ponendum, sed paucis ante mensibus ad concionandum, una cum P. Ludovico Gonzalez Evoram Ulyssipone fuerat missus.

Fratres, Domino favente, tam litterarum studio quam spiritualibus exercitationibus diligenter incumbunt. Ab hominibus hujus regionis grataanter excepti sunt. Atque, ut videtur, ab ipsis non parum in Domino diliguntur. Quae res cum superioribus mensibus omne persecutionis genus adimeret, non semel a fratribus audiebam non satis felix indicium videri quod tam placide nobiscum ageretur; acceperant enim a te dictum eo majoris spei collegium tibi esse, quo persecutionis igne magis in fundamentis probaretur.

Verumtamen non placuit Domino ut id, quod fere proprium est nostrorum collegiorum initii, huic penitus deesseset. Nam surrexit quidam mercator, qui se a duobus apostolis, sic enim nos vocant, ad alearum Iudum provocatum fuisse in corona hominum affirmaret. Ex quorum numero nonnulli, qui nostri benevolentia talia de nobis dici dolebant, cum aliter ejus assertionibus satisfacere nequirent, id relevandi animi gratia atque ut aliorum taedium deponeretur, factum responderunt. Sacerdos vero quidam, charitate zeloque, ut videbatur, permotus, rem ad Patrem Melchiorem Carneiro detulit, quo ipsi mederetur rumoremque, si posset, extingueret.

His non multo post successit quod non minorem invidiam atque persecutionem paritum erat. Sacerdos quidam, ex nostris se esse asserens, pecunias a devotis, quorum audiebat confessiones, exigebat, quarumdam imaginum ac sacelli nostri ornandi obtentu, et id genus alia, turpis lucri causa, simulabat. Contra haec tamen diaboli machinamenta, quibus honestorum hominum corda a Patribus et eorum monitis avertere conabantur, excitavit Dominus qui se, tacentibus nobis, superioribus opponerent. Nam sacerdos quidam senex et orationis studiosus, cum ad ejus aures rumor pervenisset, zelo Domini accensus non prius comedit quam, mercatorem adiens, rei veritatem cognovit ac prodiit. Comperitque mercatoris domum talis ludere volentibus patere solitam, ipsumque a clericis nescio quibus ad ludendum lacescitum.

Quidam etiam juvenis, qui Patribus in vinea Domini laborantibus interfuerat, statuens sacerdotis illius institutum a nostro alienum, remque diligentius scrutatus, ut intellexit ipsum de Societate non esse, non cessavit donec observans locum, quo sacerdos se recipiebat, illuc etiam satellites induceret.

Itaque Dominus, qui haec ad utilitatem nostram permiserat, ea, cum visum est ejus providentiae, extinguenda curavit. Ipse pro sua infinita clementia id permittat, quod et animabus nostris viderit profuturum, suaequa gloriae non consonum, atque similitudinem crucifixi tantisque contumeliis affecti omnium cordibus infigat.

Aliud scribendum non occurrit, nisi et illud addam, fratres cum plurimum humilitati tribuant, ei quoque peculiari quodam modo studere, ac ne litterarum studium animum elevet, in humilibus ipsum exercere conantur; Patrisque permissu nonnunquam, cum aqua deest, ipsi fontem, qui in platea collocatus est, petunt, aquamque suis humeris adsportant; qua in re Pater Melchior Carneiro vel primus est, ut humilitatem, quam subditus acquisierat, Rector non amittat. Dominus nobis gratiam largiatur, quo ab ipso discere valeamus, qui mitis est et humilis corde; quod ut facilius obtineamus, Paternitatis Tuae benedictionem humiliter deposcimus.

Calendis Martii, 1552.^o anno.

Inutilis servus,

ALPHONSUS BARRETO.

CXXXI

P. N. Solis

Patri Ignatio de Loyola.

Oñate, 1 Martii 1552¹.

IHS[†]

Muy R.^{.do} y muy mag.^{.co} S.^r en Xpo.

De una del P. Solis, 1.^o de Marzo².

Gratia et pax Christi sit semper nobiscum. Amen.

Lo que se ofrece despues que escribí á V. P. de la eleccion de hábito del Señor de Lazcano, que se hace llamar³ Felipe de Jesus, es que á los siete deste vino á la hermita y estuvo en ella cuatro dias y el buen P. Francisco le dió algunos pasos de ejercicios, en los cuales se saboreó, y tuvo tambien compañia á su Reverencia en Oñate con su hábito de la Compañía y concertado que en el Colegio de Oñate, digo en el nuestro, estudiaria su gramática. El quinto dia fué á Lazcano á dar su recaudo de algunos negocios de sus hijos; y el bendito Padre y el P. Michael y yo partimos el mismo dia, que fué á los 12 de febrero⁴, para Vitoria y con intencion de pasar á la Casa de la Reina á importunacion de la Señora Condesa de Osorno, que lo pidió con mucha instancia, de su parte y de la Señora Duquesa de Frias, con un capellan que envió á la hermita. Su Reverencia respondió que iria, con condicion de que no se detendría más

¹ Apographae in quadruplici folio nn. 88, 89 et 89 (*sic, quarto non numerato*).

² Inserta sunt haec a Polanco.

³ *se hace llamar* verba sunt Polanci. Solis scripserat *se intitula*.

⁴ *de febrero* additum est a Polanco.

de dos dias; y así fuimos á Salinas á dormir el dicho dia, que era viernes á la noche, y el siguiente posamos en casa del Licenciado Salinas, donde quedó harto contentamiento; y el sábado de mañana dijo Su Reverencia Misa y, juntado el pueblo, les hizo una plática de grande utilidad; y partimos para Vitoria á las once horas, y salieron el Arcediano y el canónigo de Villafranca de parte del Cabildo (porque se escribió que no hubiese recevimiento), y el Alcalde y regimiento, con muchos principales á pie, hasta la hermita de San Juan, donde se apeó Su Reverencia; y le pidieron con instancia que tuviese por bien de posar en San Francisco, porque así lo habian acordado en conformidad del Cabildo y de la ciudad, porque se había escrito que había de posar en el hospital. Y vista su voluntad, condescendió á ella; y así fué á San Francisco á pie por la correría, acompañado de mucha gente principal y con harto regocijo de toda la gente; y el P. Guardian con sus frailes le recibieron con grande consolacion.

El dia siguiente , que fué el domingo de la Septuagésima, se concertó que en todas las iglesias se dijesen las misas para las nueve, y se pregón que todos acudiesen á San Francisco al sermon; y así lo hicieron , y la misa solemne se dió á los clérigos, y hubo mucha música y tanta gente que, aunque el monasterio de S. Francisco y la iglesia díl son harto grandes, yo vi que á gran porfia salian algunas personas por no peligrar en tanto aprieto. Su Rev.^a predicó el sermon de la viña como buen maestro, y sin duda se despertaron muchas almas; y señaló sermon para el lunes en S. Vicente, donde hacen los oficios los canónigos, porque la iglesia mayor y Sto. Domingo están entredichas. Despues de comer hubo muchas visitas del Prior de Sto. Domingo, y frailes, y clérigos, y legos, especialmente de D. Prudencio de Avendaño, y del Diputado de Alava y de otros. A las cuatro horas fuimos á Sta. Clara, donde predicó harto á provecho y contentamiento de las religiosas, y de camino fué á Sta. Cruz é hizo lo mismo; y de ahí á Santo Domingo; y en todo tuvo compañía á su R.^a el P. Guardian y un predicador bueno. Volvimos á San Francisco una hora de noche. El lunes de mañana se juntó la ciudad en San Vicente, y predicó con gran edificación de los oyentes, y fué convidado en casa del Arcediano, y comieron con Su Reverencia el Provisor y el Guardian

de San Francisco; y á la una hora se encerró en San Francisco, á donde la misma tarde fué el Alcalde con los Regidores de la ciudad, á darle las gracias de la merced que les había hecho, y á suplicarle que tuviese por suya la ciudad, y escogiese en ella lo que fuere servido de iglesia, casa, ó sitio y de lo demás; y así quedó que se daria órden cómo en ella hubiese una casa ó colegio de la Compañía. Demás de setenta clérigos que acudieron de las aldeas al sermon del Domingo y tambien del lunes, un bachiller Perea, hombre de letras y rico, se encomendó á Su R.^a y que determinaba de servir á Dios, dejando lo que era del mundo, y así se espera para los ejercicios; y tambien quedaron para lo mismo el Arcediano y otros. El martes dijo Misa en S. Francisco, y comió en refectorio, y predicó á los frailes á grande contentamiento y provecho.

A las dos horas se partió su Rev.^a para Villareal, que es tres leguas de Vitoria; y aunque el Provisor y Canónigos y muchos principales quisieron salir, no quiso consentir, excepto al arcediano y á un canónigo por mucha importunación, los cuales guaron hasta media legua y quedaron todos harto consolados. La noche estuvo en Villareal, y el miércoles á la mañana fuimos á la iglesia, donde dijo misa y despues de comer salió con grande agua con deseo de llegar á tiempo á Bilbao; porque la ida á la Casa de la Reina se excusó, porque quisieran las Señoras Duquesa de Frias y Condesa de Osorno que fuera por más tiempo; y con estar prometida la ida á Bilbao, y la Cuaresma tan cerca, se excusó y prometió la visita para otro tiempo.

Y así, el miércoles por la noche, con grande trabajo, por ser el tiempo áspero y el aire ventoso y de agua, llegamos en Mañaria, en un meson, que no faltó voluntad. Y los de la villa de Durango habían esperado á su Reverencia para que pasase adelante. El jueves de mañana vinieron con su Reverencia clérigos y legos, los que se podian desembarazar, á Durango; y salió el Alcalde con siete ú ocho de á caballo contra nuestra voluntad; y dijo Misa en Durango, y predicó como suele; y despues de comer, aunque el tiempo no ayudaba, partió para Zornoza, que es á dos leguas de Durango, donde fuimos á la noche bien recibidos del Cura en su casa. Y acordó de decir misa y predicar el viernes de mañana; mas cayó tanta agua

que no pudieron pasar á la iglesia, porque iba por la calle un gran río; y así cesó la predicacion y dijo misa. Quisiéramos partirnos despues de medio dia para Bilbao, y no hubo paso; y así hubimos de estar la noche en la misma Zornoza.

Y el sábado por la mañana comulgó su Reverencia y fuimos á comer á Bilbao, dejando el camino real, por unas alturas por temor de las aguas. [Posó] en el hospital, donde se consoló harto nuestro Padre, y aunque porfió el Padre Provincial de los Franciscos que pasase su Reverencia á San Francisco, no lo quiso hacer; y así quedó en el hospital, donde fué el Corregidor y el Alcalde con todo el Regimiento con muchos principales á dar la buena ida; y se ofrecieron; y tambien D. Tristan de Leguizamo, que es Preboste mayor, con sus parientes, y otra gente principal por sí, y el Prior de la Encarnacion, y los de el Cabildo. Y el domingo se cantaba misa nueva en la iglesia mayor, donde se había concertado el sermon y pregonado un buen clérigo de la villa; y aunque no hay memoria de hombres que tal en estas partes ¹ se hubiese hecho, se dió orden como su Reverencia predicase de las nueve y media en adelante y que la misa se dijese despues del sermon; y así se hizo, y predicó un sermon de grande provecho. El domingo despues de comer hubo tantas visitas, que tuvimos harto que hacer en recibir y despedir; y con todo acordó su Reverencia de predicar el lunes, que era dia de San Pedro, en San Anton, para donde estaba encomendado de ántes el sermon al Padre Fray García de Basozaval, Provincial del trienio pasado, y dejó, con mucha voluntad, de predicar. Y así predicó muchas maravillas el dia de S. Pedro. Y había tanta gente que no pudo caber en la iglesia ni en el convento. Fué convidado de Don Tristan, Preboste mayor; y despues de comer acudió á su hospital, y hubo tambien grandes visitas; y á la tarde fué tambien á visitar á las religiosas de la Encarnacion, que son cerca de setenta, y les predicó y quedaron muy consoladas.

Este dia se trató entre algunas personas principales de la Villa que en todo caso era menester suplicar á su Reverencia que residiese en ella, y que le darian con mucha voluntad lo que escogiese. Hay una iglesia muy devota, que se dice Santa

¹ *en estas partes addidit Polancus.*

María de Begoña, y por estar lejos del pueblo y en litigio, porque pretende ser patron Gregorio de Begoña, y por otras justas razones, pareció que no era muy al propósito. Hay otra iglesia de S. Juan, buena y parrochial, que está pegante al hospital que se hace, que lleva muy buenos principios; y pareciendo á algunos que edificándose cierto suelo, que está entre la iglesia de San Juan y el hospital, el cual está tambien destinado para el edificio del hospital, seria muy á propósito, y con ver que á los pobres y al hospital se haria algun daño, nuestro bendito Padre estaba escrupuloso; y con esto tambien señalaron una iglesia de San Nicolás, que es parroquial y está al cabo de la Villa; tiene delante una arboleda y un campo bueno, y tambien unos aposentos, pero no tiene huerta. La iglesia, que se dice de S. Juan, hay más edificio, y hay más devocion del pueblo, y está á la entrada de la tierra; delante tiene unas viñas muy buenas, que se podrian tomar para huerta y jardin; el inconveniente que tiene es solo el escrúpulo del P. Francisco. Cualquiera de estas dos iglesias ha ofrecido la villa por medio del Corregidor y del Doctor Vedia, y tambien de favorecer para alguna renta de Colegiales. Su Rever.^a quedó que lo comunicaria y los visitaria con más despacio, y que se encomendase á Dios. La Villa es muy próspera, y la gente muy limosnera, y han quedado muy robados del P. Francisco, y han deseado grandemente que esta cuaresma quedase á predicarles; y por haber dejado de ántes ganado lo mejor de estas villas, y por conservarlos, pues lo había prometido, determinó de no lo aceptar.

El martes de mañana fué á San Francisco, porque fué convocado del P. Provincial, y dijo Misa, y comió en refectorio, y predicó á los frailes de sobremesa, con harta consolacion de los oyentes. A la tarde volvimos al hospital, donde hubo harto que cumplir con unos y con otros, y especialmente con el Prior de los Dominicos, que importunó cuanto era posible, de parte de la priora y de las religiosas de la Encarnacion, que otra vez las consolase por amor de Dios con su visita y doctrina, y así prometió que el miércoles de mañana á misa iría allá; y así lo puso por obra, y D. Tristan con mucha gente principal le hizo compañía; y porque no se halló bien dispuesto, no se atrevió á decir misa, pero predicó maravillosamente. Este dia fué convocado

de San (*sic*) Pedro de Erquinigo, que es uno de los principales de Bilbao, al cual topamos en Zornoza, y guió por las alturas.

En acabando de comer yo fui llamado al regimiento, y me significaron sus deseos, y preguntaron muchas particularidades, y quedaron resolutos que harían lo que Su Reverencia les mandase; y como volví con esta respuesta, Su R.^a determinó de visitar al monasterio de San Agustín, que está fuera de la villa; y fué en un barco por el río y en compañía algunas personas principales. Y mientras estuvo en San Agustín, anduvo buscando el Corregidor y le esperó á la vuelta; y visitó á D.^a Juana, su mujer, y quedó la noche en San Francisco á dormir, porque así estaba concertado. Hicieron colacion con Su Reverencia el Provincial, que ahora es, y el que fué en el trienio pasado, y el Guardian, en nuestro aposento; y despues de buena conversacion espiritual con Su R.^a, y como de ántes se hallaba cargado de romadizo, Su R.^a se halló con tanto temor de su indisposicion, que amonestó que por amor de Dios alguno estuviese prevenido para el sermon. En algunos hubo confianza que proveería Dios de fuerzas para tanto provecho de almas, pues toda la villa estaba convocada á su sermon; y así fué Dios servido de ello, y á la mañana, dia de San Matías, se halló con más fuerzas que otras veces, de manera que parecia que las tenia hurtadas.

Al Señor D. Gomez de Butron dimos aviso D. Tristan y yo, y á la misma hora que supo, envió un hermano suyo á visitar á S. R.^a y á decir cómo quería besarle las manos; y así llegó el miércoles á la noche, y el jueves de mañana fué á San Francisco y hizo su visita, y quedó á misa. D. Antonio, su hermano, tambien llegó á tiempo de cuatro leguas; y se juntó la villa muy copiosamente, y predicó un sermon de elecciones, que fué harto encarecido por todos, hasta tanto que el P. Provincial escribió sus puntos y el P. Guardian todo el sermon. Yo digo á V. P. que fué el mejor que á mi juicio en mi vida he oido; y despues del sermon y de la hora de las 11 dijo Misa, y los Provinciales, y Guardian, y predicador esperaron á Su R.^a y comieron con él, para quienes se dió la bendicion¹. Despues se

¹ para quienes se dió la bendición, quibus data venia, vel facta copia, est, ut cum P. Francisco pranderent. Quae locutio ortum habuisse videtur ex usu, qui jam ab initio in pluribus religiosis familiis praevaluit, videlicet, ut, cum quis Superiorem adiret

juntó en San Francisco con el Corregidor tanta gente que tuvimos necesidad de enviarlos al hospital, y quedaron algunos del cabildo, y fueron con Su R.^a al hospital, donde acudieron D. Gomez, y D. Tristan, y todos los que eran de lustre en Bilbao.

Y aconteció que en el hospital se halló enferma una moza de Guipúzcoa, que la visitamos el dia de ántes, y murió; y como nuestro P. vió que había difunta en casa, dijo que quería enterrarla; y así lo hizo; y fueron con él al entierramiento los del Cabildo, y D. Gomez, y el Corregidor, alcalde, alguaciles y toda la gente principal, á la iglesia de San Juan, donde fué enterrada con grande envidia de algunos ricos, al parecer de las gentes; y vuelto al hospital del entierramiento, estuvieron con Su R.^a D. Gomez y el Corregidor, D. Tristan, los letrados y otras personas, una hora larga, y se despidieron. El viernes de mañana tambien hubo grandes visitas y sello de algunas diferencias, y dijo misa en el hospital, y predicó con grande consolacion de los pobres espirituales. Y despues del sermon, salió á pie, porque habíamos de comer en un aposento, que tiene Don Tristan fuera de la villa.

Y despues de comer partimos para Durango; porque aunque se tuvo al principio pensamiento de ir á Bermeo, y Lequeitio, y otros pueblos de la marina, no dió lugar el aire y el haberse detenido más de lo que era conforme para volver á la cuaresma. El viernes á la noche durmió en Durango, que es cinco leguas de Bilbao, y el sábado de mañana fué á Elorrio á decir misa y predicar; y así lo hizo con gran contentamiento del Maestro Iturbe, y él y todos comimos en casa del Maestro, que es un benditísimo.

Y despues de comer pasamos á Elgueta, donde tambien predicó. Y en todos estos pueblos le recibían como á cuerpo santo y con tan gran amor, que es para dar gracias á Dios.

A la noche vinimos á este nuestro hospital de Vergara, donde fuimos bien recibidos como deseados; y predicó de mañana la subida de Jerusalen maravillosamente; y ayer lunes entendió en concertar á desconcertados de pasiones. Mañana por

buen principio de cuaresma predicará en la misma iglesia; y tiene designado el *Miserere* para los viernes de cuaresma y se comenzará este primero.

De todo se sirva Dios; y lo que más sucediere en su servicio, daré aviso á V. P.

Primero de Marzo 1552.

† SOLIS¹. †

In octava pagina, manu J. Ph. Vito: Jesus. Del P. Solis, 1552.

¹ Verba *Primerio de Marzo 1552* † Solis † sunt manu Patris Polanco.

CXXXII

P. Adrianus Adriaenssens
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio, 2 Aprilis 1552^{1.}

IHS[†]

Gratia et pax Christi nobiscum.

R.^{de} ac amantissime in X.^o Pater:

Accepimus litteras R.^{di} P. Polanchi scriptas 8.^a Martii, quibus plurimum in Domino gavisi sumus, maxime quia intelligimus Summum Pontificem apud Imperatorem procurantem nobis licentiam erigendi collegium.

Regens Collegii Liliensis, ubi fratres jam visitant, non desinit nobis offerre totum Collegium, ut nos ibi simus, sicut Standonici in Porco^{2.} Norunt nostrates quid velim. Et post mortem suam idem Regens relinquet Collegio eidem quatuor millia florenorum semel. Et in eodem Collegio est satis ampla domus, non multum necessaria Collegio, cum publico sacello. Sic cuperet nos ibi habitare, et ita paulatim totum Collegium occupare. Sane non posset Societati quid optatius in istis inferioribus partibus contingere. Est etiam locus amplissimus et in ipso corde oppidi. Unum est quod obstat quominus hactenus petitioni Re-

^{1.} Autographae litterae in folio n. 148.

^{2.} "Il Collegio del Porco, già antico nel tempo del P. Adriano, haveva questa riputazione, di essere ben provveduto di tutto, buona casa, buono trattenimento di vita, buoni fundi, buona amministratione, buono ordine, etc.; et inde proverbium *Comme Messieurs de Standonck dans le Porco*, et conservavit deinceps bonum illud nomen.. Hanc notitiam debemus humanitati Patris J. B. Van Meurs, S. J.

gentis dicti annuerim bene, quod sit controversia quaedam inter Facultatem Artium et ipsum Regentem, disputantes inter se ad quemnam proprietarie pertineat ipsum dictum Collegium. Itaque cum opportunitate, si placet P. V., latius haec inquiram et cum Regente loquar; quamquam nihil serio de rebus Collegii tentare consultum videtur ante dictam Imperatoris licentiam concessam. Utinam et Societas impetraret a Summo Pontifice ut fratres sine ulla juramentis, quae plurima sunt, ad gradus promoverentur. Ante ergo dictam Imperatoris licentiam, Doctribus Lovaniensibus in Concilio nihil scribam. Ea enim obtenta, cuperem eos scribere ad nostram curiam, ad R.^{mum} Leodiensem, ad Universitatem et ad oppidum; et utinam tunc Dominus ita disponeret ut vel D. Anthonium Vinck, vel P. Bernardum¹, vel similem, utcumque in rebus collegii et externis expertum et prudentem, nobis mittere dignaretur. Sed Dominus est qui scit omnia et quid expediatur.

Conciones seu privatas illas exhortationes, de quibus in postremis litteris egi, relinquere consultius visum, et consultum est nobis ab amicis nostris. Sensimus enim etiam illinc denuo exorituras mirabiles tragoedias; sed nihil prorsus exortum est.

Confrater noster Petrus Spiga, Sardus, non visus fuit nobis aptus ad philosophiam et parum aut nihil in ea proficere, quamquam diligentiam magnam adhiberet; quare jam pergit studere humanioribus litteris et theologicis lectionibus, prout in Domino poterit. Praeterea, quandoquidem aetatem habet et in temporalibus ex parte parentum satis abunde ipsi sit provisum, nullis quoque recreari possit praeterquam divinis, matus in moribus, fortis in Dei zelo, conversatione et colloquiis aedificatissimis, corpore saepe praelanguidus, nullam tamen notabilem infirmitatem unquam patiens, semper desiderans dissolvi et esse cum Christo, sic visum est nobis in Domino consultum ut sacerdos fieret, si idem visum fuerit P. V., ad quod ipse quidem indignum se agnoscit, sed tamen semper cum Dei gratia et desideravit et desiderat.

¹ P. Bernardus Oliverius, tunc temporis Romae agens: De eo haec Delplace, 1. c.: "Bernard Olivier, né à Antoing en 1523; admis à Rome en 1549, mort à Tournai le 4 Septembre 1556, nommé premier provincial de Belgique.—Plura de eo in *Cartas de San Ignacio*.

Habemus modo in exercitiis quemdam hispanum, virum satiis doctum et, si corpus spectes, integrum virumque prae se ferentem. Intra duos aut tres dies, Deo volente, absolverit primam hebdomadam. Socius quoque hujus, postquam hic absolverit, dixit se ad eadem exercitia venturum. Uterque jam ab aliquot mensibus saepius est nobis confessus, et communicavit, et animum habet ad Societatem.

Est et sacerdos quidam, magister paedagogii seu collegii illius, unde fratres ejecti sunt et unde istis mensibus omnem spiritualem praedam Dominus nobis dedit. Hic quoque cupit post hanc hebdomadam venire ad exercitia.

Numerus confitentium augetur et magnus fructus fit in populo; ita ut rarus sit, immo et valde rarus, qui raro confiteatur.

Quidam Doctor theologiae, magnus amicus noster, de quo saepius scripsi, et qui et ad P. V. cum ultimo posta scripsit, dictus Dominus Adrianus Schoer, hic concionatur strenue ea quae ad frequentem confessionem, contemptum mundi, etc. spectant; et ita nos mutuo juvamus in Domino et magnus fit fructus, ita ut vulgo dicatur: magnus Adrianus et parvus Adrianus regunt totum Lovanium. Dictum Doctorem magnum vocant, quia pene capite major me est.

Heri quemdam filium confessionis misi, insciis parentibus, qui hactenus eum impedire tentarunt, ad Carthusiam Colonensem; sed nullae inde adhuc sunt exortae tragœdiae nec verisimile est exorituras.

His valeat in Domino Jesu P. V. et nos suis orationibus sanctisque sacrificiis commendatos habere dignetur.

Raptim. Lovanii, 2 Aprilis anno 1552.

R. V. servus in Domino,

ADRIANUS ADRIANI.

Ab Antuerpia.

Superscriptio: R.^{do} in X.^o Patri Dno. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Et manu J. Ph. Vito: 1552. Di Lovanio. Di Mgro. Adriano. Delli 2 d' Aprile 1552.

CXXXIII

P. Alphonsus Cypriano
 Patri Ignatio de Loyola.
 Ulyssipone, 19 Aprilis 1552 ¹.

IHS.[†]

Pax Domini Nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

El dia del bienaventurado Santo Isidoro fué Nuestro Señor servido de llevar de la vida al Padre Maestro Gonzalo ², que nos dejó á todos los de la Compañía, que acá estamos, y á toda la gente y córte, que le conoció, tan edificados que parece dar cuenta á V. P. de nuevo de lo que ya otras veces le habrán escrito.

El tiñe ³ esta órden en repartir el tiempo ha muchos años, que una de las cosas que espanta á muchos cómo le sufrie el cuerpo tan luengo tiempo estos exercicios; levantábase á las tres horas despues de media noche y oraba dos tres horas hasta que podia ver para rezar el oficio, y entonces las más de las veces se iba á la iglesia y dezia sus horas delante el altar del Santíssimo Sacramento. Todo el tiempo, que habia de aquí á hora de comer, gastaba en dezir Misa y oir confesiones ; y esto en la iglesia de casa , no yendo fuera sino si el Padre Maestro Simon le enbiase á alguna parte; y con esto era continuo en la silla y oya de confession, no permitiendo pláticas que no tocasen á esto. La tarde , despues de dormir un poco, gastaba en estudiar quando no habia gente que confesar ; y des-

¹ Autographae in duplaci folio nn. 270 et 271.

² P. Gundisalvus de Medeiros.

³ Ex lusitanico *tinha*, hisp. *tuvo*, *tenia*, latine *habuit*, *habebat*; *tennit*, *tenebat*.

pues, haciendo collacion, se recogia en anocheciendo á oracion y estaba tres quatro horas en ella y rezar maytines.

En esto fué tan constante, que, andando camino, se levantaba y oraba como en casa. Mas habrá un año, poco más ó menos, que se comenzó á sentir mucho del estómago, y era un apostema, que hazia una punta para dentro, y traiele gran hastío, haciéndole tornar á echar lo poco que comia; mas ni por eso dejaba sus exercicios. Empero como la enfermedad ya le tuviese muy gastado, mandóle el Padre Maestre Simon que no dixese Misa. Lo que él sintio mucho, y en fin dezia Misa los Domingos con licencia, y despues ya llegándose más al cabo con muy grandes dolores, viendo el Padre su gran deseo de decir Misa, y que los médicos desconfiaban de su salud, muchos dias habia le dió licencia. Y espantándonos todos cómo era vivo, se levantaba muy temprano, y dezia Misa, y rezaba sus horas, lo qual prosiguió hasta obra de veinte dias ántes que Nuestro Señor le sacó de esta casa ¹, que tanto le amaba, dejando en ella muy grande exemplo de obediencia, humildad y recogimiento.

Tambien supimos como el Padre Valeriano ² es muerto, que era ido á curarse á la isla de la Madera, que era su tierra. Tenia trabajado mucho, predicando por diversas partes destos reinos con grande fervor y movimiento que hazie en los oientes. Agora creemos que Nuestro Señor le paga el gran zelo con que siempre andaba.

Esta quaresma ha habido muy gran concurso á las confesiones y muchos confesores, y se han aprovechado muchas almas con ayuda del Señor; y en un lugar, que está de la otra parte del Tajo, yendo el Padre Maestro Diego ³, como va muchas otras veces, esta quaresma ha confesado mucha gente de la que se confiesa cada semana y otra que viene de nuevo; y á una muger, que vivia mal, mudó N. S. del todo por su medio; y dos, que están en casa de sus padres, han tomado voluntad de seguir vida de perfeccion. Estaba un hombre principal muy enfermo, y viendo un clérigo, que predica ahí, que se queria

¹ Sic; sed cave ne ita intelligas quasi in alia domo diem ultimum obierit. Obiit enim in hac ipsa Sancti Antonii domo Ulyssiponensi.

² P. Valerianus Mendes.

³ P. Didacus Vieira.

confesar con un mancebo, le quiso apartar deso, aconsejándole que se confesase á el P. M. Diego, que estaba ahí, lo que él ni solamente queria oir; y viendo aquel Padre que estaba ya en lo ultimo y que se perseveraba en su propósito, se vino al hospital y llevó consigo al Padre, con cuya amonestacion se ablandó de manera el doliente que hizo testamento, cosa que no queria hacer, y despues se confesó al Padre, quedando muy consolados sus parientes y amigos.

De las partes, donde fueron los Padres á predicar, hay cartas; mas de Coimbra escribirán á V. P. en qué se ocuparon, porque son muchas cosas y de gran servicio de Dios N. S.

La Semana Santa mandó llamar el Rey al Padre Luis Gonzalez y le dixo que se quería confesar á él. Respondió que no podia confesarle, dándole sus escusas; mas el Padre Maestre Simon, instando el Rey, le mandó que lo confesase; y así confesó á él y al Príncipe, diciéndole que no habia de ser por más que esta vez. Mas él espera que la obediencia le ocupe en alguna cosa de las que el mundo llama baxas; y con ver sus grandes deseos en esta parte y las angustias en que se vé por confesar al Rey, estamos todos muy edificados. Bendito sea el Señor por todo.

La Semana Santa se exercitó aquí en casa un Com.or¹ que tiene más de mil y seiscientos ducados de renta y da todo por amor de Dios, fuera su vestido y comer; y esto tan moderado, que parece de hombre plebeyo; y reparte la limosna de manera que comunmente da cada semana treinta y cinco ducados de limosna. Esperamos en Nuestro Señor que agora le sirva más.

Sobre esta casa está un monte, y con ser muy alto, cada dia crece con lo que cada dia en él se echaba de basura. Tratóse con la Cámara² que le diese á esta casa; y con ser cosa de mucha importancia y de mucho provecho para el servicio de la ciudad, le dió para que le puedan cercar y le apropió á la Compañía, y con mucha benevolencia, dando muy honorífico testimonio algunos, de los que gobiernan esta ciudad, de la Compañía. Y así queda esta casa para se poder en ella hazer un grande colegio, y agora se da orden á la cerca.

¹ *Comendador, commendatarius eques alicujus Ordinis militaris. Vide supra pag. 295, not. 1.*

² *Cámara hic est Civitatis Concilium.*

Tambien en Almeirin se ha edificado para los Padres una casa muy cómoda, en que ha trabajado mucho el Hermano Bernardino¹, mandóla edificar el Rey; y como en aquel lugar no hay otros² que los de la Compañía, servirse ha mucho Nro. S.or dellos con la iglesia que se comienza y asaz buena y capaz.

Esto es lo que destos dos meses he sabido. Las otras cosas no hubo tiempo para saber, porque se va el mensajero.

Ha seis meses y hará siete que soy quartanario. Ruego á V. P. mucho que en sus oraciones me ofrezca á Nuestro Señor para que de la quartana no quede con alguna ruin disposicion en el alma, fuera de las muchas que yo tengo por mis pecados.

Desta casa de Sant Anton de Lisbona, hoy martes, tercera octava de Pascua de 1552.

Indino hijo de V. P.

CYPRIANO.

Superscriptio: Al Muy R.^{do} en Christo Padre el P. Ignacio, Prepósito General de la Compañía de Jesu, en Roma.

Alia manu: Della morte del P. Mro. Gonzalo, huo. di grand' edificatione.

¹ Videtur sermo esse de Bernardino a Regibus (*dos Reis*) antea dictus Bernardinus Discalceatus (*Escalço*), qui sacerdos factus Procuratorem multis annis egit praesertim pro Missionibus exteris.

² *no hay otros*, non sunt aliorum ordinum religiosi.—Usus illo tempore ferebat ut in regiis villis, praediisque et oppidis ad eas quoquo modo pertinentibus, nonnisi ex speciali Regis et curiae privilegio, quod raro admodum concedebatur, monasteria tum virorum tum foeminarum exstruerentur.

CXXXIV

P. Nicolaus de Lanoy
 Patri Ignatio de Loyola.
 Vienna, 24 Aprilis 1552^{1.}



Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Kalendis mensis Maji nunc imminentibus, praescriptoque nobis tempore commonente, ad R. V. visi sumus transmittere, quae pro nomine Christi animarumque salute, quatuor jam fere exactis mensibus per Patres Fratresque nostros charissimos peracta sunt, quae equidem, divino aspirante favore, qua potero brevitate et perspicuitate complexurus sum.

In primis, docente experientia, omnibus notissima, quamplurimos homines ex diversis orbis partibus ad unam Viennam Austriae confluere, celeritas loci et ipsius regionis opulentia, ni fallor, bonam partem huc pertrahit. Maximus interim est numerus eorum hominum, quos spes majoris quaestus relinquere suasit patriam Italiam; hic etenim ea gens potissimum jampriedem arces et vastissima construit propugnacula, quibus praeclara haec civitas undique cincta probeque munita valeat sese commodius tutari contra impetus immanis illius ac barbarici hostis^{2.} quem certum est nihil magis habere³ quam ut illam suae tyrannidi queat subjicere. Verum enimvero his interea contingit, ut dum magna sollicitudine ventris escam queritant

¹ Apographae litterae in fol. 16 et 17 Codicis 1551.

² Intellige turcas, qui Viennam saepe saeculo xvi oppugnarunt.

³ Sic apographum; sed fortassis aut desunt verba *in votis*, aut pro *habere* scribendum foret *avere*.

apud exteras nationes, cibi, qui non perit, sese defraudent alimonia. Cum enim his maxime posterioribus annis destituti fuerint subsidio sacerdotum, quorum quidem linguam intelligerent, facile quisque apud se colligit quam gravia inciderint suae salutis dispendia. Haec sane, quae ita referimus, haudquam eo pertinent ut proximum nostrum supercilio pharisaico traducamus. Sed ut summam Dei clementiam venerabundi suspiciamus, ejusque gloriam pro nostro modulo amplificemus.

Cum itaque R.^{dus} P. noster D. Claudius Jayus non ignoraret non exiguum Italorum aliorumque extérorum hominum turbam in hac urbe ejusque districtu commorari, quorum saluti non ita fuissest antehac prospectum, constituit ut statis diebus hebdomadae aliquot ex fratribus officinas et ea loca, quibus diurno fatigantur labore, circumlustrarent, ac monita salutis darent, et confessionis utilitatem illis unice commendarent. At quo facilius haec desolata pastoribus plebecula induceretur ad capessendam salutis doctrinam, quae illi subinde familiaribus ingerebatur colloquiis, invitata est quoque ad concionem italicam; ex qua plures etiam apertius disserent quanta gratia Deus Optimus Maximus eos dignaretur, qui animarum ipsis offerret medicos, a quibus percipere valerent sacramentorum remedia aliaque spiritualium beneficiorum solatia, etiam citra ullius temporalis mercedis refusionem.

Magna sane hominum multitudo hoc adventavit in quadragesima ut a nobis poenitentiae et sacrae communionis perciperet sacramentum. Nam praeter eos manuales operarios, quos fratrum nostrorum diligentia, ut jam dictum, ad conciones sacras attraxerat, pariter ad nos convolavit ingens caterva et militum et eorum qui sequuntur curias Principum istorum Austricorum; et hi fere partim hispani, partim galli erant; quorum multi, diutius has peregrinas regiones pervagati, jam confessi non fuerant per aliquot annos. Praeterea ex fama, quam dicti itali, admonentibus fratribus, de collegio Societatis sparserant, complures ex diversis ac longinquis etiam civitatibus, hoc circa festum Paschae sacra quoque animarum suarum antidota recepturi convenerunt. Horum omnium conscientiis nos, quatuor nostrae familiae sacerdotes, divina opitulante gratia, opem ferre studuimus, tam in administratione sacramenti poenitentiae, quam etiam corporis dominici. Cum enim,

confessione peccatorum facta, revertentes postmodum peterent a nobis sacram communionem, et eam a nobis ob privilegium curatorum¹ sibi denegatam molestius ferrent, petiit P. Claudius a R.^{mo} Viennensi licentiam communicandi, quam nobis quoad exteros et peregrinae linguae homines indulxit.

His connumerare licet aliquot italorum non infimae notae familias, hujus civitatis municipes, quemadmodum et alumnos duorum collegiorum, provincialium, inquam, atque pauperum, qui a nobis quoque dicta sacramenta suscepere. Rmus. Dominus de Martinengo, Nuncius apostolicus, et Illustris Comes de Tornout, natione Polonus, una cum plerisque nobilibus aulicis, Patri Claudio (quem ille² etiam pridem in confessarium ordinarium sibi delegit) praeterita quadragesima confessi sunt.

Ex his quoque nonnulli, extra id tempus, eidem Patri in secreta confessione arcana suarum conscientiarum aperiunt. De consiliis autem, quibus idem Pater, a magnis viris super casibus diversis conscientiae subinde consultus, dubias mentes tranquillat, nihil jam speciatim commemoro.

Doctor vero Petrus Canisius complurium Germanorum audiuit confessiones. In quo negotio, cum solus nostrum calleat linguam germanicam, non parum laboris insumpsit, praesertim apud incarceratos, quos magna animi sollicitudine ac difficultate, per confessionem praeparatos, ad participationem corporis Christi omnes simul perduxit. Hos visitant saepius fratres nostri, qui germanice norunt, et quosdam rudimentis nostrae fidei erudiunt, omnes vero exhortationibus et velut declamationibus ad virtutem studiumque stimulant pietatis.

Idem Canisius coepitas nuper conciones apud Germanos, dominicis ac festis diebus prosequitur, quas numerosa multitudo, tum nobilium tum popularium, quos continuo post se trahit, gratas sibi esse demonstrat. Modus sane dicendi, ut gentis convenit ingenio, plausibus³ gestus actioque pro ratione regionis accommoda, et caetera quae ad germanicum pertinent ecclesiastem, affatim videntur illi suppeteret; quamquam nonnulli emedia plebecula, initio quidem, non satis integre quidam vide-

¹ *Privilegiorum curatorum, ecclesiasticam, sc., legem, qua jubentur fideles in suis parochiis, et non alibi, paschali tempore communionis sacramentum suscipere.*

² Hieronymus Martinengo, Apostolicus Nuncius.

³ Sic; rectius fortasse *placidus*.

rentur assequi linguam viri, utpote nonnihil fortasse a suo vernaculo et austrico idiomate subinde discrepantem. Verum quae minima sunt impedimenta, usus audiendique consuetudo facile tollit.

Italica similiter concio speratur continuationem sortitura, quae, praeter communem audientium instructionem, ideo suscipitur, ut pueri atque adolescentes Italici (qui hic certe permulti sunt) facilius induci possint ad discendum sub nostris communem doctrinam christianaे religionis. Vix enim quisquam in tanto numero est, qui possit integre orationem recitare dominicam; symbolum fidei paucissimi norunt; praecepta Dei fortasse nullus; qua ignorantia fortasse et hi fere laborant, qui hujusmodi pueris in laboribus praesunt mechanicis.

De lectionibus, quae in publico fiunt, id breviter referam. R. P. Claudio, cum satis numeroso, uti solet, auditorio, pergit in lectione Paulina ad Romanos¹. D. Nicolaus de Lanoy lectionem quarti sententiarum de sacramentis continuat; quam materiam ubi absolverit, putamus auspicaturum Sancti Matthaei aut quippiam ex novo testamento. D. Nicolaus Gaudanus his diebus explanare coepit librum Geneseos. Decretum namque est per deputatos a Regia Majestate, ut per diversos professores, paucorum annorum spatio, totum corpus librorum canonicorum in publica schola theologorum praelegatur.

D.^r vero Canisius propediem expositus est compendium quoddam theologiae, seu christianaे doctrinae, quod opus jussu Serenissimi Regis nostri P. Claudio concinnat in usum potissimum studiosorum et pastorum, qui in ditionibus regiis degunt, quibus non conceditur diversas ob necessitates in aca- demiis diutius permantere².

Postremo, de studiis domesticis, quaedam paucis expediām, deque exercitiis, quae ad mortificationem veteris hominis et ad profectum praeſertim conducunt humilitatis. In his omnibus, ut antehac, persistunt fratres, distributis nimirum officiis, quae ad communem omnium necessitatem pertinent; commu-

¹ in lectione Epistolæ Pauli ad Romanos.

² Vide, praeter ea, quae narrantur in vita Patrum Canisii et Jayi, et etiam Laynez, et in *Historia Societatis* ab Orlandino et Sacchino, quae colligit BRAUNSBURGER, in recenti eruditio[n]is pleno opere *Entstehung und erste Entwicklung der katechismen des seligen Petrus Canisius, aus der Gesellschaft Jesu, praeſertim erster abschnitt.—Der grosse katechismus.*

nes vero labores domus, aut simul omnes subeunt, aut mutatis vicibus, nulla aetatis aut ordinis habita ratione, ut propter Christum Jesum omnes idem faciant et dicant, et non surgant in nobis aliquando schismata.

Mag. Jacobus Aldenardensis (is qui nuper cum sociis Ottone et Rogerio, contemptis omnibus propter Christum, clanculum patriam fugiens, Lovanio huc se recepit¹) legit dialecticam Aristotelis nonnullis fratribus; in quo munere magnum profecto tum ingenii tum eruditionis praebet specimen. Ter quotidie per horam legit: ter quoque in hebdomada disputat in majori aula hujus monasterii. Lectiones ejus audiunt aliquot extranei adolescentes. Magistri Petrus Schorichius et Erardus cum Nicolao Lotharingo docent reliquos fratres litteras tum graecas tum latinas, quibus similiter se adjungunt et alii studiosi. Quo fit ut lectiones, quae inter privatos parietes fieri solebant, nunc, obtento commodissimo loco, publicae esse incipient. Itaque totum fratrum studiosorum collegium in duas dumtaxat classes est distributum, et hi numero sunt², comprehensis jam dictis lectoribus. Iis namque, quos V. R. anno superiore misit, additi sunt, Jesu Christi gratia, quatuor adolescentes Germani, forma et indole bona multum praestantes, quorum probitas et modestia mereretur profecto longiorem suarum laudum tractatum. Sed, ut praefatus sum, prolixior esse jam nolo, praesertim cum de his et similibus alias forsitan commodior dabitus scribendi locus. Interim nos, servuli V. R., humiliter petimus vestris precibus apud Dominum commendari.

Viennae Austriae, 24 Aprilis 1552.

V. R. humillimus in Christo servus

NICOLAUS DELANOY.

¹ Vide supra Patris Adriani Adriaenssens litteras, praesertim nn. CXIX, CXX et CXXVII.

² Hic signum scriba apposuit, quo cum lectorem ad marginem remittebat, solebat uti; sed nihil in margine scripsit.

CXXXV

F. Petrus Sevillano
 Patri Ignatio de Loyola.
 Methymna Campi, 26 Aprilis 1552 ^{1.}

IHS[†]

La gracia y paz de Cristo N. Sr. sea siempre en el continuo favor y ayuda de V. P.

Lo que se ofrece en esta de los cuatro meses que avisar á V. P. de lo que Nuestro Señor se digna obrar por medio de los mínimos hijos, que V. P. tiene en esta villa de Medina del Campo, es lo siguiente:

Desde que el P. Bautista ² empezó aquí á predicar, ha sido y es muy amado de muchos, en quienes se ha visto muy grande aprovechamiento, así acerca de los trajes, como en el reconocimiento, en la manera de vivir. En los trajes han sido muchas las personas que se han refrenado; y otras, que siendo mujeres de mercaderes principales de la villa, que no solo eran señaladas por los muchos trajes que trajan, mas tambien con el nombre de inventadoras de trajes, ha sido Dios Nuestro Señor servido que lo hayan dexado por medio del P. Baptista, y tan dexado que ha puesto á muchas personas grande admiracion, y viendo una mutacion tan grande, se han mucho y muchos edificado.

Un hombre estaba determinado de hacer á otro una grande afrenta, y hallándose esta cuaresma en un sermon del Padre

¹ Autographae in folio n. 197.

² P. Joannes Baptista Sanchez.

M.^o Baptista, le vino tanta devocion y dolor de su mal propósito, que se fué luego á reconciliar con su enemigo; lo cual vieron los beneficiados de la iglesia de San Juan, donde predicaba, y ellos muy edificados desto nos lo vinieron á contar.

Una mujer, que habia muchos dias que estaba abarraganada con un casado, oyéndole uno de los tres sermones de Pasion, que hizo esta semana santa, con mucho dolor vino, arañada la cara y mesándose su cabeza, á una persona cerca de nuestra casa á le pedir intercediese para que el Padre la confesase. Al fin se confesó y está ahora muy recogida y con dolor de la vida pasada.

Un mercader, habiéndose de partir á la feria de Villalon, despues de se haber aquí confesado algunas veces y comunicado mucho en esta nuestra casa, se vino á despedir con muchas lágrimas, sintiendo mucho lo que su alma perdia en ausentarse de la doctrina y comunicación desta casa, afirmando que despues que aquí vinieron los Padres, habian hecho gran provecho en muchas almas y que, aunque no hubiera más que el que él sentia en la propia, no era pequeño negocio.

Tambien ha habido ejercitantes, de los cuales se han determinado para la Compañía cuatro estudiantes, que al presente están aquí con grande aprovechamiento *in utroque homine*. Otros se han determinado para otras religiones. Ultra de los dichos se han determinado para la Compañía un mercader, que no tiene pequeño crédito en este pueblo, así por su reconocimiento como por la verdad y hacienda, que siempre ha mantenido, aunque ahora la hacienda no es tanta cuanta ha sido; es hombre de 30 años y nunca se ha casado. Está ahora concluyendo sus negocios en una feria, de la cual nos escribe á menudo y que nunca tan buen negocio en su vida ha hecho, porque ha cobrado deudas perdidas y todo se le hace como lo podia desear; mas que nada le dá paz y contentamiento hasta ver estotro deseo, de verse en la Compañía, cumplido.

Los que al presente estamos aquí somos los diez Padres y Hermanos, que en la del mes pasado avisamos largo á V. P. Y más un otro estudiante latino y griego, que hemos recibido pocos dias ha, el cual con todos los demás de cada dia van mucho más aprovechados. Gloria al Señor, el cual por su infinita bondad se quiera siempre servir de darnos á sentir su santa voluntad.

tad y esa enteramente cumplir, guardándonos y conservándonos siempre á V. P. para el su mayor servicio. Amen.

De Medina del Campo, 26 de Abril de 1552.

El inútil, indigno y mínimo hijo en C.^{to} de V. P.

† SEVILLANO.

CXXXVI

P. Bartholomaeus Bustamante
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 29 Aprilis 1552¹.

IHS[†]

Muy R.^{do} Padre nuestro en Christo.

La gracia del Spiritu Sancto sea siempre en el ánima de V. P.

Porque las muchas ocupaciones y visitaciones que el Padre

¹ Autographae litterae in folio duplici, nn. 175 et 176.—Ut recte intelligantur quae de seipso scribit in iis litteris P. Bustamante, praestat huc transcribere quae de ejus in Societatem ingressu narrat P. Ribadeneira: "No quiero contar uno á uno todos los que en aquel tiempo vinieron á Oñate para entrar en la Compañía, porque seria cosa larga y no necesaria. Solamente quiero acabar este capitulo con decir que uno destos fué el Padre Bartolomé de Bustamante, el cual era un sacerdote teólogo y buen predicador, que había sido secretario del Cardenal don Juan Tavera, Arzobispo de Toledo, y tratado muchos y graves negocios en el tiempo que su amo tuvo tanta mano en el gobierno de los reinos de Castilla: y despues de su muerte se había recogido y se ocupaba con mucha loa en exercicios de virtud y aprovechamiento de los próximos. Estando pues Bustamante en Toledo con gran deseo de agradar á Nuestro Señor, y suplicándole muy de veras que le encaminase para aquello en que más le había de servir, y haciendo continua y fervorosa oracion á este fin, diciendo un dia misa, y teniendo el sacratísimo cuerpo de Jesu Christo Nuestro Redentor en las manos, comenzó con grandes sollozos y lágrimas a suplicarle que le cumpliese su deseo y acabase de ponerle en el lugar donde él queria que estuviese, pues en todo deseaba obedecer á su santísima voluntad. En este punto, como el mismo despues lo contaba no sin mucha ternura y

Francisco ¹ tiene, demás de alguna indisposicion de sus reumas, que le sobrevino al tiempo que esta escribo, no dan lugar á hacerlo él de su mano, me mandó que yo escribiese á V. P., dando entera relacion del suceso de su camino en la jornada, que habia comenzado para Portugal, por cumplir con la obediencia de V. P. Y porque en principio del pasado escribió á V. P. todo lo que se habia ofrecido, de que debiese dar aviso, hasta la salida de Burgos, que fué sábado ántes de la Dominica *in passione*, este dia, que se contaron dos del presente, llegó Su R. á Valladolid. Porque como verdadero hijo de obediencia, proseguia con toda buena diligencia su camino, sin detenerse cosa alguna, sino donde los negocios no daban lugar á otra cosa; y esto siguiendo siempre el sentir de los Padres por donde Su R. pasaba, como era en Burgos el Padre Estrada y en Valladolid y Salamanca los Padres Juan Gonzalez y el Doctor Torres.

Y aunque el Padre Francisco trabajó que su venida á Valladolid fuese secreta, no lo pudo ser tanto que, llegado allí el sacerdicho domingo en anocheciendo, luégo no viniese á visitarle el Marqués de Tavara y otros muchos caballeros. Y aun esa misma noche le enviaron á visitar la Marquesa de Alcañices, Condesa de Miranda y Doña María de Mendoza, muger que fué de Covos ². Por lo qual, aunque estaba determinado de se partir otro dia siguiente, no se pudo escusar de se detener allí aquel dia, porque tambien pareció al Padre Juan Gonzalez que convenia hacerse así. Predicó en Sancta Catherina de Senis á las monjas; y fué tanto el concurso de la gente, así de caballeros y de señoras como de muy buenos predicadores y cibdadanos,

devocion, sintió en su alma un impulso y sentimiento interior y una como voz que le decia que se fuese luégo á la provincia de Guipúzcoa y que allí hiciese lo que viese hacer al Duque de Gandia, de cuya nueva vida entónces aun no tenía entera noticia. Fué este llamamiento del Señor tan eficaz y poderoso, que luégo el mismo dia dejó su casa y negocios, y se partió para donde Dios le llamaba. Llegó á la provincia, halló rastro del Padre, y toda la tierra llena del suave olor de su santa vida. Entró en la hermita de la Magdalena de Oñate, y topó con el mismo Padre Francisco, con una angarilla en las manos, llevando piedra y tierra para el edificio de la pobre morada que hacia. Echóse á sus pies, dióle razon de su vocacion y venida. Declaróle el deseo que tenía de imitarle y acompañarle en aquel estado y modo de vida. Concertáronse fácilmente los dos, porque era uno el espíritu que á ambos les movía: y así, despidiendo sus criados, quedóse Bustamante con el Padre Francisco. Y despues fué su compañero mucho tiempo, ayudándole con su religion y gran prudencia en las jornadas que hizo y en los negocios que trató. „*Vida del Padre Francisco de Borja*, lib. II, c. IV.

¹ P. Franciscus Borgia.

² Covos, Franciscus de los Covos, Carolo V Imperatori a secretis.

que no pudieran ser más si estuvieran de algunos dias prevenidos. Nuestro Señor sea loado por todo; que cierto parece que se recibió en aquella villa mucha edificacion con ver á Su R., y oir su predicacion, y tener concebido todos que predica *opere et sermone*.

Este mismo dia, en acabando de comer, hizo las visitaciones de comedimiento, que allí debía, que fueron á las tres señoras, que he dicho lo habian enviado á visitar á la misma hora que había llegado de camino, y al Marqués de Tavara y Conde de Buendía, que le había ya visitado. Ocupóse en estas y otras visitaciones toda aquella tarde de manera que volvió ya noche á Sant Antonio¹, donde halló al Condestable, que le había venido á ver en una litera, porque andaba mal dispuesto y supo que Su R. le había ido á visitar aquella tarde á su casa, y por estar durmiente, no había consentido que le despertasen. Platicaron en lo del Colegio de Burgos, que el Cardenal Don Iñigo dejó mandado hacer², tratando de si se pudiese darse á la Compañía; y por la breve estada del Padre Francisco allí, dejó encomendado al Marqués de Tavara que instase sobre ello, aunque el Condestable pone alguna dificultad, por parecerle que no será conforme esto á la disposicion del testador. Y pues no parece que está fuera de platicar en ello, espera Su R. que Nro. Señor lo guiará como más se sirva y que por ventura habrá efecto lo que se pretende. Platicaron gran rato aquella noche en cosas de la Compañía, y con esto y con haber Su R. visitado á la Duquesa³ en la Casa de la Reina, como por su letra tiene dado aviso á V. P., quedó dispuesta la materia para favorecer las cosas de la Compañía.

Aquella tarde había venido el Conde de Lerma⁴ de Tordesillas á ver á Su R., con el qual se partió otro dia para Tordesillas por ver á los Marqueses de Denia, á quien se debia esto, aunque no fuera sino por benefactores de la hermita de la Magdalena. Detuvieronle allí hasta el viernes todo el dia, y pidiéndole que predicase el mesmo viernes por la mañana en el monasterio de Santa Clara; lo qual se hizo así y tuvo un tan

¹ Domus, quam incolebant nostri Vallisoleti degentes.

² Vide *Cartas de San Ignacio*, t. iv et v, passim.

³ Ducissa de Frias, Comitis Stabilis uxor, et Patris Francisci de Borja amita.

⁴ Patris Francisci de Borja gener.

gran auditorio que apenas pudo llegar Su R. á subir al pulpito, segun la gran apretura de la gente. Posó Su R. y los compaÑeros en el monasterio del Rosario, que es de Dominicos y está fuera de la villa , donde el Padre Prior le hizo muy buen acogimiento. Es persona notable en vida y letras y muy devoto de Su R.

Luégo el sábado siguiente partiÓ para Toro, donde estaba la Princesa de Portugal ¹. Porque puesto que Su R. estaba determinado de se partir desde Tordesillas derechamente á Medina del Campo, por visitar allí á nuestros hermanos , sin llegarse á Toro, como la Princesa sabia ya que Su R. habia de venir por Tordesillas, el mismo dia que llegó allí, le vino mandato de Su Alteza que en ninguna manera dejase de visitarla luégo; y así, no sufriéndose otra cosa , llegó sábado de Ramos ² á Toro despues de anochecido. Y luégo el Domingo, como la Princesa supo que era venido, le envió á mandar que fuese á palacio ; lo qual hizo con intencion de pedir licencia á Su Alteza para partirse de allí otro dia siguiente ³ de al tercero dia. Quiso Su Alteza que le predicase aquella tarde en su aposento; y así lo hizo, estando presentes los de su casa. Platicó despues del sermon un rato con Su Alteza; y despues de la plática, pidiéndole Su R. licencia para partirse otro dia, no solamente no se la quiso dar, mas aun le mandó expressamente que se detuviese allí toda la semana santa; y queriéndose Su R. escusar con decir que tenia negocios de importancia, que comunicar en Salamanca con el Doctor Torres, y no sufrian dilacion por el temor de la obediencia, que Su R. tenia sobre los dichos negocios, tomó Su Alteza por medio que enviaria á llamar al Doctor Torres y que en Toro se comunicarian los negocios; y así mandó luego escribir para el Doctor Torres; y aunque por ser el tiempo que era y tener algunos exercitantes en casa, entre los quales habia algunas personas de calidad, respondió escusándose, y como ya se habian comunicado muy particularmente por cartas Su R. y el P. Doctor, respondió que Su R. podia quedar allí el tiempo que Su Alteza mandaba, sin daño

¹ Joanna, Caroli V filia, Principi Portugalliac desponsata, ideo *Princesa de Portugal* dicta.

² Sabbato ante Dominicam Palmarum.

³ Abscissa charta, deest unum aut alterum vocabulum.

de los negocios; y así lo hizo por sentir que no era justo dejar de obedecer á Su Alteza.

Partió Su R. de Toro sábado víspera de Pascua y llegó aquella noche á Salamanca, donde está ya de vuelta para Oñate.

Muchas gracias se deben á Nuestro Señor, que por su infinita bondad ha encaminado esta jornada del Padre Francisco, de manera que, no consiguiendo el fin con que se comenzó, que fué la ida de Portugal, si Su R. hubiera caminado muchas más leguas, fuera bien empleado el trabajo, donde tanto fruto se ha cogido. Porque *ad laudem omnipotentis Dei* puedo decir, como testigo de vista, que en todas las partes donde Su R. ha llegado, se ha hecho tanto fruto y ha perdido tan pocos ratos, que no parece haber salido de la hermita, sino como predicador y varon apostólico á discurrir por estas partes á efecto de tratar de la honra de Dios y aprovechamiento de los próximos. Especialmente en Toro se ha hecho gran fruto; porque Su Alteza quiso que todos los días, que Su R. allí estuvo, le tuviese particularmente espirituales coloquios á la mañana y á la tarde; y tenía siempre cuidado de le mandar llamar cada vez que había de ir á palacio; y cierto no se descuidaba, porque venia el mensajero á tiempo que pudiese durar cada coloquio dos horas, de manera que se empleaban siempre en este santo ejercicio cuatro horas cada dia; y aun muchas veces, despues de haber platicado con Su Alteza delante de sus damas y de las otras personas preminentes de su casa, venian particularmente muchas de aquellas señoras á pedir consejos á Su R. y comunicarle cosas de sus conciencias. Que cierto, si el Espíritu Santo no le hubiera dado fuerzas, creo fuera intolerable tanto trabajo; y así parece que no dejó de hacer alguna muestra en sus antiguas indisposiciones de ventosidades y reumas, aunque por la bondad de Nuestro Señor va cobrando sus fuerzas, no embargante que jamás deja de obrar *in vincis Domini*, y en particulares coloquios que tiene con muchos continuamente, ó en sermones públicos, nunca cesa para grandísima confusión de los que con Su R. andamos.

Lo que se trató en los particulares coloquios, que con la Princesa tuvo, fué una manera breve de exercicios, dejando siempre á Su Alteza por escrito lo que le había aquel dia platicado y todos sus puntos de la vida y pasión de Christo, repar-

tidos por los dias de la semana. Es gran indicio de haberse Su Alteza aprovechado mucho ver la buena voluntad y devocion, con que prosiguió estos exercicios, y que ha dicho que quiere frequentar mucho las confesiones; y en este mismo propósito están muchas de aquellas señoras principales de su casa. Demás desto ha dado muy buen exemplo en que, habiendo dicho el Padre Francisco á Su Alteza quán perniciosa era la lection de los libros profanos, que en aquel palacio se usaba, se los envió todos á Su R. á su posada, quantos Su Alteza tenia, la noche ántes que partiese para esta cibdad; que no hizieron pequeña lástima á algunos caballeros seglares, porque eran muchos y muy curiosamente encuadrernados; los quales, habiendo primero rompidose algunos quadernos de cada uno dellos, los envió Su R. al confesor de Su Alteza, que para él no fué mal presente, segun mostró ser enemigo dellos, predicando muchas veces contra semejante lection.

Partió Su R. el sábado santo para esta cibdad y llegó aquella misma noche, donde se ha detenido hasta hoy, dia de la data desta, por órden del Padre Doctor Torres. Ha sido visitado del Obispo y beneficiados desta iglesia y de los caballeros y principales religiosos destos monasterios, y así mesmo de la Condesa de Monterey, y de doña Elvira, su muger de Don Diego de Acebedo, las quales vinieron á esta casa de la Compañía á visitarle. Espérase en el Señor que habrá sido provechosa la venida de Su R. aquí, así para lo temporal como para lo espiritual, segun parece queda movida esta cibdad. Predicó la Dominica *in albis* á instancia del Obispo y de los beneficiados del Cabildo, y fué el sermon en Sant Agustin, porque había allí procesion de los andaluces aquel dia¹; y concurrió al sermon todo lo bueno de la cibdad, digo, el Obispo y beneficiados de la iglesia con todos los caballeros y cathedráticos desta cibdad. Gloria sea á Nuestro Señor, *qui dedit evangelizanti verbum virtute multa*. Quedaron todos tan edificados que no tratan sino del agravio que reciben en dejar Su R. de detenerse aquí muchos dias. Escribo esto tan particularmente *ut in omnibus laudetur Christus, qui est benedictus in saecula saeculorum*. Y

¹ Vide POLANCO, *Chron.*, Soc. Jesu, t. II, pag. 611, n. 447 et not. I, et CIENFUEGOS, *Vida de San Francisco de Borja*, lib. IV, c. 4, §. III.

no me atreviendo en muchos años á escribir á V. P., si no me forzara la obediencia, por ser hijo abortivo y tan nuevo en esta santa religion, doy gracias infinitas á Nuestro Señor, que aun hasta esto ha sido Su Majestad servido de regalarme. Habíame olvidado de decir cómo Su R. tuvo coloquios espirituales en cada uno de los monasterios de monjas, que aquí hay, porque las perladas negociaron esto, y quedan muy edificadas de la doctrina y exemplo de Su R.

Nuestro Señor la muy reverenda persona de V. P. guarde muchos años en su servicio y tenga siempre de su divina mano para que sienta su voluntad y enteramente la cumpla.

De Salamanca, 29 de Abril 1552.

De V. P. menor hijo y siervo en Christo.

BUSTAMANTE.

Alia manu: 1552. Salamanca.

CXXXVII

P. Maximilianus a Capella
 Patri Ignatio de Loyola.
 Methymna Campi, 29 Aprilis 1552¹.

IHS[†]

Admodum R.^{de} in Chro. Pater:
 Gratia et pax Jesu Christi Domini Nostri et communicatio
 Sancti Spiritus sit semper nobiscum. Amen.

Illa, quae hoc quatuor mensium intervallo proxime elapso
 benignus Dominus per ministerium horum minimorum filiorum
 tuorum dignatus est operari, sunt ea quae nunc jam recensebo.

Imprimis itaque ut a concionibus Patris Magistri Baptistae
 sumam initium, ab eo tempore quo ipse in hac urbe Methy-
 mnensi concionari coepit, est fuitque semper toti populo gratis-
 simus et in magna reverentia summo cum amore conjuncta
 apud omnes habitus, ipsiusque documenta atque consilia, ut
 suavissima ac saluberrima, plurimi sequuntur et amplexantur.
 Hincque factum est ut per ejus conciones atque exhortationes
 non pauci immodicum vestium cultum et dissolutam vitae lasci-
 viam, quibus antea diffuebant, cum magna omnium admiratione
 et aedificatione deseruerint ac in modestiae et temperan-
 tiae virtutem longe felicius commutarint. Et hanc quidem
 mutationem dexterae Excelsi peculiariter factam novimus in qui-
 busdam matronis, generis nobilitate et divitiarum opulentia
 claris, quae non tantum ob ejusmodi deliciarum et mollioris

¹ Autographae litterae in folio 198.—Aliud non sunt, ut legenti patet, quam ornata
 et elegans latina versio litterarum fratris Petri Sevillano, quas supra n. CXXXV,
 pag. 577 dedimus.

vestitus nimiam profusionem male audiebant, verum etiam tamquam inventrices exquisitae harum superfluitatum ore publico ferebantur.

Deinde vir quidam in animum induxerat et firma deliberatione mentis statuerat proximo suo insignem irrogare ignominiam, qui dum hac quadragesima uni ex concionibus Patris Baptistae interesset, tanta devotione et animi dolore subito affectus est ut omnem rancorem et odium conceptum ac mentis pravam intentionem illico deponeret, statimque inimicum adiit et cum illo in gratiam rediit; quod ressidentes sacrifici D. Joannis, in qua id contigerat, gaudentes ad nos venerunt nobisque rem omnem ut gesta fuerat narraverunt.

Praeterea mulier fuit, quae a multo tempore viro alieno concubina fuerat. Haec, auditio uno ex tribus sermonibus, quos habuit Pater Baptista de Passione Domini in hebdomada sancta, tacta est dolore cordis intrinsecus, et facie unguibus laceata capitisque velamine detracto, quemdam vicinum nostrum adiit, eum obnixe rogans ut apud nos intercessor existeret efficaretque ut Pater Baptista ipsius confessionem audiret; potita tandem suo desiderio confessa est jamque vitam degit honestam et castam, recogitans annos elapsos in amaritudine animae suaे.

Praeter haec mercator quidam solebat domi nostrae confiteri suasque spiritus necessitates et cuncta animae consilia Patribus communicare; hic iturus ad nundinas oppidi, vulgo Vilalon appellati, non prius sibi discedendum existimavit quam nos alloqueretur ac vale pronunciaret. Venit ergo domum nostram tristis atque lachrimabundus, deplorat jacturam quam passura erat anima sua, ut ajebat, ex absentia et elongatione familiaritatis et conversationis, qua antea usus hactenus fuerat cum Patribus et fratribus hujus domus. Affirmabat insuper ac obiter referebat quanta utilitas quamque copiosus fructus animalium appareret ex eo tempore quo advenit Societas nostra in hanc urbem; qui nequaquam minimus foret, dicebat ille, etsi nullus aliis decerpi possit nisi is quem anima ipsius percepit, quem persensit maturescere.

Ad haec omnia, nonnulli exercitia spiritualia apud nos suscepserunt, quorum quatuor scholares sese Societati addixerunt ac dederunt; suntque in praesentiarum in hac domo, quotidie pro

gredientes de virtute in virtutem; reliqui vero se suamque vitam aliis religionum institutis consecrarunt.

Praeter hos mercator quidam, nondum suscepit excreitiis, Societatis vivendi morem amplexandum delegit, qui quidem in hac urbe non exiguae est existimationis, tum propter morum probitatem tum propter opum facultates, licet hae nunc non tam ampliae sint quam ante fuerunt. Vir est triginta circiter annorum, adhuc coelebs; jam est in nundinis finem imponens negotiis saecularibus et ab iis se extricans, quibus hactenus irretitus fuerat. Nobis frequenter scribit de statu rerum suarum. Affirmat negotiationes suas numquam magis ex animi sententia successisse quam hoc tempore; debita namque prorsus desperata recuperavit. Attamen ait et ingenue fatetur hunc rerum successum nequaquam animae paci conferre, sed cor suum tandem inquietum fore, donec se conspiciat velut infantulum, intra gremium Societatis, lac ex ejus uberibus sugere et cibis ab ea praemansi enutrir.

Domi decem sumus, omnibus simul annumeratis, tam laicis quam clericis, sicut superioribus litteris scripsi fusius Pa. Tuae; intra quos paucis abhinc diebus admissus est scholaris Salmanticensis, utriusque linguae utcumque peritus. Ipse cum caeteris omnibus in dies magis ac magis provehuntur in virtutum ac litterarum incremento. Deo semper et ubique in omnibus et per omnia laus, honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. Divinam ejus majestatem suppliciter deprecor ut nobis gratiam illam dignetur elargiri, qua sanctissimam ejus voluntatem perfecte agnoscere possimus agnitamque toto cordis conatu amplectamur. Amen.

Dominus Jesus Paternitatem Tuam nobis diu servet incolmem et divino spiritu suo benigne semper tibi assistat ad gloriam et honorem nominis sui.

Methymnae Campi, 3 cal. Maji 1552.

Indignus et minimus filius P. T.

MAXIMILIANUS A CAPELLA.

CXXXVIII

N. Navarro,

*Ex commissione Patris Joannis Baptistae de Barma,
Patri Ignatio de Loyola.*

Gandia, 30 Aprilis 1552¹.

IHS[†]

Muy Reverendo en C.^{to} Padre.

La gracia y paz de Cristo Nuestro Señor sea siempre en nuestras almas. Amen.

Por no estar nuestro P.² bien dispuesto de salud y por tener muchas ocupaciones, me mandó escribiese á V. P. lo que hay que avisar de las cosas que el Señor se ha servido obrar en estos cuatro meses por sus siervos. Salió nuestro P. Baptista por fiestas de Navidad á hacer una peregrinacion y á visitar unas villas y lugares que están cerca de aquí, y porque de esto ha escrito el mismo P. á V. P. bien largo, sólo tocaré algunos punto en suma. Fué tanto el movimiento que el Señor dió en aquellos pueblos, cuando el P. comenzó á predicarles, y fué tanta la devucion que tenian, que así para oir los sermones como para confesarse acudian á la iglesia aun en dias de hacer algo³, como si les hubiera venido algun jubileo grande; y por tanto, el P. nuestro y el P. Baltasar⁴, su compañero, no tenian tiempo ni aun para comer y rezar con las muchas ocupaciones y confesiones, y si hubieran ido cuatro y aun más, estuvieran todos ocupados. Fueron los Padres al hospital, y la gente, no

¹ Autographae litterae in duplice folio nn. 248 et 249.

² P. Joannes Baptista de Barma, Gandiensis Collegii Rector.

³ aun en dias de hacer algo, diebus etiam profestis.

⁴ P. Balthasar Diaz.

contenta aún de los sermones que el P. les predicaba, se venian al hospital y allí les predicaba de nuevo, y particularmente á los pobres que allí habia. Quando de un lugar iban á otro, se iban tras ellos con gran devucion; era tan grande la caridad que aquella gente tenia, que no sólo no era menester pedir limosnas, pero aun á ellos les sobraba para hacer limosnas á otros pobres y habian de despedir muchas otras caridades. Predicaba el P. ántes de comer dos sermones, y si en el primero con mucho hervor, en el segundo con mucho más espíritu y devucion, y con más satisfaccion de las gentes hacia las pláticas. Muchas predicaba tambien despues de comer, y con esto quedó la gente muy movida, y tanto que ha venido de aquellas villas un hombre muy principal, en nombre del pueblo, á pedir á Ntro. Padre Provincial ¹ diese licencia para que el P. Doctor Baptista les predicasen la cuaresma que viene, porque para la pasada, que le rogaron mucho al P. que les predicasen, les respondió el P. que, si no era con licencia del P. Provincial, no lo podia hacer. Y con haberles pedido el púlpito un Provincial Agustino para la cuaresma que viene, vienen, como digo, á pedir licencia á nuestro Provincial. Quedó la doctrina cristiana asentada en muchos lugares para que se enseñase las fiestas.

Hay en este reino un daño muy grande en las almas de muchos cristianos, de que no se hacen las confesiones enteras; y por esta causa oyeron confesiones muchas de muchos años; y esto mismo se ha hecho aquí en Gandia, porque pienso que solo un Padre en esta cuaresma ha reiterado más de diez.

Habia en un pueblo de los que anduvieron los Padres un hombre principal que habia diez y seis años que estaba amancebado; y con el grande movimiento que el Señor le dió en los sermones del Padre, se fué á él al hospital, y en él hizo el Señor que se casase con la que tenia por manceba y de la que tenia muchos hijos.

Tenian los lugares competencias y cierta manera de santa envidia entre sí, y por tanto enviaban con grande instancia que les hiciese caridad de irles á ellos tambien á consolar y predicar.

¹ P. Antonius Araoz.

Cuando los Padres se venian, vinieron tras ellos tres clérigos muy movidos; estuvieron aquí algunos dias recogidos, y se confesaron generalmente y aprovecháronse mucho, á lo que creemos. Estas cosas brevemente las digo de la peregrinacion de nuestro Padre y no más por la razon ya dicha.

La gente de este pueblo se aprovecha de cada dia más por la bondad infinita del Señor; confiesan cada domingo y comulga mucha gente, así hombres como mujeres muy devotas; domingos y fiestas siguen los sermones y doctrinas con muy grandes deseos de aprovechar. Han echado de ver¹ muchos los sermones del P. Baptista, por una enfermedad que ha tenido en esta cuaresma, la cual, á lo que yo entiendo, hace [un] año que la llevaba á cuestas y de vencido hubo de caer con ella. Procedia de grandísimos trabajos y muchos, que ha tenido y tiene, de haber leido y estudiado á horas importunas, por no tener lugar para el tiempo conveniente al estudio y por el gran deseo de llevar siempre á cuestas la cruz del Señor bien cargada. Sangraronle dos veces y le purgaron, y con la purga le dió un dolor grande en todo el cuerpo y especialmente en las piernas. Visitóle el Señor muy liberalmente, como suele; ahora tiene algun pujamiento de sangre. Tenemos mucha necesidad de su salud; el Señor provea la que todos hemos menester. Predicó el P. con harta indisposicion á las mujeres públicas delante del pueblo en la semana santa, aficionáronse á él estos señores, y se hizo fruto en él y se convirtió y casó una de ellas. La doctrina cesó en la cuaresma de predicarse, para tornarse á predicar con la gracia del Señor presto. Suele venir mucha gente á la doctrina y con mucho deseo de aprovecharse. Pensamos que todo este pueblo verá lo que se pretende con ellos, y que viéndolo, tomarán con amor la doctrina y voces que el Señor da á las puertas de sus almas.

Es para alabar mucho al Señor el ver á este pueblo tan mudado de muy poco tiempo á esta parte y tan devoto. El Señor Duque y Sra. Duquesa son parte de esto, y lo serán más de aquí adelante, porque viendo el pueblo su devocion y viendo por otra parte las inspiraciones que les da, no dejarán de aprovecharse mucho. Cuando estuvo aquí Nuestro P. Provincial,

¹ Sic; sensus tamen videtur exquirere *de menos*.

vino el Sr. Duque á visitarle muchas veces; y cuando estuvo enfermo nuestro P. Baptista, vino tambien y tiene grandes deseos. Dicen algunos que creen que hará como su padre; tiene grande entendimiento y habla mucho de las cosas de Dios y de confusiones (*sic*); y la Duquesa es una bendita alma y de grandísimo ejemplo de Señoras. El Señor los aumente en su amor¹.

Los Padres y hermanos están buenos de salud corporal por la gracia del Señor, y se aprovechan mucho así en las letras como en el espíritu; tienen grande ejercicio en el estudio y con grande órden tienen, ultra de sus repeticiones cada dia, conclusiones los teólogos; despues que el P. Baptista les ha leido la licion, ellos la pasan y escriben la licion cada uno en su cartapacio, que el P. saca en escritos para ahorrar tiempo y trabajo. Son los teólogos, que oyen, ocho, y de muy buenas habilidades casi todos, y todos desean aprovecharse en el espíritu del Señor. Traen grande hervor y grandes deseos de ser muy obedientes. El Señor nos dé su gracia para que en obras lo seamos.

Doy muchas gracias al Señor por la oportunidad que nos ha dado para pedir á V. P. caridad muy grande, como es que pueda sacar una alma en cada misa de las que dijere. A ello me atrevo, como hijo muy confiado de las entrañas muy abiertas que V. P. tiene para con sus hijos, especialmente con los flacos y miserables, como soy yo, aunque muy indigno hijo de V. P.

Nuestro P. Provincial llegó aquí esta noche de Valencia muy molido y mal dispuesto de un grandísimo calor, que se le metió en el cuerpo; y aunque la ceática se le ha algo aliviado, y unas y otras maneras de enfermedades parece que le brotan á su Paternidad, consuélanos la muy grande paciencia que tiene y muévenos tambien á grande compasion. El Señor le dé la salud que sabe que ha menester él y nosotros, y nos dé á conocer su santa voluntad.

Nuestro P. Bautista y todos los otros Padres y Hermanos desean mucho ser encomendados en las oraciones de V. P. y de todos los que ahí están, y lo mismo yo, P. mio, aunque hijo abortivo, pido mucho á V. P.

¹ Sermo est de Duce Gandiae novo, Carolo de Borja, ejusque uxore.

En Gandia, postrero de Abril de 1552.
Por comision de nuestro P. Bautista,
De V. P. indigno hijo y siervo,

†
NAVARRO †
†

Superscriptio in quarta pagina: Al Muy R.^{do} en Chro. P.
el P. Maestro Ignacio de Loyola, Prepósito General de la Com-
pañía de Jesus, etc., en Roma.

Alia manu: 1552. Navarro.

Praecedentium litterarum latina versio ¹.

†
IHS

Admodum in Christo R.^{de} Pater.

Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi sit semper in ani-
mis nostris. Amen.

Partim quia P. N. non recte valeat, partim propter multas
ejus occupationes, jussus sum ab eo ad te litteris mandare illa,
de quibus certior fieri deberes, quae nimurum hoc quadrimestri
Dominus apud nos operari dignatus est per famulos suos.

Egressus est P. noster Baptista natalitiis diebus, ut peregrin-
aretur et inviseret quaedam oppida et loca, quae juxta nos
sita sunt; quoniam tamen scripsit jam Pater ad te de his copiose

¹ Terna habemus hujus latinae versionis exemplaria. Primum autographum in
fol. n. 202, in quo tamen solum verba illa postrema: *commissione patris nrí. Bapti-
stae, tuus indignissimus filius, Navarro*, sunt manu ipsius Navarro. In eo tot sunt
vocabula lineis aut circum clausa aut opena et etiam atramento corrosa, ut impossi-
ble fere sit litteras, prout primo scriptae fuere, transcribere. Ideo nos secundum
emendatum exemplar, a J. Ph. Vito confectum, in fol. 203, hic transcribemus. Tertium,
huic in omnibus simile, est in fol. 54 Cod. 1551.

satis, perstringam dumtaxat in summa puncta quaedam. Tanta fuit animorum agitatio, quam Dominus praestitit populis illis, aggrediente illis Patre concionem, fuit praeterea tantus et tam bene affectus animus, quem habebant, tam ad conciones audiendas quam ad peccata sua patefacienda, ut templum diebus etiam profestis adirent, perinde ac magnum aliquod jubilaeum esset oblatum; quapropter Patri nostro, Patri etiam Balthasari, comiti suo, tempus non supererat comedendi precesque recitandi; quod si quatuor et eo plures iissent, omnes fuissent probe impediti. Adierunt Patres hospitale. Populus pariter, concionibus auditis nequaquam contentus, confluebat ad hospitale; ubi denuo illi Pater concionabatur, et seorsum pauperibus qui illic aderant; quando Patres ab uno ad alium se conferebant locum, cum magna eos devotione sequebantur. Tam magna vigebant populares illi charitate, quod non modo opus non erat eleemosynas petere, sed potius illis supererant, quae aliis possent pauperibus in eleemosynas porrigi. Concionabatur Pater bis ante prandium cum majori populi applausu; concionabatur item post prandium; quibus rebus mansit gens illa valde bene affecta, usque adeo ut quidam, homo quidem praecipuus, nomine populi venerit petiturus a Patre nostro Provinciali facultatem, qua liceret P. nostro, Doctori Baptistae, ventura quadragesima apud illos concionari. Responderat enim Pater se sine P. Provincialis venia id efficere non posse. Quemdam tamen Provincialem Augustinianum ab eis suggestum in proximam quadragesimam petiisse auditum est.

Doctrina christiana in multis locis diebus festis declamatur.

In hoc regno hoc malum viget quod non integrae confessio-nes sunt. Existimo enim unicum dumtaxat Patrem in hac quadragesima plures quam decem audisse confessiones reiteratas. Erat in quodam oppido eorum, quae peragrarunt Patres, homo quidam princeps, qui a sexdecim annis haberet concubinam, qui magna commotione, quam praebuit illi Dominus in concionibus Patris, ita Dei beneficio ac Patris persuasu immutatus est, ut uxorem eam duceret quam antea concubinam habebat, ex qua multos suscepserat filios. Habebant oppidani illi quamdam sanctam inter se aemulationem, et proinde mittebantur nuncii magnis efflagitationibus a Patre petituri adiret etiam eos, ut et alios, et consolaturus et concionaturus. Dum Patres

reverterentur ad nos, sequuti sunt eos tres sacrifici conciti valde; egerunt hic apud nos per aliquot dies et generaliter confessi sunt; multum fructus facturos existimamus. Haec perfunctorie de peregrinatione Patris nostri dicta sufficiant.

Gens hujus oppidi magis in dies proficit propter immensam Domini bonitatem. Confitetur enim singulis diebus dominicis et recipit simul Sanctissimum Jesu Christi Corpus magna pars tam hominum quam mulierum; sectatur conciones simul et doctrinam christianam maximis proficiendi desideriis. Multi requierunt conciones Patris nostri Baptiste; sed propter quamdam infirmitatem, qua affectus est hac quadragesima, quin etiam et per annum integrum, ut intelligo, eorum votis satisfacere non potuit. Procedebat autem ex maximis multis laboribus, quos perpessus est et adhuc perpetitur in legendis lectionibus, horis quidem incommodis, quod aliud non detur tempus ad id studium accommodatum, tum praeterea propter nimium desiderium ferendae semper crucis Domini. Concionatus est P., etsi valetudinarius, hebdomada sancta, cuius concioni interfuerunt Dominus Dux et uxor ejus et frater, etc., in qua profecit concione plurimum.

Intermissa est doctrina Christiana in quadragesima propter alias varias et externas et domesticas occupationes Patrum, Dei tamen gratia ante paucos dies resumenda. Magna populi pars solet ad doctrinam confluere desiderio progrediendi in spiritu. Est quod valde laudemus Dominum propter populum hunc brevissimo temporis spatio tantopere mutatum et ad virtutem affectum. Cum aderat hic Pater noster Provincialis, saepe invisus est a Domino Duce; tum P. noster Baptista, cum aegrotabat; habetque magnum desiderium serviendi Deo. Nonnulli ajunt non secus atque patrem suum facturum. Pollet magno ingenii acumine, agit praeterea multa de rebus divinis et confessionibus. Uxor autem ejus est perquam benedicta anima maximoque exemplo aliis. Dominus augeat in eis suum amorem.

Patres atque fratres prospera fruuntur valetudine, Dei gratia; faciunt item magnos tam in litteris quam spiritu progressus. Habent magnam in studiis exercitationem, magnum praeterea ordinem; habent praeter suas quotidianas lectionum repetitiones etiam suas conclusiones theologicas. Postquam P. noster Baptista interpretatus est lectionem, ipsi eam repetunt

atque scribunt singuli in suis libris exceptoriis. Theologi, qui audiunt eum, sunt octo, et fere omnes ingenii acie praestant, cupiuntque omnes in Domini spiritu proficere. Magnum habent fervorem magnaue desideria promptissime obediendi, quam Dominus praestet nobis gratiam. Pater noster Provincialis hac nocte Valentia ad nos pervenit, valde concussus atque satis male habens propter aestum nimium, quo in itinere pressus est; morbo licet illo, quem *ceaticam* vulgo dicimus, sit aliquantum levatus, sunt alia et alia morborum genera, quae in illo pullulascere videntur. Consolatur nos tamen maxima ejus patientia. Dominus illi conferat eam salutem, quam ipse novit nobis et ipsi necessariam; et concedat nobis suam noscere et adimplere semper voluntatem.

N. P. Baptista caeterique Patres atque fratres exoptant tuis orationibus atque omnium istic existentium Deo plurimum commendari; idem et ego, abortivus licet, tuus filius, Pater mi, obnoxie peto.

Vale. Gandiae, pridie Calendas Maii anno 1552.

Commissione Patris Nostri Baptistae.

Tuus indignissimus filius,

NAVARRO.

*Ipsius J. Ph. Vito manu in quarta pagina: Ex Gandia.
1552. Q. Gand. Maji.*

CXXXIX

P. Bartholomaeus Hernandez
 Patri Ignatio de Loyola.
 Salmantica, 30 Aprilis 1552 [†].

JHS[†]

Muy R.^{do} P. in Christo.

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit nobiscum.

Lo que se ofrece de avisar á V. P. despues de la de los cuatro meses pasada, es que el Señor por su bondad ha dado salud á esta casa despues acá, y que nuestro Señor nos ha dado siempre en que nos ejercitemos con muchas confesiones y comuniones de estudiantes; y frecuentanlas muchos de los principales de la Universidad, y todos con mucho aprovechamiento de sus conciencias, tanto que se dice entre personas de autoridad que, despues que está aquí la Compañía, está esta Universidad reformada grandemente *maxime* en lo de los juramentos.

Han hecho los ejercicios algunas personas de qualidad, entre las cuales ha sido un colegial de los más principales, catedrático, y un fraile de S. Agustin; y algunas Señoras tambien los han hecho, la una de ellas monja.

Tambien esta semana santa entraron aquí dos caballeros estudiantes á los hacer; el uno de ellos se determinó para la Compañía; el otro se volvió á su casa muy aprovechado y allí tiene mucha cuenta con la oracion, y con sus lectiones y otros ejercicios virtuosos. Tambien hicieron otros tres los ejercicios, y todos se determinaron para la Compañía; el uno de ellos habia acabado su curso de teología y es muy docto, y ejercítase ahora

[†] Autographae litterae in folio n. 179.

en los oficios humildes de casa; habia dos años que continuava á se confesar aquí en casa cada ocho días; los otros dos, el uno de ellos era un artista, el otro un gramático, y este es de poca edad y de grande habilidad. Otros dos teólogos están tambien determinados para la Compañía. El uno de ellos ya hace los ejercicios, el otro está determinado de venir, acabados ciertos negocios, los quales concluirá dentro de quince dias. Otros han hecho los ejercicios: un teólogo, y un canónigo y dignidad de la ciudad de Málaga, y otro jurista; todos han salido por la bondad del Señor muy aprovechados. A él sean dadas las gracias por todo.

El caballero, que arriba dije, con uno de los estudiantes envió el P. Doctor ¹ á Oñate, porque aquí no fuese molestado de sus parientes y para que allí prosiguiese su teología. El otro artista envió á Medina para que allí prosiguiiese su curso. Andan aquí otros cuatro: dos de ellos latinos, otros dos lógicos, que há muchos dias que piden que los reciban, y no se admiten por las pocas facultades que hay en esta casa.

De la ciudad de Leon, cerca de Valladolid, nos han enviado tres cartas, en las cuales ensalzaban mucho nuestro instituto y pedían con grande instancia que enviasen allí dos ó tres Padres, los cuales les enseñasen el verdadero modo de ser cristianos, conforme al instituto de nuestra Compañía; y que esperaban que se haria muy gran fruto en las almas y servicio á Nuestro Señor; y dijeron que tenian ya determinados para dar á la Compañía una iglesia con su casa y su refectorio, suficiente para diez hermanos, y que tenian ciertos molinos y otra hacienda, lo qual todo estaba anejo á la iglesia; y no se ha podido responder á sus deseos por la mucha falta que hay de sujetos. *Dominus mittat operarios in vineam suam.*

Esta cuaresma ha predicado aquí un fraile dominico, hombre de linaje y de muchas letras y espíritu, el cual en muchos de los sermones, que ha hecho, ha dicho muchas cosas de la Compañía y de los de ella, tanto que nos era á nosotros grande confusión; y predicando en un monasterio de monjas de su orden un sermon de la Pasión, tratando de la oración que Christo hizo en el huerto, vino á tratar de la oración y del grande fruto

¹ P. Doctor Michaël de Torres, Salmanticensis Collegii Rector.

y provecho que trae al cristiano, y tratólo muy largamente en tres ó cuatro sermones. Vino á decir: esto ha enseñado admirablemente un varon apostólico, á quien Dios se lo ha comunicado, para que eche fuego á los corazones duros y fríos, y esto enseñan sus hijos; y dijo: estos de la Compañía de Jesus digo; que cual es el nombre tales son las obras; y de esto hay un libro admirable que enseña esto; y quien dijere de él mal, acusadle delante los Inquisidores, porque está aprobado por los Inquisidores apostólicos y encomendado que todos los cristianos se aprovechen de él por los Sumos Pontífices y por los Inquisidores apostólicos. Este bendito fraile es tanto lo que ama á la Compañía, que él ha padecido de sus frailes y de otros muchas vejaciones y persecuciones por ello, y á él parece que cada dia se le acrecienta el amor. Es hombre de gran vida y de mucha penitencia. Ha dicho muchas veces que si á él lo recibiesen en la Compañía, que seria para él el mayor beneficio que se le pudiese hacer en esta vida; y que no le sustentaba otra cosa, dijo al P. Francisco ¹, sino pensar que algun dia Nuestro Señor le cumpliria esta merced.

El P. Francisco de Borja vino aquí víspera de Resurrección, y consolámonos muy mucho en el Señor y con él todos, porque parece que le ha dado conversacion más de ángeles que de hombres. Viniéronle aquí á visitar luego de parte del Cabildo de la iglesia mayor dos canónigos, y rogáronle mucho que quisiese predicar en aquella iglesia. El les respondió que Nuestro Señor les pagase aquella cuenta, que sus mercedes hacían de aquel pecador, y en lo del sermon dijo que lo que él tenia que ofrecer era su buena voluntad, y aquella ofrecía; y que en lo demás él era súbdito, que lo que le mandase el P. Doctor, que era su superior, que eso haría. Concertóse que predicase el Domingo adelante y, estando así concertado, unos caballeros y los mismos frailes más principales de S. Agustín vinieron á pedir con mucha instancia que el sermon fuese en su monasterio, por causa que allí se hacia una fiesta muy principal de los estudiantes andaluces ². El respondió que lo que le mandasen haría; y así ellos lo trajeron con los canónigos, con quienes estaba concer-

¹ P. Franciscus de Borja.

² Vide POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 611, not. 1.

tado, que lo tuviesen por bien ; y predicó Dominica *in Albis*; y fué tanto el consuelo y concurso de la genté, que no se ha visto cosa semejante muchos dias há; halláronse presentes muchos caballeros, y el Obispo, y muchos letrados ó los más de Salamanca. Fué cosa de muy grande edificacion y agradó mucho con el sermon.

Despues de esto fué muy importunado de muchos monasterios de monjas, para que predicase en ellos ó les hiciese alguna plática espiritual. En tres de ellos hizo pláticas espirituales, con las cuales las dejó muy consoladas.

Fué muy frequentada esta casa los dias, que aquí estuvo, de caballeros y Señores de los más principales de la ciudad, y de muchos religiosos de los monasterios; y todos iban grandemente edificados y casi espantados de ver la humildad del Padre Francisco.

Ultra de los que arriba dije haber hecho los ejercicios, al tiempo que el P. Francisco, se partió de aquí con él una persona principal, estudiante, el cual habia muchos dias que trataba en esta casa y estaba muy aprovechado en la virtud; y porfiando mucho con él el P. Francisco en el camino que se volviese, él todavía porfió, suplicándole que le dejase pasar adelante; y pasando, comenzó á mostrar que está movido para la Compañía y que unas casas que tenia en Granada, principales, que las había de dar para la Compañía. El P. Francisco dijo que dijesen todos misa al dia siguiente y lo encomendasesen á nuestro Señor y despues se trataria de ello. Y despues de haber dicho misa, trataron de ello un rato y no se determinó nada. Y despues él mismo se vino á declarar y dijo que aquellas casas él las queria dar á la Compañía y que él no queria volver á Salamanca, sino irse á Oñate con el P. Francisco. El P. Francisco le dijo que fuese, y que haria los ejercicios, y aprovecharia su alma, y veria la manera de proceder de allá , y ellos tambien verian su manera de proceder de él, y entonces se trataria de lo que más conviniese al servicio de Nuestro Señor; y así se fué con él.

El Padre Doctor se partió de aquí con el P. Francisco á Medina, y allí hizo la profesion en sus manos dia de la Invencion de la Sta. Cruz, y esto hízolo por cumplir con la obediencia; y no lo dilató hasta que viniese el P. Provincial, por las muchas veces que V. P. se lo había enviado á mandar y atento que le

habia enviado á mandar que la hiciese en manos de quien quisiese.

No se ofrece otra cosa de que avisar más que todos los Padres y Hermanos van todos en mucho aumento en la virtud, y por la bondad del Señor procuran mucho de vencer sus pasiones, y para esto piden muchas veces licencia para mortificaciones y otras cosas, en que piensan se aprovechan; y sobre todo procuran de ser verdaderos obedientes.

No más sino que en las oraciones de V. P. y de todos nuestros carísimos Padres y hermanos nos encomendamos humildemente.

De Salamanca, último de Abril de 1552.

De V.^a P.^d indigno hijo y siervo,

B.^e HRRZ (HERNANDEZ).

CXL

Leo del Giglio

Patri Ignatio de Loyola.

Florentia, 30 Aprilis 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax Domini nostri Iesuchristi sit semper in cordibus nostris.

R.^{de} in Christo Pater.

Quae a nostro huc adventu, qui ad principium proximi Decembris fuit, a Patribus ac fratribus, Christi gratia, hic gesta sunt, tam ad spiritualem fructum quam ad studiorum profectum pertinentia, his litteris comprehendam. Quamquam magnitudo earum rerum, quae geruntur quaque gesta legimus ab aliis, qui sub hujus Societatis vexillo Deo militant, nonnihil me a scribendo possit deterrere.

Atque ut prius pauca quaedam de nostro itinere dicam, fratres, praecipue qui ad hoc munus erant aptiores, tum publice in castellis ac pagis, tum privatim in hospitiis, saepe concionabantur; alii alias piis admonitionibus ad confessiones cohortabantur; nulla denique praetermittebatur occasio, qua proximorum saluti prodesse quis posset. Neque voluit benignissimus Deus ut sui omnis laboris poeniteret; multorum enim profectum testabantur confessiones et desideria melioris vitae instituendae. Singulare viri cuiusdam non praeteribo exemplum, qui cum pertinaciter negaret sua se unquam peccata confessurum,

¹ Terna nobis prae manibus sunt harum litterarum apographa saeculo xvi confecta; unum in folio duplici, num. 32 et 33; alterum in Codicis 1551 fol. 92 et 93; tertium denique in eodem Cod. fol. 44 v.^o; sed postremum hoc imperfectum est, quia excisum ablatumque fuit folium quod olim erat inter 44 et 45.

audita nostri ardentissimi fratris concione , factus quasi alter, non prius ab eo discessimus quam suorum peccatorum sarcinam apud confessarium deponeret.

Postquam autem Florentiam advenimus , P. Elpidius ¹, quos jam pridem avide exspectarat, ad medicum, antiquum Societas hospitem ², perduxit; apud quem benigne humaniterque excepti, necnon liberaliter tractati, quindecim dies egimus. Deinde in domum nobis praeparatam migravimus, ubi charissimorum fratrum virtus in adversis sustinendis ac perpetiendis oppido enituit. Tu enim, P. optime, nosti quae nova Collegia ferant incommoda quasque animi perturbationes praestent. Propterea quod nobis servitia deerant, unusquisque se cocum profitebatur, idque sibi muneric dari nonnulli summis precibus contendeant. Sed P. Ludovicus ³ sic officia domus est partitus, ut pene omnes negotiis domesticis exercerentur. Ipse quoque P. mensae inservire, ostium pulsanti aperire, et multa id genus non dedignabatur. Praetermitto hoc loco narrare de fervore fratrum ad poenitentiam, ut gestandi cilicii corporisque disciplina, ut vocant, afficiendi, quantaque diligentia animique magnitudine, cum conceditur, exequantur. Opinio porro, quam de nobis concitavimus, est magna et fortasse major quam nos sustinere ac tueri possimus. Faxit tamen Deus ut exspectationi aliquando respondeamus.

In principio nostri huc adventus cum quidam haeretici in carcerem conjecti essent, nos auctores multi suspicabantur; iudicium plane falsum, minime tamen detrimentosum, qui hujuscemodi hominum sectae constituamur adversarii. Item cum quidam frater Sti. Augustini, magni quidem nominis, sed non satis approbati, quin etiam permultis suspecti, concionator summi templi decerneretur, divina voluntas ad multarum animarum salutem intercessit. Itaque in depulsi locum successit alter Sancti Dominici et vitae integritate et sanctimonia notissimus et nobis familiaris, unde hujus quoque rei ferebamur auctores. Sed nos apud illum Augustinianum nobilis cujusdam excusavit auctoritas.

¹ P. Elpidius Ugoletti.

² Joannes de Rosis.

³ P. Ludovicus de Coudreto, Collegii Florentini Rector.

Quatuor aut quinque voluerunt in Societatem admitti, quorum unum Romam misimus; reliqui propter quaedam impedimenta adscribi non potuerunt.

P. Ludovicus quibusdam spiritualia proposuit exercitamenta; imprimis cuidam equiti, hujus Florentini Ducis et Cardinalis Farnesii valde familiari, qui in his, lachrimarum dono a Deo obtento, tantum profecit, ut tandem sibi videretur alter, neque sibi soli profuisse satis putaret, nisi aliis quoque ad haec exercitia esset incitamento. Is enim fuit, qui primum Cardinali Farnesio suasit ut hujusmodi meditationibus sese exerceret. Alius quidam civis, qui adversis ita angebatur ut molestiarum magnitudini videretur succumbere, ab eodem equite et Patris Ludovici consuetudine, tam frugifera quam jucunda, non mediocriter fuit adjutus. Postquam autem P. Ludovicus multis rationibus demonstravit christianum hominem adversis incommodisque frangi debilitarie non oportere, exercitorumque ei principia degustanda dedit, quasi ex turbulentissima tempestate in tranquillissimum portum videbatur adductus. Idem eques ad excellentissimum Ducem scripsit eumque beatum appellabat, quod nos habere posset. Haec et alia plura argumento esse possunt, quod nos ac Societatem ex animo diligat.

Quod autem ad confessiones attinet, P. Philippus⁴, nam P. Ludovicus aliis curis distinetur, in his audiendis saepe multum occupatur. In his Bacchanalibus, quibus mundani homines voluptatibus involvuntur, plerique confessi apud nostros Eucharistiae Sacramentum sumpserunt. Item mulier quaedam, quae per magnam vitae partem sordidissimum quaestum fecerat, quaeque intra quindecim et viginti annos confessionis sacramento abstinuerat, tandem ad semet reversa, apud P. Philipum conscientiam, deposita peccatorum fece, expurgavit. Nec non judaeus quidam, per baptismum in Christo renatus, apud eumdem Patrem est confessus.

Solet idem P. singulis hebdomadibus nostri medici domum adire omniumque illius familiae confessiones audire, qui aliquando sic peccatorum dolore tanguntur ut, tam liberi quam servi, tam magni quam parvi, ad lacrymas moveantur. Exprimi

⁴ De hoc aliud nihil reperire adhuc potuimus nisi cum fuisse natione belgam. *POLANCO, Chron.*, t. II, pag. 511, n. 237, et pag. 512, n. 241.

non potest quanta sit illorum pietas, quantum religionis amor et erga nos charitas.

Studium quoque xenodochia et carceres invisendi non defuit, in quibus consolabantur afflictos et ad confessiones cohor tabantur; unde factum est, divino favente numine, ut nonnulli, qui per decem annos confessiones intermiserant, demum confiterentur, atque alii nos rogarent ut ad se frequenter iremus, quod consuetudine nostra non parum se affirment adjuvari.

Aliud non minoris aedificationis accidit. Cum P. Ludovicus Pratum, ab amico ductus, cum duobus fratribus esset profectus, tanta multitudo ut confiteretur concurrebat, ut et coram fratribus in templo se prosternerent aliqui, quasi jus haberent audiendi confessiones. Inter haec in eadem urbe illud contigit quod, cum juvenis quidam in extremis laboraret, neque de confessione cogitaret, effecit P. Ludovicus ut secum confessionem peccatorum faceret sibique ad coelestia viam muniret. Charitatis officium movet ut nonnulli nostrum aegrotis, de quorum salute desperatur, intersint et decedentibus, ut eorum animabus consulant, vigilias agant.

Ante quadragesimam moniales ejusdam coenobii, litteris ad P. Ludovicum missis, rogaverunt ut aliquem nostrum apud illas diebus dominicis totius quadragesimae ac festis illius¹ concionari permitteret. Item alterius monasterii sacrarum foeminarum nomine viri quidam eundem Patrem convenerunt ut idem sibi concederet. Praeterea societas, quam vocant Sti. Angeli, alterum, qui idem iisdemque diebus praestaret, requisivit. Quibus satisfaciendum fuit et, ut speramus, non sine magno multarum animarum emolumento. Idem requirunt adhuc illorum nonnulli; nescio an concedetur. Fit enim hujusmodi occupationibus non levius studiorum jactura.

P. Ludovicus, intermissa christianaæ doctrinæ expositione, conciones habuit et, ut arbitror, habebit in posterum.

Litterae ex India, quas fere tribus abhinc mensibus ad nos misisti, adhuc circumferuntur et multorum manibus teruntur; in multis coenobiis a multis spiritualibus visae sunt et requisitae, non sine magna animarum aedificatione consolationeque.

Reliquum est, ut de studiis quoque addamus pauca. P. Lu-

¹ festis intra quadragesimam occurrentibus.

dovicus ad Januarii principium orationem habuit, ad quam audiendam ducenti propemodum viri hique, ut videbantur, nobiliores convenerunt. Quam autem omnium auribus fuerit accepta maximum silentium indicabat, praeceps quia hujus Societatis institutum continebat; quae res cum per se sit auditu jucundissima, modus dicendi et sermonis elegantia majorem attentionem sibi comparabat. Postero die quisque suas lectiones est aggressus.

Numerus scholasticorum sic augetur in dies ut singulis hebdomadibus aliqui superadjungantur. Pueri sunt ingeniosi admodum, pii ac religiosi, ut de utroque bene speremus, et jam licet magnum profectus vestigium cernere. Dant operam illorum praceptores ut cum litteris tum bonis moribus instituantur ac erudiantur, crebro sua peccata confiteantur, christianamque doctrinam ediscant; quae ut tenacius eorum memoriae infigatur, singulis diebus bis antequam domum discedant, in psalmorum modum¹ recitant; res omnino nobis voluptati, reliquisque, qui hoc aliquando videre, ad pietatem incitamento.

Haec sunt, P. R.^{de}, quae nunc scribenda occurunt, parva quidem, sed quae majora pollicentur. Quod si plura a nobis exspectabas, frigida pectora accusabis, quae utinam aliquando incendantur ac inflamentur illo igne Sancti Spiritus.

Nos speramus futuris Deum feliciorem daturum successum; quod ut assequamur, tu, P., nos minimos tuos in Christo filios in tuis sanctissimis orationibus ac sacrificiis Deo commenda.

Datum Florentiae pridie calendas Maji 1552.

T. R. P. minimus in Christo servus,

LEO LILIUS.

Alia manu: Ex Florentia.

¹ alternis vicibus.

CXLI

Alphonsus Davila,
Ex commissione Patris Michaëlis de Torres,
 Patri Ignatio de Loyola.
 Salmantica, 30 Aprilis 1552¹.

IHS[†]

Quod se offert, venerande Pater, praeter ea, quae abhinc
 quatuor mensibus missae litterae complectebantur, cuius Pa-
 ternitatem tuam certiorem facere deceat, id vel maxime in
 praesentia est, Deum nostrum, sicut indulgentissimus est pater,
 ita e benignitate sua frequentissimam et uberrimam satis exer-
 citationum copiam nobis praebere atque subministrare: in qui-
 bus sine intermissione ulla, ejus adjutrice et largiente manu,
 versamur exercemurque, haud sine magna quidem Christi
 fidelium et utilitate et spirituali aedificatione. Confitentur enim
 et in illius angelorum panis fractione octavo quoque die pleri-
 que scholastici nobiscum communicant: quorum numerus, etsi
 quinquagenarium non excedat, major tamen quippe est et
 grandior quam quorumdam malignus et christiana felicitati
 religionis invidus eventurum nobis praesagiebat animus. Eo
 praesertim quod eorum multi, non ex infima plebe sed inter
 caeteros hujus Universitatis, tum generis nobilitate clarissimi,
 tum ingenio praestantissimi, annumerentur. Nec desunt huic,

¹ Autographae litterae sunt in folio duplici nn. 180 et 181.—Est et earum satis
 emendatarum et decurtatarum apographum in fol. 88 Cod. 1551.—Nos hic autographas
 transcribimus. In iis, ut legenti facile patet, iterantur multa, quae in litteris, eodem
 die et loco datis, quas habes hic sub n. CXXXIX, hispanice enarravit Bartholomaeus
 Hernandez.—Hic Alphonsus Davila, seu potius *de Avila*, paulo post quam Societatem
 ingressus est, nomen mutavit et vocari coepit *Basilius*. Ejus gesta vide in *Historia de la Asistencia de España* (mss.) por el P. P. DE RIVADENEIRA, l. II, cap. 9, et in *Historia de la Provincia de Andalucía*, auctoriis MARTINO DE ROA et JOANNE SANTIVAÑEZ, et
 in opere *Varones ilustres de la Compañía de Jesús*, t. ix, pag. 7 et seq.

breviori quam pro dignitate numero, Doctores gravissimi, ejusdem item Universitatis cathedrarii, qui omnes, ut Dei omnipotentis magnificentiam laudemus, supra vires exultantes admirantur, atque satis agnoscunt quanto majora in seipsis magis ac magis in dies operetur Dominus. Unde vulgo jam dici solet quod, simul atque haec nostra Domini Jesu Societas hoc se contulit et in scholasticorum familiaritate versari coepit, tota eorum universitas reformationem visa est sibi comparasse. Quod in eo nimirum maxime relucet, quod diabolica quaedam sine delectu jurandi consuetudo, quae omnium fere animos scholasticorum invaserat et infestabat, abolita jam et funditus ruisse videatur. Cui tanto morbo nihil praeter Deum mederi posse optime noris.

Sunt insuper alli non pauci, haud infimae sortis, qui nostrae exercitationum solitudini dederunt operam, inter quos unus est collega pariter et cathedralis celebris, alter Augustinianus monachus; item et nobilis quaedam monialis, necnon et aliae foeminae civitatis hujus, quae, genere aliqui praestantes et nobiles, divinis exercitiis animo praestantiores longe et nobiliores redactae sunt.

Sunt et alii Domino nobiles, quorum alter, ubi sancta hac hebdomada exercitationum solitudini incubuit, Deo sese penitus tradens, nostrae Societati se dedicavit et adjunxit; alter vero, etsi in propriam domum reversus, religiose tamen vitam agens et lectionibus simul et orationi assidue vacat. Illum Pater Doctor¹ misit Onnatem ut, dum molestas et importunas apud nos parentum voces subterfugeret, commodius ibi theologiae studeret. Sunt et tres alii, quorum unus, praemeditatis omnibus, adeo firmo atque infracto animo effectus est, ut in nostra Societate ad finem usque velit permanere, qui, etsi in theologia jam bacchalaureatus munere datus sit, et dissertus admodum, non tamen sine magna hominum aedificatione in officiis humilibus exercetur; reliqui etiam duo numquam Societatem deserere decreverunt, in quorum altero bonam satis poteris contemplari indolem, ut qui, etsi a grammatica ad aliam facultatem gradum non fecerit, magnam tamen sui promittit spem; alter est logicus, quem et misit Pater Doctor Me-

¹ P. Michael de Torres.

thymnam, ut artium cursum percurreret ibi. Nec defuerunt alii duo theologi, qui ita nunc induxerunt in animum sese nostrae Societati unire, ut jam alter nobiscum agat, alter vero post quindecim dies, expeditis quibusdam negotiis, ingressui paratissimus, qui praestanti est ingenio, artium pariter eruditus et graecus¹. Supersunt et nonnulli alii, quibus, latinitate aliqui donatis et in dialectica dissertis, nihil potissimum est in votis quam quod in Societatem nostram recipientur, cuius voti jam evasissent compotes, si facultas nostra preeberet locum, immo potius si nostra indigentia et paupertas nos minime reprimeret.

Tres epistolae civitatis cujusdam, quae hispanice Leon appellatur, redditae sunt nobis, nostrum quidem institutum mirifice extollentes, ex quibus apparet liquido quanto fratum nostrorum illius civitatis moderatores teneantur desiderio, dum totis viribus id efflagitant atque rogant, quod ut fieret, proh dolor!, nostrorum brevissimus numerus minime facultatem praestitit. Desiderabant etenim tres pluresve ex nostris ad se proficiisci ut et nostrae Societatis ipsi provocati exemplo, efficacius, efficaciori adhibita virtute, excitarentur: ut qui futurum se sperare dicebant ex nostrae Societatis doctrina et magnos sibi ac uberrimos fructus decerpuros et ingentem populo utilitatem ac spirituale commodum consequetur; qui illico nobis pollicebantur expeditissimam atque paratissimam domum, cui vel nullus coenobii angulus deest, nimirum quae templum, coenaculum, dormitorium et caetera alia congruentia habeat, simul et habitura aliquot ex nostris, si eorum, ut dixi, Deus bonam copiam supeditaret.

Praeterita quadragesima Dominicanus quidam (bone Deus, quam christiane et ornata!) concionatus est, ut qui haud minori sane omnium virtutum genere praeditus est et sacrarum litterarum intelligentia abundat, quam generis nobilitate illu-

¹ Graecae linguae peritus. Nullibi, nec in *Antiguo libro primero de los que en este Colegio de la Compañía de Jesús de Salamanca han sido recibidos hasta 1589 y 28 días de Abril*, horum, qui Societatem hoc tempore ingressi sunt, expressam mentionem reperimus; sed ne conjectando quidem affirmare aliquid vero simile valemus. Congruunt certe adjuncta quaedam, hic et infra in iis ipsis litteris enumerata, Dno. Antonio de Cordoba; alia Dno. Sancio de Castilla: sed ille, juxta Cienfuegos, *Vida de San Francisco de Borja*, I. iv, c. v, §. 2, Patrem Franciscum, Ognatem usque, secutus est, non comitatus; de hoc autem nihil aut fere nihil praeter nomen scimus.

stris exstat et claritate. Res est difficillima dictu in quantas nostrae Societatis laudum, dum frequentes haberet conciones, eruperit voces; eo enim pervenit, cum uberrimus et frugi de oratione haberet sermonem, ut ad coelum usque Societatem nostram elaturus videretur, quippe qui toto clamabat pectore quemdam existere apostolicum virum, cui Deus maxime bonum orandi modum tradidisset, huncque ipsum christiane, copiose et luculenter docere. Vir enim iste apostolicus, ajebat, librum edidit, cuius si cunctis vobis suppeteret copia, quam spatiose et divino campo frueremini! Nemo igitur vestrum de ipso vel sinistre suspicetur; alioqui ad Inquisidores, ut debitas luat poenas, deferendus. Quod si sit aliquis, quem hoc lateat, ejus filii sunt et christianissimi et religiosissimi Patres Societatis Domini Jesu, qui jam divina sorte apud nos agunt. Unde facile contemplari poteris quod nemo esset qui in nos os non converteret. Tantas quippe congescit et annumeravit laudes, ut digito ipso et aperto, quod ajunt, indice nos demonstrare viderentur. Videas, christiane, Dominicanum inter generosos generosissimum, inter litteratos litteratissimum, qui ea nostrae Societatis capitur dilectione, ut nullo vehementiori, saepissime illo dicente, ardeat desiderio, quam ut in nostram Societatem in ministerium et obsequium hujus recipiatur; unde hac una dumtaxat spe se ali profitetur, quod aliquando divina sorte rei eventus correspondeat votis.

Pater Franciscus de Borja vigilia Ressurrectionis ad nos se contulit, cuius adventu cognito et in vulgus continuo sparso, praeterquam quod cunctis nobis et paschale solatum et delicias animae attulerit et ad perpetuam spiritualem vigiliam animos incitaverit, plerique religiosi, magnates, equites, doctores, et magistri eum salutatum venerunt, id maxime desiderantes ut vel unicam ad eos haberet concessionem. Tandem dum celebririma quaedam, Dominica in Albis, Universitatis hujus fieret solemnitas, in celebri Divi Augustini, florentissima tam equitum quam religiosorum et scholasticorum corona pariter congregata, praeclararam et christianam habuit concessionem. Tanta ei divina in dicendo adfuit facundia, et christiana in operando benignitas ut exprimi non possit. Caeterum quidam, et vere christianus et nobilis scholasticus, qui non paucis abhinc diebus nostrae familiaritati se immiscuerat, summa vi et ope nixus est

Patrem Franciscum ad suos jam redeuntem comitari; quo consequito, in internam nostram amicitiam se insinuavit, dixit se Granatae quasdam magnificas habere aedes, quas Societati nostrae adscribere et tribuere desiderabat. Unde factum est ut medio in itinere magis ac magis incitatus, habita omnium prius oratione, dixit id maxime velle Patrem Franciscum numquam deserere nec Salmanticam redire; quo auditio, scitum atque consultum Patri Francisco et Patri Doctori visum est ut Pater ipse Franciscus hunc secum duceret, et in Onnate doctrinae familiaritatisque nostrae periculum faceret, simul atque nostris exercitationibus daret operam, quo commodius suae animae et consuleret et subveniret, et, Patribus nostris interea rem ejus familiarem et negotia expedientibus, id amplecteretur et eligeret. Demum non aliter res fuit disposita, quam ipse aequo animo amplexus est.

Pater vero Doctor usque Methymnam Patri Francisco se comitem exhibuit, cum ut ejus angelica familiaritate, quo fieri possit, frueretur, tum etiam ut suis jam acquiesceret mandatis, se magis ac magis vinculo professionis adstringens, et ne tua jussa plus aequo adimplere differret; nec capillatam occasionem, quae sese obtulerat, transire permisit, quin immo ea manu apprehensa, in manibus Patris Francisci Deo sese perpetuo consecravit et Societatem nostram christianam magno cum angelorum gaudio, ut ego credo, professus est.

Reliquum est, Pater venerande, ut Deo Maximo omniumque Patri nos omnes Patres et Fratres ex animo commendes, quorum nomine vos omnes item Patres et Fratres salutato. Gaudete enim in nomine Jesu, quum filii tui, sicut novellae olivarum, in circuitu mensae ejus sint, eentes de virtute in virtutem, portantes manipulos suos, quibus vetus homo, quo fieri potest, moriatur, ut cum Christo Domino Jesu resurgentes, novijam videamur homines; ut nemo sit qui patrem nostrum non glorificet, qui in coelis est. Ipse, per viscera sui unigeniti Christi Jesu, nostra aperiat corda et sensus nostros illuminet, ut candide vivamus et cum exultatione in dilectione ejus ambulemus. Amen.

Datis Salmanticae pridie calendas Maji 1552.

Ex commissione Patris Doctoris,

Tuus filius indignus,

ALPHONSIUS DAVILA.

Superscriptio. IHS. Admodum Reverendo Patri Ignatio,
Praeposito Generali Societatis, Romae.

Et Polanci manu: Salamanca.

Et alia: Maji. q. s.

CXLII

Alphonsus Barreto
Fratribus Conimbricensibus.
Evora, mense Aprili 1552¹.

IHS[†]

Copia de una del Hermano A.^º Barreto, que escriven del Colegio de Evora á los Hermanos de Coimbra, recibida en el mes de Abril 1552.

Nosotros, bendito sea el Señor, estamos todos [buenos] de salud y los Hermanos perseveran con aumento en sus exercicios acostumbrados. Y quanto á los particulares, se ayudan en especial de las obedientias² con la communicacion espiritual, que en ellas, charissimos, usais. De mí os sé decir que me hallo con muy particular necesidad de vuestras oraciones. Nuestro Señor os dé á conocer quántas sean, para que me ayudeis.

Estudiamos y oymos las lectiones que escribí. .s.³ la primera parte de Santo Thomas de Artacho, y en esta quaresma, en absentia de Ulmedo, la epístola de Santiago que nos leyó Luis Alvarez⁴.

¹ Apographum in folio unico, n. 293.

² Plura in religiosis familiis, munera praesertim ac officia, quae per obedientiam injunguntur, hoc nomine *obedientia* appellantur. Hic autem *collationes* intelligi debere existimamus, post prandium aut coenam aut aliis horis haberit solitas, in quibus rationem quisque reddebat tum modi quem in meditando de rebus piis tenebat, tum fructus quem ex tali meditatione eliciebat. Vide supra in n. CIX, pag. 448, et consule *Glossarium Du CANGE*, verb. *Obedientia*.

³ .s., scilicet, hispanice á saber.

⁴ Artacho et Ulmedo (Olmedo?) videntur fuisse lectores, illum theologiae, hunc

Edificónos hoy grandemente el Cardenal¹, que llegó aquí el jueves pasado; el qual fué oír la lection y despues quiso tambien ver repetir las lecciones *more solito*. Y tomando su cadera² en que estaba, llególa para donde estaban los Padres de Nuestra Señora de Gratia, que costumbran repetir con Don Antonio, su sobrino³, dejando su tapiz. Y repitiendo ellos con Don Antonio, Su Alteza á veces se entremetia y decia *obiter* algunas cosas, que nos mucho edificaron. Una vez, repitiéndose un paso en que Santiago habla de la fraterna correction, deziendo *et salvabis animam fratris tui*, etc., empezó hablar de quán grande obra sea ganar un alma y de quánto merecimiento delante de Dios Nuestro Señor; y interpretando lo que luego se sigue *et operiet multitudinem peccatorum*, dezia de cómo Nuestro Señor perdonaria los peccados de aquellos que quisiesen salvar almas con caridad. Estendiéndose más, vino á decir ó á inferir deste lugar quán grande obra seria adhortar uno á religion; porque pues por una persona entrar en religion se le perdonan los peccados, aquel que desta entrada era instrumento, parece que le serian perdonados los suyos por la caridad de que con aquel usaba *et quod operiretur multitudo peccatorum ejus, quoniam salvavit animam fratris*, etc. Vino despues á otro propósito á hablar en la mortificacion de los afectos. Páreceme que quiere hacer santo á Don Antonio. Nuestro Señor lo haga tan bueno como su tío.

Ahí nos contó un Padre Capellan de Su Alteza que, quando estos días pasados llevaron á quemar unos judíos, que fué despues que estamos aquí, dixerá misa muy de mañana, y luego se recogiera, y no salió hasta las dos despues de medio dia, con los ojos hinchados. Otras cosas le oímos en esta repeticion, y despues de acabada, en las cuales nos dió asaz materia de confusion. Dize misa en la quaresma tres veces en la semana, *ul-*

Scripturae sacrae, in Eborensi monasterio Sanctae Mariae de Gratia, Ordinis Sancti Augustini. Suspicamur tamen nomen *Artacho*, licet perspicue videatur in mss., positum pro *Estayo*; illius enim neminem, hujus autem cognominis plures, jam inde a saeculi xvi initio, in illo monasterio lectores et scriptores reperimus. Vide *Summario da Bibliotheca Lusitana*, editum a BENEDICTO JOSEPHO DE SOUZA ET FARINHA, et *Diccionario bibliographicó Portuguez*, INNOCENTII FRANCISCI DA SILVA.

¹ Henricus Cardinalis et Archiepiscopus Eborensis.

² Cadera, sedia.

³ Antonius, Infantis Ludovici filius et Henrici Cardinalis nepos.

tra de la oir todos los dias, oyendo tambien los sermones; en lo otro tiempo del anno los domingos y fiestas.

Con quanto es tanta ¹ la virtud de S. A., non cura el P. Carneiro de conversar en palacio; ni sé yo si fuera allá, no ocurriendo alguna grande necesidad, ó el Cardenal le mandara á llamar.

El Padre Carneiro predicó esta quaresma en un monasterio de monjas; algunos sermones hizo muy buenos.

Del Padre Manuel Leite escrevió el Padre Maestro Simon que fuese á ayudar al Padre Alfonso Tellez, á instantia del Cardenal, que le pidió. Está con él en una villa del Infante Don Luis, que está en el arzobispado del Cardenal. Dízennos que se hace allí mucho fruto; empero no sabemos lo que es en particular.

El colegio va en gran augmento; paréceme que para Setiembre se podrá habitar; no pensábamos que fuera tan grande; terná cerca de cuarenta cámeras con su enfermería, libraria, clases, etc., muy bien ordenadas; hase de traer el agoa de la [que] viene á la ciudad.

¹ *Con quanto es tanta, quoniam tanta est, cum ea sit.*

CXLIII

P. Elpidius Ugoletti
 Patri Ignatio de Loyola.
 Patavio, mense Aprili 1552¹.

PADUA²

Gratia Domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum.
 Amen.

Ex his litteris, R.^{de} in Christo P., quid effectum sit his quatuor mensibus, ex quo huc redii³, facile cognosces. Plerique enim ad nos venerunt, ut quos molestiae poene in summam desperationem adduxerant, nostra opera recrearentur, quibus quidem quantum adjumentum praestiterimus, divina favente clementia, non obscurum est. Hoc tamen dicam nos Christi gratia ab omni eos moerore desperationeque, in quam prolapsi videbantur, penitus revocasse atque laetos, nobis amicitia studioque conjunctissimos, dimisisse.

Ad Kalendas autem Martias quidam Neapolitanus, claris, ut ferunt, parentibus ortus, qui olim cum quodam fratre nostro diu familiariter vixerat, obvius huic in foro factus, hujus persuasione ad nos perductus, postridie confessus est; qui ante per quinquennium hac tam salubri animae suae medicina caruit. Is tum a nobis postea ita bene affectus discessit, ut se in posterum ad pristinæ vitae mores nullatenus redire statuerit, qui-que, nisi quibusdam impedimentorum nexibus detineretur, se hujus Societatis jugo addicere velle prorsus affirmaret.

¹ Apographum in folio 53 v.^o Codicis 1551. Nec diem nec annum habet quibus datae litterae sunt; sed ex contextu facile patet aut exeunte Aprili aut Majo ineunte anni 1552 scriptas fuisse.

² Polanci manus.

³ Abfuerat Patavio tres fere menses P. Elpidius, dum Florentino Collegio inchoando operam dabat; sed hujus anni initio jam redierat.

Superioribus itidem diebus e maximo atque adeo imminentि periculo puellam quamdam eripuimus, quae cuidam, non tam corpore quam animo caeco, prostituta videretur, quocum cum citra scandalum pudicitiaeque suae periculum vivere non posse censeretur, cuidam civi Patavino, viro sane peroptimo, tradidimus, uti domi suae honeste viveret.

Est hic praeterea hispanus quidam, qui litteris operam impedit; is a multis jam diebus instat, exercitia sibi dari efflagitans, cujus petitioni in proximum erit ut annuamus.

Item iisdem ferme diebus alter juvenis Patavinus, cum egredia corporis forma tum mentis optima indole praeditus, ad nos se contulit, magno desiderio sese nobis adjungendi flagrans. Huic non statim acquiescere statueramus, verum cum ipse diu multumque instaret, multis precibus contendens admitti in Societatem, jam tandem voti compos effectus est.

Sex praeterea septemve mulieres, quarum vita turpissimo libidinum gurgiti immersa erat, posteaquam mihi confessae sunt, ita eas retroactae vitae poenituit, ut in Conversarum monasterium, si loci angustia permisisset, statim sese recipere vellent, ac, pristinae vitae nuncio remisso, poenitentiae reliquum omne tempus expendere. Quocirca id unum permultum sane, Pater, ego desyderarem, ut quemadmodum Romae, ita et hic quoque Conversarum coenobium esset, ut si quae vellent, pristinis sordibus detestatis, ad meliorem vitam sese recipere, id commode ac sine difficultate exequi possint.

Vale, Patavii.

Indignus filius,

ELPIDIUS.

CXLIV

P. Dionysius Vazquez
 Patri Ignatio de Loyola.
 Compluto, 1 Maii 1552¹.

IHS[†]

Muy Reverendo en Christo Padre.

La gracia y amor eterno de Christo Nuestro Señor sea siempre en nuestro continuo favor. Amen.

Esta será principalmente para cumplir con la obediencia, y tambien para que V. P. entienda el cuidado, que el Señor tiene de esta su obra por todas partes.

Ya V. P. habrá entendido por otras cómo el Rmo. Señor Arzobispo de Toledo², estando mal informado de la Compañía, quiso impedir el fruto que en las ánimas se hacia por los ministros de ella. Fué ocasion para que él supiese los fundamentos y verdad de ella. Y así, despues de bien informado, dió sus mandamientos para todos sus Vicarios, Arciprestes y Curas, para que no impidiesen el fruto que los de la Compañía hacian en las ánimas y para que los dejases libremente ejercer las gracias y privilegios, que de los Sumos Pontífices la Compañía tiene, mandando so pena de excomunión y otras penas los recibiesen con benignidad y hiciesen buen tratamiento.

Fué esta turbacion del Rmo. causa para que el Consejo y cuantos grandes hay viniesen en conocimiento y amor mayor de la Compañía; y en las partes, donde ántes no teníamos quien tuviese conocimiento de ella, en tiempo de persecucion,

¹ Autographa in folio dupli nullis numeris distincto.

² Joannes Martinez Guijarro (Siliceus) Cardinalis.

donde suele faltar aun lo que parece estar firme, se ofrecian muchas personas muy graves, no sólo con sus haciendas pero con sus personas, tomando por honra morir en la empresa.

Para informar al Rmo. fué á Toledo el P. Villanueva¹ con el P. Doctor Torres², donde parece que Nuestro Señor mostraba el cuidado que de esta su obra tiene; porque, con estar allí el Rmo., hallaban tan grandes entrañas entre caballeros y eclesiásticos, que tomaba por honra cada uno de ellos llevarlos á sus casas y que supiesen que ellos favorecian esta obra. Dejo de decir el favor que el Patriarca³ ofreció al P. Villanueva con otros Señores del Consejo, que fué muy grande la voluntad que en ellos se conoció, instando si podrían ellos haber una persona que les pudiese edificar sus almas. En este tiempo, en idas y venidas del P. Villanueva, ha comunicado á un Administrador del Hospital del Cardenal Tavera, que se dice Bartolomé de Bustamante, persona muy grave, docto, caballero y hombre de gran autoridad, así por su persona y letras como por su buena vida; el cual, siendo muy favorido (*sic*) del Rmo. Cardenal Tavera, no se pudo acabar con él que tomase más de un beneficio, que valía trescientos ducados, y por más servir á Nuestro Señor había dejado el beneficio libre y sin pension, y recogíose á servir á Nuestro Señor en aquel hospital. Fué el Señor servido de le dar en el tiempo de la persecución á sentir de otra manera de esta Compañía que en tiempo de paz de ella había sentido; tanto que determinó dejar cuatrocientos ducados de renta, que, fuera de la renta de iglesia, le había quedado, y ofrecerse en las manos del P. Villanueva, diciéndole que él había estado sospechoso algunos años había de esta Compañía, y que el Señor le abría los ojos á ver lo que no había visto hasta entonces, y que no quería ser recibido sino para siervo de los mínimos de ella; y así se entró en la Compañía. Ha sido admirable la determinación de este señor en los ojos de todos, grandes y pequeños; porque, aunque él no decía mal de la Compañía, conocíanle todos estar muy recatado de ella; y, como era de tanta reputación, otros se encogían. Con su determinación han todos quedado en gran manera satisfechos.

¹ P. Franciscus de Villanueva, Complutensis Collegii Rector.

² P. Dr. Michaël de Torres, Rector Collegii Salmanticensis.

³ Dnus. Ferdinandus Niño de Guevara, Siguntinus postea Episcopus.

Otras personas graves se movieron asimismo mucho á servir á Nuestro Señor y aprovecharse en los ejercicios espirituales, andando el P. Villanueva en estos caminos. De los cuales han ya algunos venido, especialmente dos caballeros, el uno de ellos pariente del Patriarca, Presidente del Consejo, y otro caballero, pariente de parientes del mismo; han hecho los ejercicios y salido con propósito de ir á disponer sus cosas para se venir á servir al Señor en la Compañía. Son mancebos, y muy buenos subjectos, y de habilidades, buenos latinos y griegos; y el uno buen canonista¹.

Ha tanto crecido la devoción en estas partes de la Compañía, que parece Nuestro Señor pega fuego á los corazones de los hombres, y vienen tantas personas á se aprovechar en los ejercicios que apenas se puede satisfacer á todos; y así, no pudiendo cumplir con todos, se ha en este tiempo tomado por medio de corresponder á los que se ve tener más necesidad y que serán más ejemplares y fructuosos al bien universal de las almas. Comunmente hay en esta casa personas que de propósito hacen los ejercicios; porque como la casa no sea para más capaz, acaece estar esperando algunos dos y tres meses primero que viene oportunidad para los poder consolar; y de estos hay muchos. Dije que de propósito hacen los ejercicios, porque á los que de nuevo vienen á confesar á casa y no tienen tan continua la confesión, usan los Padres de casa darles algunas preparaciones para más recogerse, y ver á donde van, y qué se requiere para el Sacramento que han de recibir, induciéndolos con amor á que piensen en ello tres ó cuatro días, segun se ve la necesidad de cada uno; para lo cual habla primero el P., que le ha de confesar, con el tal penitente. Vese en este modo de proceder tanto fruto, que los que venian á su parecer bien dispuestos, cuando despues vuelven, con mucha compuncion y sentimiento dicen que iban perdidos y que lo han andado siempre, y hacen muchas gracias á Nuestro Señor.

Entre las personas, que se han venido á ayudar de los ejer-

¹ Hoc anno Societatem ingressi sunt Compluti Alphonsus Lopez, Toletanus, Petrus de Falces, P. Enriquez Lusitanus (is erat Patris Emmanuelis Lopez frater), Joannes Carrera, Doctoris Carrillo, Canonum in Universitate lectoris, discipulus, Gaspar de Salazar, Toletanus, et P. Joannes Emmanuel. P. C. DE CASTRO, *Historia del Colegio de Alcalá*.

cicios, ha habido Doctores de diversas facultades y entre ellos un Inquisidor de Murcia. Algunos de estos decian que verdaderamente en esta casa y por los de la Compañía sentian claramente que Nuestro Señor les hacia más mercedes que otros tiempos les había hecho, aunque habian tentado de se querer aprovechar; y decian otras palabras, que parece no me es lícito referirlas, aunque para nosotros serian de mayor confusion y humillacion.

Tambien han venido algunos curas á ejercitarse, los cuales, despues que han salido, tienen tan diferente vida de la que de ántes, que dan admiracion; porque los que de ántes andavan en pleitos y bandos, despues los ven humildes y pacificos, vestidos honestamente, andar á pie, y ocuparse en remedio de los pobres, y otros géneros de mortificaciones para su propio aprovechamiento.

De un monasterio de las principales religiones han procurado con grandes medios que el P. Villanueva fuese á dar los ejercicios á los Padres de aquel monasterio; y para ello enviaron aquí dos mensajeros propios, poniendo por tercero al señor D. Juan de Borja, y despues enviaron un religioso de la misma orden á ello; pero como fuese principio de cuaresma, y la presencia del P. Villanueva sea tan necesaria en esta casa, por haber pocos Sacerdotes, no fué posible hacer absentia. Todavia esperan que ha de ir ahora. Nuestro Señor lo ordene; el deseo de estos Padres es grande.

En esta Universidad es para dar muchas gracias al Señor el recogimiento y aprovechamiento de los estudiantes, y la continuacion que tienen en las confesiones y comuniones, y devoción con esta casa. Dicen que, despues que esta es Universidad, nunca se ha visto tanta religion en los estudiantes, y conocen que de esta casa sale mucho fruto, y tienen por cierto que, si alguna buena habilidad hay en la Universidad, que ha de entrarse en la Compañía, juzgando de lo pasado por lo porvenir. Y dicen verdad; que nuestro P. Villanueva no parece que anda sino á las flores, y muchos le ruegan, que son rogados de otras órdenes y religiones, que no los recibe; y á otros va entreteniendo, hasta ver cómo aprueban, esperando mejor comodidad para los recibir. Tiene ahora de estos cinco ó seis para los recibir, algunos bachilleres y otros latinos.

Dijo el Domingo de Quasimodo la misa nueva [†] el P. Villanueva; y aunque procuró que fuese tan secreta que solos los nuestros la pudiesen oír, por huir la mucha gente que sabia que había de concurrir, no lo pudo tanto encubrir que, viéndolo uno á saber el Sábado á las ocho de la noche, no lo viniesen á saber de aquel otros muchos; y cargó tanta gente, que para cumplir con ellos fué necesario aderezar un altar en el patio de la casa para que cupiesen; y fué tanta la devoción y lágrimas, que en la misa hubo, que decian nunca haber oido sermon que tanto les moviese como aquella misa rezada.

Comulgaron á su misa más de ochenta personas, y entre ellos algunos sacerdotes, que tuvieron por devoción quedar sin decir misa aquel dia por oír la del P. Villanueva y comulgar en ella. Fueron entre los que allí comulgaron el Conde de Melito, y otros caballeros; y los que allí no se hallaron, se sintieron por muy agraviados por no lo haber sabido.

Y si de cosas semejantes particularmente hubiese de escribir, sería mucha prolijidad. Estas he dicho, solamente apuntando á los estudios y ejercicios ordinarios de los hermanos. Las conclusiones y disputas y sermones nunca cesan, ántes hay siempre señales de mayor aumento y aprovechamiento de los hermanos.

Christo Nuestro Señor nos aumente su gracia y amor. Amen.

De Alcalá 1.^º de Mayo de 1552.

De V. P. inútil siervo y hijo indigno,

DIONYSIUS.

Superscriptio. IHS. Al Muy R.^{do} in Chro. P.^e el padre m.^o Ignatio, prepósito general de la comp.^a de Jesus, en Sancta Maria de la estrada, Roma.

El porte, per totum.

Alia manu: Q. Alcalá, p.^º de Mayo 1552.

[†] *la misa nueva.* Primam suam missam.

CXLV

Robertus Clayssonius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Parisiis, 4 Maii 1552 ^{1.}.

IHS[†]

Gratia Domini Dei nostri Jesu Christi abundet in animis nostris. Amen.

R.^{de} in Christo Pater.

Scribendi facultate, morbi necessitate, Patri Baptistae ² negata, ea, quae nos circumstant, negotia P. T. transcribendi munus sacrae obedientiae impulsu suscepit. Acceptis litteris romanis pridie Calendas Aprilis, quibus prosperum P. Everardi ³ cum suo comitatu adventum Romam usque significatis, R.^{dus} P. Baptista mox respondit, certiores vos faciens se cum litteris Obedientiae, accidente Rmi. Episcopi ⁴ consilio, ad vos dimisisse P. Oliverium ⁵ cum duorum fratrum sodalitio, quos incolumes Romam ante festa Paschalia pervenisse speramus. P. Baptista proxima responsione singulis litterarum vestrarum articulis satisfecit. Scripsit enim se neminem hic habere, ut ipsa rei veritas loquitur, qui oeconomiae negotio et rerum spiritualium administrationi praefici queat, ut sua vice fungi pos-

¹ Autographa in folio unico n. 136.

² P. Joannes Baptista Viota, Sociorum Parisiis degentium Superior.

³ P. Everardus Mercurianus.

⁴ Claramontanus Episcopus, Guilielmus du Prat.

⁵ P. Oliverius Manareus.—“Sexta post (Patris Everardi profectionem) septimana, hoc est, medio februario 1551 (1552. Vide supra pag. 541, not. 1), cum jam sub disciplina religiosa per 8 circiter menses versatus essem, similiter in Urbem missus sum cum Hieronymo Galvanello, Codiguofano, et Renato Fuselier, Turonensi Gallo., „De rebus Societatis Jesu Commentarius Oliverii Manarei, pag. 65, §. 7.

sit. Neminem praeterea adeo aptum, cui gallicanae provinciae excolendae et Societatis in hac regione promovendae cura delegari commodius possit, quam R.^{dum} Patrem Paschasiū¹. Cujus negotii argumentum prolixiori oratione postremis suis litteris, quas vos recepisse confidimus, prosecutus est.

Itaque, quum, octo fratribus a Natali dominico hinc Romam dimissis, quatuor dumtaxat reliqui essemus, excepto famulo, placuit divinae providentiae numerum adeo exiguum adhuc imminuere, fratre nostro charissimo, Magistro Carolo Commelino, flandro, violenta febre ex hujus vitae mortalitate ad aeternae felicitatis quietem evocato, quem fraterno affectu orationum vestrarum suffragiis commendamus, orantem Deum perfecta charitate pro nobis. Mirabilem patientiae et mortis sui ipsius, ante mortem corporis, exemplum p[re]se tulit, quale ipse mihi optare possum. Migravit ad Sanctorum Societatem in coelum vigesimo sexto Aprilis, tempore matutino, ante horam septimam, Sacramentis omnibus Sanctae Matris Ecclesiae insignitus et munitus tamquam Jesu Christi athleta invictus.

Poterat animum, humanis affectibus obnoxium, charissimi in Christo fratris mors commovere, nisi aeternae vitae et resurrectionis viva spes mentem christianam erigeret. Piis lacrimis parceendum, ubi fides imperatrix fraternae redemptioni et saluti congratulari nos jubet.

Sed dum unius incommodi spiritualis consolatio moerorem extinguit, altera successit adversitas, quae animum tenerum et lacte alendum facile supplantare possit; adeo ut, praeter patientiae atque perseverantiae fructum, in quo potissima meriti portio collocata est, nullus prope evangelici profectus relicitus videatur nobis locus. Ecce Pater noster Baptista, novo quodam gravissimae imbecillitatis morbo prostratus, multos jam dies lectulo decubuit, mortis potius agonem quam vitae laborem frequenter patiens. Quo incommodo spiritualis ac evangelicus fructus omnis, in sacrae confessionis et communionis frequentatione consistens, suffocatus opprimitur, quamquam bellorum periculum plerosque nobis familiares e Gallia abeggerit, adeo ut numerus ad nos accedentium plurimum decreverit.

¹ P. Paschasiū Broët, Italiae eo tempore Provincialis.

Facile tamen animo persuadeo, si indigenarum animos nobis conciliare tandem possemus, et Patris Baptistae valetudo labori evangelico responderet, aut alter, ei in hoc munere succedens, tanto operi par esset, fere ut cum lucri spiritualis usura bonus odor Jesu Christi longe lateque per universam Galliam spargatur.

Vides pro animi tui singulari prudentia, R.^{de} P., quo in statu res omnes nostrae sitae sint, et quam exiguus fructus a numero nostro ternario¹, capite ipso infirmo, sperari debeat. Tuae interim R.^{dæ} Pat.^{ti} omne judicium et arbitrium nostrum humili obedientia offerimus, ut pro tuo beneplacito decernas quod vobis placebit imperare. P. Baptista se, perseveranti patientia ad mortem usque confirmatus, Tuae Paternitatis voluntati conformans, exspectat arbitrii tui consilium et imperium.

Tradita sunt exercitia cuidam viro probo, aetate proiecto, non sine fructu animae ipsius, licet voto religionis se non adstrinxerit. Alterum juvenem magnae spei brevi exercebimus, quem orationibus omnium commendatum desideramus.

P. Baptista P. T. responsionem mature efflagitat. Veremur enim ne Episcopus, numerum nostrum adeo exiguum conspicatus, domum hactenus nobis concessam ob ejus amplitudinem nobis solis [non] relinquat, potissimum non alluente nobis spe probabilis incrementi ac numeri majoris futuri, quamquam belli tempestate numerus paucorum multitudini praestet. Quocirca voluntatis tuae paternae judicium et mandatum praestolamur propediem, ut securi simus, potissimum urgente infirmitate Patris nostri.

Reliquum, quod scribamus, non occurrit, nisi quod uno ore et animo omnes sacris orationibus tuis et omnium Patrum atque fratrum precibus humillime nos commendamus, ut Dominus Jesus Christus, patientiae et obedientiae armis munitos, victores nos coronet in coelis. Gratia Domini Jesu tecum.

Vale, Pater observande.

Quarto Maji 1552. Lutetiae e domo Clarmontana.

R. P. Tuae minimus in Christo filius et humillimus servus,

ROBERTUS CLAYSSONIUS,
Brugensis.

¹ Tertius erat Jacobus Morellus.

Superscriptio. R.^{do} in Christo Patri Dno. Ignatio de Loyola,
Praeposito Generali Societatis Jesu. Apud Sanctum Marcum, in
aedibus Divae Mariae de Strada. Romae.

Di porto, cinque baiochi.

Manu J. Ph. Vito: Jesus. 1552. Pariggi. De Roberto Clays-
sonio, de 4 de maggio.

Vestigium cerae rubrae et sigilli.

CXLVI

P. Theodorus Peltanus,
Ex commissione Patris Nicolai Bobadilla,
Patri Ignatio de Loyola.
Neapoli, 5 Maii 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi in nobis et per nos
in dies augeatur. Amen.

Ut ego superiorum meorum, et illi tuae voluntati, morem
geramus, R.^{de} in X.^o P., quam fieri potest compendiosissime
narraturi sumus, quae, jam inde a Januario, summa Dei muni-
ficiencia, per vilia haec sua instrumenta operari dignata est,
obiter repetentes quae in diversis itineris nostri locis, magno
Dei beneficio, nobis, licet indignis, concessa sunt.

Prima igitur nocte, Urbe jam digressi, non pauci, fratum
nostrorum in primis concionibus, tum etiam piis admonitioni-
bus, permoti, Patri nostro Andreae², itineris insolentia mul-
tum defatigato, confessi sunt; idem proxima ac tertia a priore

¹ Autographae Theodori litterae sunt in duplo folio nn. 82 et 83.—Est et apogra-
phum, manu, ut videtur, Patris Andreae de Frusis, in fol. 97 et 98 Codicis 1551.

² P. Andreas de Oviedo fratribus iter agentibus praefectus et futuri Neapolitani
Collegii Rector.

accidit. Quotiescumque enim aliqui ex nostris concionarentur, ingens semper confitentium numerus praesto erat. Et hi quidem mercatores, hospites, agricolae, et nonnulli alii, adeo rudes, ut, opinor, quid esset confessio vix satis intelligerent. Ultimo itineris nostri die immensam litem, inter conductorem et alium quemdam religiosum obortam, optimus P. noster Andreas valde feliciter composuit.

Civitatem hanc ingressi, duo ex fratribus cum magno populi audientis applausu praedicandi munus obiere. Quo exacto, una ad domum nostram conductitiam deducti sumus, in qua omnia studiosissime curantem P. nostrum, Magistrum Bobadillam, praeter omnem spem et expectationem reperimus: qui utique summa nos animi hilaritate suscepit et nos non minori animi consolatione vicissim illum amplexi sumus. Et quoniam Paternitati tuae placebat ut, quam primum Neapolim contingere datur, Ducem¹, hujus Collegii authorem, viseremus; postridie quam appulissetamus, omnes simul accincti sumus executioni ejus tuae voluntatis. Caeterum vehemens Dux, jam de adventu nostro edocti, erga nos amor nostram diligentiam in agendo antevertit; adfuitque domi nostrae salutatus, priusquam a nobis salutatus esset. Ad haec plurima et non vulgaria charitatis indicia ostendit; inter quae maximum hoc habeo, quod in frequentissima summorum virorum corona polliceretur, se vel ad sanguinis usque effusionem Collegium hoc asservaturum nullaque unquam ingruente necessitate eidem Collegio defuturum. Et sane, quod promisit, hactenus virili animo praestitit. Tandem, Duce consulente, Patres una cum duobus fratribus Puteolos, Vice-regem² salutaturi, profecti sunt, quibus et ipse Dux aderat. Hic igitur plurima humanitate plurimoque gaudio nostros suscepit; praeterea etiam omnia, quae Dux ante promiserat, animo quam liberalissimo pollicitus est; immo, non modo maxima quaeque pollicitus est, sed etiam e vestigio in ratam promissorum confirmationem centum coronatos Patri nostro Magistro Bobadilla, misit. Eodem loci charissimus frater noster, Joannes Franciscus³ strenuum Christi paeconem egit.

¹ Ducem Montisleonis, Hectorem Pignatelli.

² Is erat Petrus Garcia de Toledo.

³ Joannes Franciscus Araldus.

Domum habemus capacem illam quidem et sitam celeberrimo loco, in ipso nimirum civitatis meditullio, et templo majori situ proximam. Huic conjunctum est sacellum, commodum satis, verum modicae capacitatis. Hac igitur exercitio scholastico utcumque accommodata, evulgatum est Collegium Societatis Jesu linguas in primis, deinde alia omnia, quae in humanae disciplinae studio praelegi solita sunt, professorum; et quod magis forsan populo placebat, ipsissimam hanc doctrinam parvos pueros docturum. Quippe tamen, antequam has lectiones adoriremur, visum fuit prudentiae Patrum nostrorum ut Nicolaus¹ noster dilectissimus unam aliquam orationem Collegii hujus consilium exponentem praemitteret, quod indubie doce ac erudite ab eodem Nicolao fratre nostro effectum est. Alter etiam quidam ex fratribus² eodem momento declamationem in laudem linguarum habuit; et ea linguarum varietate, qua luculenter satis fluebat, multis mirum in modum placuisse non dubium facimus.

Studiosos, gymnasia nostra frequentantes, in quatuor classes primo; nunc, auditorum multitudine, in quinque partiri coacti sumus; quarum inferior cujusdam Pelisonis Grammatices elementa, disticha Catonis, doctrinam christianam hactenus tradidit. Proxima huic moralia Sulpitii, genera ac declinationes Despauterii docet; disputationibus, sicut in caeteris classibus fieri semper consuevit, sedulo vacat. Tertia syntaxi Joannis Ninivitae, Bucolicis Publpii Maronis, familiaribus Marci Tullii epistolis, compositioni denique epistolari summo studio incumbit. Porro quarti ordinis studiosi Aeneida Virgilii, Amicitiam Ciceronis et pleraque alia audiunt, quoniam eadem haec classis non segniter in altercationes scholasticas, in declamationes et in similia exercitia operam ponit. Ultima linguis, quas peregrinas vocant, indefesso animo et studio insudat, Lectiones autem hujus classis sunt principia linguae graecae, quibus mox sub jungitur opusculum Hesiodi quod περὶ ἔργου νοοῦ τημέρας³ inscribitur;

¹ Hujus cognomen nec Polancus, nec Orlandinus, nec ulli, quos vidimus, scriptores habent.

² Hunc Theodorum ipsum Peltanum, harum litterarum auctorem, fuisse, a Polanco accepimus. *Chron.*, t. II, pag. 518, n. 253.

³ Verius ἔργα νοοῦ τημέρα.

insuper prima linguae sanctae grammatices principia, quibus et psalmorum interpretatio jam nunc adjungitur.

Jam si numerum auditorum nostrorum discere forsan desideras, ante aliquot dies, trecentos examinatos, admissos ac studiosorum nostrorum cathalogo scriptos esse intelligas. Interim tamen auditorum numerus in dies adhuc incrementum sumit. Et hi singulis mensibus, plurima sane devotione, peccata sua confitentur, et qui sufficientis aetatis sunt, sacra sumunt. Multi etiam nobiscum singulis hebdomadis. Ad haec sic germano prorsus amore in nos omnes accensi sunt, ut nunquam hinc avelli possint plerique, ni serior hora discessum urgeat. Sed quorsum hic memorare attinet confessos, ut plurimum, singulorum fratrum pedes osculatum accedere? quamvis nequaquam ad hoc admittantur, nam, ut videtur, non satis honestum foret ut sinamus discipulos nostros pro volutis genibus nostros pedes exosculari. Sufficit namque, si quid imprudentia erratum sit, errati suppliciter veniam petant, licet et hoc minime ab iis exigatur, immo nullo pacto conceditur, si forsitan olfecerimus a confessario tale quiddam iis injunctum esse.

Declamationes, quas Romae haberi consuetum est, et hic haberi coepitae sunt.

P. Magister Bobadilla hoc quadragesimali tempore Jonae historiam quadraginta lectionibus eo modo eaque doctrina ac gratia prosequutus est, ut totius hujus regni Archiepiscopus nunquam cessarit orando et obsecrando, quin etiam imperando, donec Pater suscepit provinciam epistolam Pauli ad Romanos in templo majori interpretandi, quam sane lectio nem prima a feriis paschalibus dominica quam felicissime ac juxta doctissime adorsus est, in eaque singulis festivis diebus tanta auditorum utriusque sexus multitudine, quod hic rarum, perseverat ut non facile verbis, nedum scriptis, rei magnitudinem communicare queam.

Item etiam optimus P. Andreas non omnino ab omni functione spirituali feriatus fuit; quandoquidem hactenus, ex quo Neapolim ingressi sumus, diebus festivis magno cum auditorum fructu boni concionatoris officium exequitur; christianam praeterea doctrinam eodem die, numerosa semper cum hominum turba, legit; hanc tamen lectionem nunc in puerorum fructum in feriam sextam transtulit.

Quatuor etiam ex fratribus jussu Episcopi in diversis monasteriis et coenobiis hac quadragesima concionati sunt.

Quod ad confessionis sacramentum attinet, multi hic omnis generis et conditionis confessi sunt, ac in dies adhuc confitentur, et Eucharistiae Sacramentum sumunt; et, ut illud addam, P. noster Bobadilla, inter plurima negotia, quibus obstrictus erat, legendo, curando, et familiam moderando, plurimorum confessionem audivit. Pater etiam alter ille multis Deo sacris virginibus in diversis locis a confessione fuit; idem in carcere publico, in quo plerumque duo millia captivorum inclusa sunt, aliquorum confessionem audivit; aliis vero huic Sacramento non satis accinctis concionatus est. Eodem etiam loci alter quidam frater concionatus est. Et ut semel omnia de nostrorum exercitiis concludam, effectum est, ut Dei gratia non pauci, jam procul ab ovili Christi profugi ac errabundi, pedem revocarint. Indicio sunt, qui nunc ex sordidissima vita Christum sub obedientiae jugo fideliter inservire coeperunt, et alii multi, qui hoc idem sumimopere affectant. Benedictus Dominus in omnibus.

Fratres una omnes oppido tam corpore quam animo valent, et mirum in modum quotidie non solum in litteris sed et in spiritu promovent.

Jam hic finem narrandi facere statueram, ni summus in nos civium favor tantus esset, ut omnino conniventi oculo haec praetercurrere non valeam. Cujus rei exempla haec habeo: quod, quamprimum adventum nostrum fama cepissent, continuo huc catervatim salutatum accurrerent; multi etiam ex optimatibus, qui tum inter alios aderant, praeter id, quod nobis congratularentur, summas gratias Deo optimo Maximo agebant, qui immensa sua bonitate maximum hoc beneficium huic civitati, in christianis moribus tam nutanti ac multis locis misere labenti, contribuere dignatus sit; et sane ita res habet. Civitas enim haec corruptissima est, et maxime juventus. Nec solum nobiles illi initio invisum nos venerunt, sed et quotidie frequentes adsunt. Inter primarios illos viros, quidam, eo quo advenimus die, sub noctem, omnium fratrum pedes, aqua in hunc usum oppido parata, lotum venit. Nuper item Legatum Pontificis invisimus. Huic profecto homini plurimum et humanitatis et charitatis inest; sed mirum dictu quantum institutum nostrum animo illius satisfecerit; immo usque adeo placuit, ut se totum

arbitrio nostro offerret ad omnia paratissimum, jussitque, antequam adiremus¹, ut illi indicaremus si quid nobis deesseset.

Haec sunt breviter, R.^{de} in Christo P., quae Dominus hoc quadrimestri in novo hoc Collegio per inutiles servulos suos operari dignatus est. Reliquum est, ut V. P. nos omnes quam plurimum in sanctissimis precibus et sacrificiis commendatos habeat maxime ut, si quid feliciter aggressi sumus, felicius etiam, divina gratia adjuti, exequi queamus; quod ut succedat, omnium optimorum Patrum ac Fratrum, hoc tempore Romae agentium, orationum suffragium quam possumus ardentissimis votis imploramus.

Bene valeat V. P.

Neapoli, 5 Maii 1552.

Ex jussu R.^{di} Patris Magistri Bobadilla.

Indignus filius tuus ac servulus.

THEODORUS PELTANUS.

Alia manu in quarta pagina: Ex Neapoli.

¹ Sic; melius forte *abiremus*, hoc est *antequam ab eo recederemus*.

CXLVII

Joannes Rogerius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Panormo, 8 Maii 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi sit semper nobiscum.

Tempus me monet, R.^{de} in Christo Pater, ut injuncto ab obedientia fungens munere, quantam Reverendi Patres et fratres, qui hic sunt in Christo charissimi, excolendae Domini vineac, his quatuor evolutis proxime mensibus, operam, divinis fulti praesidiis, impenderint, certiorem te faciam. Et quoniam superioribus litteris de nostrorum renovatione studiorum quae videbantur dicenda, eorum nihil praetermisimus, nunc felicem rei nostrae litterariae successum paucis aperiemus.

Praeceptores, quanta possunt semper diligentia, docendi munus obeunt, et imbuendis sanae doctrinae moribusque discipulis, rebus, quae ad id conducere possunt, omnibus exquisitis, invigilant, tanto labore, ut alii praceptors et paedagogi civitatis admirati, velint nolint, cogantur profiteri se non usque adeo suis erudiendis insudare, se non uti ea dexteritate et industria qua nostri consueverunt. Inter quos quidam septuagenarius, valido tamen et robusto corpore, qui docendis pueris consenuit, siquidem quinquaginta, sicut ipse testatur, annos istud exercuit officium, nostrorum quotidie lectionibus interest, sperans se posse senem paucis mensibus consequi, quod juvenis multis annis non potuit, rectam nimirum docendorum puerorum rationem, quam in nostris suscipit² et miris effert laudibus. Alii vi-

¹ Apographum in folio 40 Codicis 1551.
 Sic; melius fortasse *suspicit*.

dent quidem meliora probantque, deteriora tamen sequuntur, et malunt, pravi cujusdam pudoris caligine suffusi, nescire quam discere; quamvis nonnulli nostros, clanculum tamen, soleant nonnunquam, si quando fuerit locus authoris alicujus obscurior enodandus, consulere, necnon inter ipsos, si quid oriatur dubii, judices constituere. Discipuli diligentia praceptoribus quamvis longe sint inferiores, quia multi negligentius in officio domi, nimia patrum indulgentia vel incuria, continentur, tamen illorum tarditati assiduis horum vigiliis multum quotidie decedit.

Strenue sese gerunt praceptores in lectionibus; non segnius sacerdotes in audiendis confessionibus; magnae sunt in scholis occupationes, in ecclesia non minores. Tamen nonnullis nostrum, quod fieri non satis commode potest, est scholis et ecclesiae vacandum. Nam duo sunt solum, praeter eos qui docent, sacerdotes, et est confitentium maxima, praecipue solemnioribus festis instantibus, multitudo. In hac quadragesima, ut minimum, supra mille ducenti sunt confessi, ita ut ab ortu solis usque ad tertiam, et interdum quartam, noctis horam impransi nostri, maxima corporis molestia sed summa spiritus animique laetitia, multis diebus permanserint. Quod enim corpus stenuabat, id animum recreabat et reficiebat. Confluxerunt multae nobiles matronae; multi ex remotissimis civitatis partibus concurrerunt; non pauci, qui prius aliis erant confessi, quo facilius illorum quiesceret conscientia, confessionem cum nostris iterarunt. Non defuerunt qui a duobus, quatuor, quinque, sex, octo annis confessi non fuerant. Atque has quidem confessiones non mediocris fructus est consecutus; nam concubinarii aliquot suas pellices, quibus multis annis fuerant abusi, reliquerunt; aliquae foeminae nobiles, jam nubiles, se perpetuae virginitati consecrarunt, et ne, humanis pollutae connubiis, verae nobilitatis et splendoris divini jacturam facerent, soli Christo, nobilium nobilissimo, nubere voluerunt; aliae, virginei candoris amore captae, eidem sese devovere statuerunt.

Quidam juvenes, alumni nostrorum Patrum spirituales, religionem Dominicanorum et dictorum vulgo Capuccinorum sunt ingressi; complures ingredi decreverunt. Multi singulis mensibus, quidam frequentius, confiteri proposuerunt. Quamplurimi generali confessione totius vitae sordes et maculas ex-

purgarunt. Mulier quaedam, relicto cubili incestuosi presbyteri, quocum sex totos annos exegerat, tandem contrita confessaque multis cum lacrymis, ad meliorem mentem sese recepit. Altera, prostituta a matre filia, in eam turpitudinis voraginem erat prolapsa ut vix sese emersuram aliquando speraret; sed potenti Christi dextra eluctata est tandem et a diaboli faucibus erepta. Quidam, tentatione quadam exagitatus, cum sese praecepititem bis terve in mare dedisset, totiesque divino, quod minime invocabat, auxilio illaesus evasisset, tanti facinoris poenitentiam egit. Mulier quaedam, quae veneno se necare constituerat, liberata est. Praetermitto ardentissima odia restincta, sedatas inimicitias et alia, ne longa narratione epistolae modum excedam.

Habendis per multa loca diversaque concionibus non parva a nostris opera impenditur. Dominus Petrus Rivadeneira non solum solitas singulis dominicis in Divi Antonii, majori semper hominum frequentia, conciones prosequitur, sed alibi nonnunquam rogatus a nobilibus concionatur. Die Divi Marci supplicationibus publicis, Praetoris rogatu, ad magistratum populumque fere universum extempore pene habuit concionem, quae magistratibus caeterisque nobilibus, qui tunc aderant quamplurimi, summe satisfecit; quod non solum attentissimis, quas praebebant, auribus, crebris nutibus et applaucentibus concionanti gestibus, sed multis eorum passim disseminatis praedicationibus cognitum est. Fuerunt etiam probissimi nobilissimique viri, qui sermones, quos, in aliorum congressibus habitos, praesentes audierant, retulerunt. A quibus praemonitus fuit Dominus Petrus ut se in futuras rogationes, quibus illi tribus aut quatuor diebus continuis erit forte concionandum, praeparet. Quod arduum concionandi munus, molestissimae docendi junctum provinciae, mirum quantis ipse perferat laboribus.

D. Michaël¹ prima dominica cujusque mensis ad nobiles matronas, primo quoque die sabbati ad peccatrices mulieres concionari perseverat, ex cuius concionibus in dies uberrimi divina gratia fructus producuntur; nam et nobiles matronae fiunt promptiores ad eleemosynas, honesto jungendarum con-

¹ Michaël Botellus.

nubio vel in coenobio collocandarum, quae convertuntur, mulierum gratia erogandas, et peccatrices fiunt ad cognoscendas sordes oculatores et ad eluendas deinde cognitas ardentes. Non paucis abhinc diebus, aliquot adhuc e coeno vitaeque libidinosae luto penitus emerserunt, et, extersis immunditiarum suarum maculis, purius et honestius vitae genus elegerunt.

Ad haec singulis idem quadragesimae dominicis et festis aliquot diebus in amplissimo Divae Catharinae coenobio, ubi numerosissimus est virginum omniumque nobilium exercitus, quae miram quamdam pietatem religionis divinique cultus suspiciendum prae se ferunt studium [concionatus est]; et usque eo D. Michaëlis concionibus afficiuntur ut saepius apud se concionari ardentes exoptent desideriis; nulla concionum possint prolixitate satiari; sed, si quando D. Michaël ab eo, qui comitatur eum, ut dicendi finem faciat, cum diutius concionem suam videtur protrahisse, commonetur, id habent ingratissimum, et D. Michaëlem monuerunt, ne secum talem duceret amplius comitem, qui eum in dicendi fervore interpellaret et ipsas audiendi delectatione privaret. Accedit his Domini Michaëlis laboribus quod iisdem diebus in alio monasterio mulierum concionatur, quae non multo minus quam aliae conciones illius amplectuntur. Alii fratres aliis coenobiis suam concionibus habendis operam detulerunt.

Reverendus Dominus Paulus¹ doctrinam christianam, quam discipulis omnibus singulis diebus veneris in Divi Antonii, coëuntibus praeterea viris et mulieribus eodem solitis accedere, interpretandam superioribus litteris diximus suscepisse, propter confessionum nimias occupationes, quae vix eum respirare permittebant, hac intermisit quadragesima; necnon epistolam ad Romanos, quam lingua vernacula, in gratiam ruderum virorum et mulierum, diebus exponebat dominicis. Sed utramque lectionem, exactis Paschae festis, eadem, qua auspicatus fuerat, diligentia repetivit.

Hi sunt, R.^{de} Pater, nostrorum labores, haec semina, hae messes, quas speramus futuras posthac copiosiores, si Dominus messis per te plures operarios miserit in vineam suam; nam messis quidem multa, operarii vero pauci.

¹ Paulus d' Achillis.

Superest ut omnes Patres Reverendos et fratres in Christo charissimos uno ore tuis commendem precibus divinisque sacrificiis, quibus adjuti, stabilitis et confirmatis magis viribus, quicquid esse proximo utilitati, sibi saluti, Deo optimo maximo honori viderint, exequantur.

Vale. Panormi, 8 idus Maji 1552.

Tuus in Christo humillimus filius,

JOANNES ROGERIUS.

CXLVIII

P. Annibal de Coudreto,
Ex commissione Patris Antonii Vinck.
 Patri Ignatio de Loyola.
 Messana, 17 Maji 1552¹.

IHS[†]

Gratia Domini nostri Jesu Christi sit nobiscum semper.
 Amen.

Quae proximis quatuor mensibus Patrum fratumque opera Deus ac Dominus noster Jesus Christus Messanae fieri concescit, his ad te litteris scripturus, R.^{de} in Christo Pater, atque imprimis observande, non dubito quin illud jure tibi venire in mentem possit: alienam legis messem, Annibal, et alienis exultas opibus. Ego vero id fateor, Pater, et dolens fateor. Sed

¹ Autographae litterae, et quidem manu totae Annibalis, sunt in quadruplici folio nn. 94-97.—In his tria tantum verba mutavit Polancus, addidit quatuor; sed plura lineis aut subter aut circum ductis notavit, que a librariis, dum apographas conficiebant, erant transilienda. Harum etiam apographarum exemplar habemus in foliis 29 v.^o-33 Codicis 1551. Hic vero autographas integre transcribemus.—Habemus item et adversarium, in foliis olim 278-281, nunc 98-101, totum etiam manu ipsius Annibalis. In eo tot litterae sunt, tot emendationes ut clare appareat quantum in his litteris conficiendis curiae et diligentiae ponebatur.

quid agam? Praecipua quidem virtus est, ut legisse aliquando mihi videor, facere scribenda. At haec si absuerit, proximum est scribere et admirari facta. Nam quorum nos admiratio tenet atque allicit, ea facilius promptiusque imitari studemus. Et qui aliena facta litteris mandat, eorum et ipse quodammodo fit particeps. Quod cum ita sit, Dei primum, deinde R.^{di} P. Antonii¹ clementia et benignitate sic partitas inter nos fuisse operas existimem, ut quae alii fecissent, ego unus, omnium tibi nomine, recenserem, ne horum, qualiacumque haec futura sint quae scribam, solus expers relinquerer. Quorum ego narratione nunc ingressurus longis te praefationibus diu detinere non institui, satis alioquin occupatum, et qui rerum magis quam verborum copia delecteris. Illud unum profecto dicam, si idoneus scriptor his rebus contigisset, majores quidem fortasse, certe autem gratiore et jucundiores videri potuisse. Sed ad te, ut dixi, haec scribuntur, cui nihil parvum est, quod Dei beneficio factum sit; nihil etiam non vehementer gratum jucundumque, quod a filiis, quantumlibet ingratiss et negligentiae laqueis irretitis, loquar enim quod singulos de se sentire certo scio, tibi tamen charissimis offertur. Quamobrem securus haec tibi accepta fore, quoquomodo a me dicantur, rem ipsam statim aggrediar².

Atque ut ab eo sumam initium, quod maxime nosse desideras, domestici omnes in dies proficiunt, non tantum spiritus fervore, sed litterarum etiam studio ii, quibus studendum est. Caeterum de singulis dicere nihil attinet, sicuti nec de aliis rebus permultis, quas in universum tibi notas esse non dubito, ut qui orandi, legendi, studendi, et omnino qui nobis vivendi sit modus. Neque enim quicquam vel additum vel detractum est ei rationi, quae tunc instituta est cum adesset R. P. Natalis; quae, licet praeclera semper et prudenter excogitata visa sit omnibus, tamen quanto desiderio universum istud Collegium instituta illa, quae a R.^{da} Paternitate tua idem Pater afferre dicitur, exspectet, vix dici potest³. Emendatores enim

¹ P. Antonii Vinck, Messanensi Collegio praefecti, dum aberat P. Hieronymus Natalis.

² Quae, a verbis *imprimis observande*, hucusque scripsit Annibal, ea suppressit omnia Polancus.

³ Vide POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 529, n. 277.

magisque ad pietatem et studia compositos se ex his fieri posse singuli et cupiunt et vehementer sperant.

Qui ad inferiora obsequia domum sunt recepti, ita se et domi et foris gerunt ut mirari se quidam, etiam nobiles, quibus ipsi hactenus noti fuerant, palam praedicent, qui fieri potuerit ut tam brevi tempore tam diversos a pristinis mores induerint.

Simplices siquidem et incessu modesti vultuque semper pietatis, quae intus latet, certissimum praebente indicium, nec consanguineis quidem, si forte obviam facti ipsos compellarint, quicquam respondent praeter id unum: sibi sine facultate non licere cuiquam loqui; proinde patienter ferant et, si quid sit quod urgeat, ad Collegium veniant; ibi fore ut eis satisfiat. Tantum vero abest ut illi aegre ferant in hunc modum sibi responderi, ut maximopere gaudeant et gratulabundi nonnumquam ad R. P. Antonium accedant ista narraturi.

Haec in adolescentibus, qui in domo probationis spiritui et litteris vacant, mira fortasse magis propter aetatem videri possint. Sed ipsorum multae majoresque quam pro annorum numero virtutes ista velut obscurant et minora videri faciunt. Verum ne has quidem sigillatim recensebo. Siquidem et scriptum est de his alias, et tibi in praesentia satis esse arbitror, si, uno verbo complexus, dixero tantas iis et virtutis et doctrinae factas esse accessiones ut viri potius (minus dico quam possem, sed sane id satis est quod hoc vere dico) viri, inquam, potius, siquidem mores spectentur, quam adolescentes jure videri possint. Exclamarem hic, si liceret his in litteris de me ipso loqui, et meam ignaviam, quantumvis pudore et rubore perfusus, palam profiterer ac pree me ferrem, qui me ab his longe relictum omnique virtutis ornamento superatum videam. Sed his non datur hoc tempore locus, quo non mea suscepit mala deploranda sed aliorum bona commemoranda¹. De domesticis igitur satis.

Proximum esset ut de scholis deque scholasticis dicerem; sed ne in his quidem aliquid est novi. Scholarum nosti numerum atque ordinem. Nosti quoties confiteantur scholastici; quis vero sit horum numerus, quis erga nos affectus, quam ad

¹ Haec etiam, a verbo *Exclamarem*, suppressa sunt a Polanco.

omnia pia proclivis animus, nec istud ignoras. Magnam utilitatis spem in puerorum institutione esse positam hoc quoque alias scriptum est. Nihil igitur superest, quod ad hoc pertineat.

Quamobrem ad ea venio, quae te maxime audire velle intello, ea, quae ex concionibus sacrisque confessionibus hoc jejunii tempore sequuta sunt commoda. Magister igitur Benedictus¹ toto quadragesimae tempore, diebus quidem dominicis ac festis, quod semper solet, concionatus est. Profestis autem evangelia et epistolas singulorum dierum exposuit idque multa auditorum frequentia, etsi praeter ipsum quinque alii ecclesiastae in hac urbe concionarentur. Cumque non pauci hoc modo, ad meliorem vitae rationem conversi, a via peccatorum diverterint, tamen unus praecipue singulari quodam Spiritus Sancti ductu ad poenitentiam rediit, vir nobilis ac potens et in hac civitate magni habitus. Huic, cum, propter occisum fratrem, grave odium jam septem abhinc annis cum altero viro gravi, qui, et ipse clarus genere, opibus multum poterat, intercessisset, aliquando inter ipsos depugnatum fuerat magno totius fere civitatis tumultu, ut bonam nobilium partem secum traherent hae duae factiones, nec una tantum familia sed plurimae eodem odio eadem ex causa arderent. Multi supplicio addicti jam poenas dederant. Multi praeterea ex hac causa, in exilium relegati, patria carere cogeabantur. Et quod erat miserimum, vir ille magno prope totius civitatis moerore jam diu in carcere nexus, saepe jam tortus, non prius evasurus inde credebatur, quam de eo extremum sumeretur supplicium. Instabat enim hic ejus adversarius apud Pro-regem vehementer, et nulla ratione, nullis lacrymis, nullis etiam principum precibus flecti poterat ut vel remissius quicquam cum eo ageret. Hunc ita ferocem animo movit Deus, unus author motorque cordium, circa initium quadragesimae ut lubens frequensque ad templum nostrum accederet, ibique sacra interdum duo, semper autem concionem vel lectionem, utra pro dierum ratione haberetur, attentissimus audiret, lacrymis interea per ejus genas copiose decurrentibus, quo et ipse nonnumquam obvelare pallio caput cogebarat, ut jam admirationi esset suis civibus, nobis vero etiam spem majoris fructus afferret, qua nec

¹ Benedictus Palmius.

frustrati sumus. Instante siquidem solemni Resurrectionis die, coepit privatis colloquiis domi nostrae agitare an redire cum Deo in gratiam posset. Cum autem id fieri non posse intelligeret, nisi adversario ignosceret, negare primum omnino id se facturum, paulo post etiam ficte multa polliceri, nunquam tamen ex animo quicquam (sic ex ipso postea didicimus). Neque tamen interea a suo more discedebat quin et sacra et conciones audiret, proximus semper, si posset, concionatori, ut facile appareret cupere eum a laqueis daemonis evadere, sed illatae injuriae oblivisci non posse. Hic ejus misertus Dominus die Parasceve ita concionatoris nostri mentem charitatis igne accendit, tantoque ei spiritus fervore, cum de caeteris ad rem facientibus, tum de condonandis praesertim injuriis, disserere sua benignitate concessit, ut non solum huic, de quo loquimur, sed multis etiam aliis initium haec dies attulisse credatur melioris vitae. Permotis enim vehementer omnium animis, cum eo ventum esset ut Dominum nostrum Jesum Christum cruci affixum esset ostensurus, eoque paulisper detecto ac deinde rursus obtecto, se non prius ostensurum serio affirmaret, quam alta voce pollicerentur se omnia facturos quae ad salutem iis esent necessaria, trepidante universo coetu virorum ac mulierum, et jam pree lacrymis, dolore ac planctu vix se sustinente, cunctantibus tamen adhuc ad id respondere quod propositum fuerat (neque enim putabant illum serio exigere, sed ex more concionatorum id facere voluisse, quo magis eos afficeret), tum ipse ad crucem conversus, quae panno nigri coloris velata erat, eamque amplexatus: en, inquit, Christe, verumne est quod dicimus: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me?* En servos se tuos profiteri nolunt. Hac voce velut gladio perfossis omnium cordibus, auditae sunt per templum voces: Volumus, volumus; tu modo hunc nobis ostende. Sed submissiores hae voces erant quam ut id mereri viderentur, donec vir ille nobilis, cuius gratia haec omnia retulimus, qui jamdudum animo responderat, sed lingua, pree dolore ac lacrymarum ubertate, proferre non poterat, misso prius clam servo, qui ecclesiastae fidem daret omnia se facturum, antequam ad suggestum servus accessisset, non ferens dolorem et angustiam animi qua premebatur, voce quanta potuit maxima (coegerit enim sese, quod audientibus facile apparebat, ut pro-

ferre posset) exclamavit: Ego, domine, faciam quod voles. Tum ille, neque enim vocem ejus agnoverat, licet et adesse illum sciret et ipsum maxime peteret: ecquis, inquit, tu es? Ego, inquit ille, Sebastianus Ansalonius. Quanta ad hanc vocem mixta fuerint omnium lacrymis gaudia eorum, qui statum ejus habitumque noverant, Dei misericordiam collaudantium, nullis ego litteris explicare queam. Sed pergamus. Ostensa populo cruce et concione feliciter dimissa, promissi nequaquam Sebastianus immemor, in Asylo¹ templi nostri transiturum concionatorem exspectare voluit, ut amplexaretur in osculo sancto; quod ut factum est, statim se negavit a nobis exiturum, donec quae promiserat praestitisset. Missis itaque litteris ad R.^{um} hujus urbis Vicarium, cuius ipse frater est, quibus hac de re certiore eum faceret, non mediocrem ei laetitiam attulit. Jam pridem enim ut ab odio Sebastianus cessaret optaverat. Misit et ad suos nuncium, qui suo nomine referret, nisi sibi assentirent ut hanc injuriam dimitteret, domum se nostram non egresurum; statimque, advocate scriba publico, omnibus, et qui in carcere sua causa detinerentur, et qui urbe in exilium ejecti essent, libero hilarique animo pepercit. Et jam longe levior factus, de confitendo cogitare coepit, tantusque hunc peccati mortalis cepit horror atque aversio (egregie siquidem hoc inculcaverat concionator nihil peccato mortali tetrius, quod una fuisse causa cur Christus pateretur), sic, inquam, hoc repente aversatus est, ut se nunquam deinceps mortale crimen commisurum assieveranter diceret; immo vero octavo quoque die confessurum; quod et facturum confidimus; nam et nobis est affectissimus, et in templo nostro lubentissime versatur.

Replevit hujus rei fama non Messanam modo sed universam etiam, ut nobis retulerunt, Siciliam. Nec immerito sane Messanensibus ingenti fuit gaudio, quoniam multis haec res obesse poterat. Fatetur enim hic hisce annis septem de nulla re magis quam de effundendo sanguine se cogitasse, ut qui jam plane efferatus esset, et ad omne scelus, sicuti ipse ait, paratissimus, hac una cogitatione audacior ad omnia factus, quod sibi non esset confitendum. Neque enim unquam post coeptum odium confessus

¹ in atrio, POLANCUS, *Chron.*, t. II, pag. 531, n. 278; qui tamen in apographis *Asylo* reliquit scribendum.

fuerat. Laus et honor Deo omnipotenti, cuius solius ductu ac numine hoc ita evenisse declarat etiam factum adversarii hujus, qui in carcere roganti uni ex connexis quod sibi consilii daret, se enim odium in quemdam exercere, velle tamen communicare et injuriam condonare, paucis ante diebus cum respondisset laudare se institutum, multisque esset hortatus ut quod cogitaret perficeret, eo digresso, ad se conversus et se compellans, heus, tu, inquit, qui alii tam probe nosti consilium dare, cur non et saluti tuae prospicis? Et, his dictis, statuit confiteri ac die coenae Domini communicavit, statuens apud se in carcere mori, quod nos ex ipsius ore accepimus, in peccatorum poenitentiam, si Dei voluntas ita ferret et Ansaloniis videretur. Nam quod ad se attineret, omnia se illis ignoscere quaecumque in se commisissent. Hoc animo cum esset et noctem ejus diei totam legendae ac meditandae Passionis Domini Nostri Jesu Christi non sine etiam multis lacrymis transegisset, factum interea ut die veneris nuncium laetissimum acceperit Ansalonium ei percisse. Vix juvat ab hoc Ansalonii facto discedere; ita, mihi crede, omnium nostrorum animum illa dies laetitia affecit in Domino; sed tamen ad alia, istis fortasse nihilo minora, transeundum est.

Alius vir quidam nobilis, quorum unus ei pollicem, alter ejusdem manus indicem, tertius digitum medium alterius manus abtruncaverat, alii, erant enim plures, una cum his tribus eum occidere saepe conati fuerant, hunc die magni sabbati Dominus sua clementia in manus adduxit unius ex R.^{dis} Patribus nostris, cui cum coepisset confiteri, etsi initio imparior accessisset, paulo post tamen ita ejus animus incaluit, ut, in uberrimas solutas lacrymas, odia se depositurum et quaecumque vellet Pater facturum vero promptoque animo promiserit. Perfecta itaque hunc in modum confessione, accersito notario et testibus, libere omnibus quicquid in se commisissent condonavit. Adversarii partim Messanae erant, partim in exilio degebant, hac ex causa; praecipui inter hos erant duo fratres, quorum alter Messanae, alter alibi in exilium pulsus vivebat. Et ad hunc quidem satis non ¹ fuit scriptam misisse remissionem; illum autem, quae situm in urbe et inventum, magno pietatis affectu

¹ Particula haec non alia ab Annibal's manu intra lineas addita est, sed redundare videtur.

amplexus sancte deosculatus est. Haec cum essent audita patri horum duorum fratrum, qui Messana aberat, miratus adversarium suum sibi repente amicissimum factum, coepit et ipse sibimet esse velle amicus ac saluti sua prospicere. Quo factum est ut sancto confessionis sacramento animam suam ablui sordibus peteret, quae quantae essent, novit Deus. Nos hoc unum scimus: post viginti annos illum non fuisse confessum. Prior ille, cui abscissi fuerant digiti, postquam communio-
nis sacramentum devote receperisset, eodem die laetus ad Patres nostros rediit, multisque gratias egit, et inter caetera id se mirari dixit, quod, cum antea ebullire illi sanguis ac sese totus commovere soleret, quoties manum suam inspiceret, nunc non solum id non pateretur, sed et sanos propemodum atque integros digitos habere sibi videretur. Sensit et hic gravissimam esse mortalis criminis culpam, nihilque esse levius aut jucundius quam pura mente Deum colere. Quod cum verbis praedicitum vero et re ipsa confirmat. Nam post Pascha octavo quoque die apud nos confessus est; decimo quinto autem plus minus communicat; sicque pergere instituit. Faxit Dominus, omnium bonorum author.

Haberem alia hujus generis exempla. Nam et duo, qui sacerdoti mortem inferre statuerant, eadem die, quae ad hoc ipsis designata erat, in templum nostrum deducti a quibusdam, ubi uni ex nostris confessi sunt et, remissis plene injuriis odioque omni deposito, absoluti, hilares abierunt; quorum alter eo erat miserandus magis quod alterius sacerdotis neci interfuisset, quamobrem et a socio ad simile fuerat scelus assumptus, quasi hac in re peritus. Et quaedam mulier occisi fratris injuriam atque ex ea odium quod diu ¹ pectore foverat, penitus abiecit et authoribus sceleris omnia remisit. Nec esset illud tacendum, quod quidam tribus jam abhinc annis vehementissimo odio tres homines prosequebatur; itaque, tertio domum egressus, in hoc fuerat ut iis vitam eriperet, et quinque aut sex annis sacra-
mento confessionis sese privaverat; qui apud nos confessus, pio generosoque animo illis pepercit. Sed si narrationem singulorum aggrediar non erit scribendi, ut ita dicam, finis. Quamobrem ad alia peccatorum genera transeamus.

¹ *dia* scripsit hic Polancus, ubi scripserat Annibal *plusquam anno*.

Mulier quaedam, quae ut minimum octo annis usuris vacaverat, facta hic generali confessione, et peccatum dimissum et peccandi occasionem penitus abjecit. Et quoniam in mulierum mentionem incidimus, commodum fuerit nonnullas recensere quae, ex coeno luxuria atque illicitae libidinis eruptae, ad puriorem reductae sunt vivendi normam; quod cum fiet, simul quoque de viris, quibus hoc idem contigit, dicendum erit. Prima igitur hic sese offert meretrix quaedam, quae cum decem annis cuivis prostituta et iis, misera, sordibus involuta vixisset, confessione peracta, ab hoc statu penitus discedere de-crevit.

Alia quaedam octo annis modo huic modo illi addicta, non tamen cuivis exposita, ad nos confitendi gratia accessit, et inter confitendum, erat autem confessio generalis, visa sibi est sentire quasi ahenum igne plenum per os suum exire et velut mortua ad pedes confessarii cecidit: hanc daemon videlicet obsederat; quo liberata, domum sana mente et valido corpore reversa est ac postea communicavit. Nupserat haec, et vir ejus generaliter confessus est. Praeter has, alia generalem (neque enim hoc nomen mutabo) confessionem edidit, quae decem annis hujusmodi peccatis dedita vixerat. Sed quid eam miremur, quae decem annos sic vixerit, cum et aliae duae succurrant, quarum altera, quae generaliter confessa est, sexdecim annis, altera decem et octo concubina fuerit, utraque, confessione facta apud nostros, ab hoc vitae genere recesserit? Nihil magnum divinae virtuti, qui nunquam renasci senes juberet, nisi et opem ferret, quo ipsi renasci possent.

Quod sane factum est et in his, quae modo retuli, et multo etiam magis in eo, quod jamjam referam, si modo id renasci dicimus e corruptissimis moribus et longa malorum consuetudine animum ad meliorem frugem revocare. Etenim mulier quaedam nobilis, quae totos triginta et sex annos, nunquam interea confessa, in concubinatu vixerat, quamquam interim ex his viginti annos viro conjugata fuisset, post generalem confessionem et sacrae Eucharistiae sumptionem, prorsus hanc vitae rationem vitare se velle professa est et singulis mensibus confiteri pergit. Sed jam de mulieribus hactenus; nunc de viris.

Fuit inter hos vir quidam nobilis, qui, cum jam tricesimum

aetatis annum attigisset, vix tamen interea sexies se confessum meminerat, et continuis quatuordecim annis concubinae addictus, misere animi et corporis nobilitatem de honestaverat. Hanc cum in uxorem duxisset, duabusque praeter hanc concubinis domum suam accersitis,¹ eodem tempore tres ex se gravidas domi suae haberet; facta generali confessione, ita divina gratia mutatus est, ut, retenta tantum uxore, sancte vivere proposuerit, ac jam octavo quoque die confiteatur, singulis vero quindecim fere communionis se muniat sacramento; cuius status atque habitus tanto nunc est mirabilior quo miserabilior ante fuerat. Sed non vacat immorari; quamobrem pergo et caeteros percurro.

Alter, uxore mortua, concubinam domi duobus jam annis aluerat; aegritudine autem correptus eo devenerat ut de salute ejus pene desperaretur. Hic tum Patrem unum ex Collegio accersiri fecit, qui, ejus audita confessione, curavit ut quam ante concubinam habuerat, eam tunc in uxorem duceret; quod ubi fecisset, praeter omnium spem convaluit, ac postea confessurus templum nostrum adiit, ibidemque communicavit, laetus quod ex retibus daemonis exilire, prope jam oppressus, potuisse. Sunt etiam qui concubinam penitus reliquerint; aliis, quo tutius in bene coeptis persisterent, non sat fuit nisi etiam ex civitate emitterent. Praeter hos quidam confessus est, et vivendi rationem citra mortale peccatum sibi instituit, qui trium et viginti annorum spatio semel tantum confessus fuerat. Nam duodecim annis concubinam aluerat; deinde in discrimen mortis adductus, legitimo sibi matrimonio hanc conjunxerat; et tum semel tantum confessus est et communicavit; rursumque aliis duodecim annis, etsi uxore ducta, a turpissima tamen vita non sibi temperabat, sed in immania sclera profusus sacrae confessionis et Eucharistiae sacramento caruerat. Haec de concubinariis, ut vocant, satis dicta sint.

Qui vero nulli certo sceleri addicti, immo potius aequi omnibus, nullum sacramentorum usum a multis annis experti fuerant, plurimi ad nos accessere. Nam eos, qui semel singulis annis confitentur, facit deteriorum frequentia minus malos videri. Quamobrem de his tacebimus, etsi multi, a nostris antea non audit, accesserint. De caeteris vero hoc unum in summa dicitur: multos ab annis duobus, tribusve aut quatuor, multos quo-

que a novem ac decem annis non fuisse confessos, qui R.^{dis} Patribus nostris confessi sunt. Dicam amplius: accessere qui quindecim nonnulli et qui totos viginti annos sine confessione transegerant. Sed et unus intra viginti et quinque annos se ter aut, ut plurimum, quater confessum ajebat. Quid plura, cum fateri etiam non erubescant, ignorare se annorum numerum, quibus hisce sacramentis caruerint?

Fuere et juvenes aliquot animo vagi, moribus parum honestis, qui conversi sunt ad meliorem mentem. Quorum unus libros suos, qui nihil nisi vanum lascivumque docere illum poterant, ad nos detulit et alios, quorum lectione melior fieret, ut *Gersonem*, *Speculum crucis* et hujusmodi sibi comparavit. Nec ullo tempore vacatur ab aliquo fructu colligendo divina bonitate, ne tum quidem cum maxime regnare daemon ac plurima posse creditur. Nam pridie cinerum tres in nostro templo ab uno eodemque sacerdote generales confessiones auditae sunt. Milites quoque hispanarum legionum, atque ex his praecipui quidam ac praefecti, nostris Patribus sunt confessi; et infirmi plerique, cum in hospitali, tum in multorum domibus, ad quas advocamur. In carcere vero, non nostro infirmorum¹, sed et aliorum quoque Patres nostri audierunt confessiones et multos inde eleemosynis liberarunt, qui aere alieno pressi ibi detinebantur cum solvendo non essent. Sed de eleemosynis suo postea dicetur loco.

Nunc, quoniam e multorum animis fugatum daemonem diximus, subjiciamus breviter ut e corporibus quoque nonnullorum sit expulsus. Adolescens duodecim annorum qui, tumefacto gutture, quod a muto spiritu obsideretur, jam dies aliquot omni cibo abstinuerat, ubi, ad templum nostrum adductus, confessus est, laetus ac liber cum parentibus domum rediit. Puella item, quinque plus minus annorum, cum totam domum patris sui infestaret, huc delata, acceptis remediis curata est. Alia quoque infantula nobilis, fasciis involuta, quae a daemonio vexari credebatur, lecto super eam Evangelio Joannis et oratione Dominica, domum sana deportata est. Nobilissimae cu-

¹ Vide POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 37, n. 77.—Ibi quidem sermo est de Panormo; sed verba haec Annibalis indicium, ni fallimur, probabile satis praebent idem a Natali Messanae in incarcatorum auxilium, dum aegrotabat, factum, quod fecit Panormi Pater Domenech.

jusdam matronae, cui Donatae nomen est, domus cum noctu diuque quibusdam daemonum terriculamentis infestaretur, adhibitis prius aliis remediis sed parum proficientibus, vocatus est unus ex R.^{dis} Patribus hujus Collegii, qui cum illi domui benedixisset, additis etiam exorcismis, nihil ultra senserunt molestiae, sed quieta ibi omnia deinceps diu noctuque fuere.

Videor mihi maxima hujusce suscepti muneris parte levatus, ut qui non majorem modo sed spinosiorum partem percurrerim, in qua nihil nisi adulteria, fornicationes, concubinatus, odia, breviter daemonum opera audire licuit. Nunc si qui nobis flores hoc in nostro agello creverint, si qui etiam fructus ex jam olim consitis arboribus orti fuerint, hos, spinis ablatis, tibi, Pater optime, carpendos offeram; tui enim sunt. Accipe igitur primum, quem tibi credo non ingratum fore. Septem virgines, quae suam virginitatem Domino consecrarunt. Accipe alterum. Totidem viduae continentiam, voto emissio, eidem obtulerunt. Accipe et tertium: quinque monachalem habitum induere, nec habitum tantum sed et vivendi morem. Ex his tres sunt masculi, adolescentes, qui fratrum, quos capuccinos vocant, religionem sunt ingressi; duae foeminae, altera virgo, altera viuda. Harum virginum duae maritis prope ablatae sunt; jam enim desponsatae fuerant, non tamen eo rerum adhuc deductae ut rite disjungi non possent. Dominus itaque Cornelius¹, qui hujus praedae est in Domino avidissimus, eas ad altiorem statum revocare conatus est, quod et obtinuit. Habet et aliam prae manibus eodem modo desponsatam, cujus tamen animum jam ad religionem inflecti sensit. Est hujus artis peritissimus, ita ut hoc nomine sit in hac urbe celebris, quod nulla virgo, nulla viuda, ejus manus effugere possit, quin eam Domino aucupetur et lucrifaciatur, si se illi crediderit.

In hoc lubens referam quod, ut spero, non injucunde audies. Tres virgines cum id vellent experiri verumne esset, quod de R. P. Cornelio diceretur, certissimae apud se nulla se ratione vinci ab eo cogive posse ut invitae animum ad virginitatem appellerent, praesenti animo structisque verbis confessum ei veniunt simul omnes. Cum primae inter confitendum ita persuau-

¹ P. Cornelius Wishaven.

sisset, ut jam se monacham esse velle ipsa diceret, laudavit ille institutum et ad voluntatem divinam facile proclivem animum; confirmansque in proposito, abeunti a se dixit: vide ne quicquam duabus sociis dixeris. Nihil prorsus, inquit illa, nam et eas pariter mecum decipi et aequum est et mihi optabile. Hac digressa, accedit altera, ipsaque similiter eodem adacto hamo inescata est, et pari cum consilio dimissa. Postremo, ut brevi absolvam, et tertia in rete incidit; rete, inquam, tutissimum religionis. Ita tres, quae deridendi causa quodammodo advenerant, non delusae quidem ipsae sed prudenter deceptae sunt, ut nulla quid aliis contigisset scire posset, donec, mutuo expositis votis, gratulationibus mutuis, laetae ac Domino gratias agentes, eo redierunt, unde venerant, longe tamen aliae quam inde prius discessissent.

In monasteriis mulierum nonnihil etiam profectum est. Illuc enim mittuntur aliquando nonnulli concessionatum. Neque a monachis tantum libenter audiuntur sed ab aliis etiam; quod ipsa indicat populi frequentia, si modo praescire potuerit ubi futura sit concio.

Nostri vero templi conciones tanto affectu et devotione accipiuntur, ut exponere, si maxime velim, non possim. Auditorum enim lacrymae et eorum opera praesertim, qui apud nostros confitentur, id facile declarant. De quibus quia huc ventum est, dicam nonnulla. Pauperibus, in carcere nexit aut reclusis, atque iis, qui in xenodochio jacent infirmi, multae erogantur ab his ¹ eleemosynae, neque tantum quas colligunt, sed et de sua ipsorum substantia. Visitant ipsi et carcerem frequenter, et multos liberant, numeratis, quas debent, pecuniis. Xenodochia item (quod nos diebus dominicis facimus) et pauperum domos invisunt, ut egenis succurrant. Neque sibi neque rebus suis, ut dixi, quantum fert ratio, parcunt.

Sed haec de viris intellige, quibus nihilo inferiores se esse mulieres patiuntur, quantum decori ratio permittit. Nam et mulieribus inopia laborantibus ipsae adsunt et vestimenta sua, etiam serica, illis elargiuntur; idque vero, ut novimus, affectu. Quod, licet in re minima, ex eo, quod nunc commemorabo, facile perspicere poteris. Duae nuper mulierum hospitale invise-

¹ ab his, qui frequenter apud nostros confitentur, quorum hic est sermo.

rant; ibi quaedam paupercula iis occurrit, reticulum muliebre ab altera postulans. At illa, mihi vero, inquit, hic non est aliud quam id quod gesto; sed tu tantisper exspecta, dum revertar domum et inde mittam. Hoc cernens quae illi erat socia, cogitans magnam sibi oblatam occasionem multa pro re levi lucifaciendi, si se etiam suo privaret, conversa ad pauperculam, accipe, inquit, et detractum sibi modeste de capite porrigit. Hic se increpare illa prior tacite, atque apud se dicere longe se a charitate illius differre, quae idem, quod ipsa, facere non potuisset. Parva haec res, sed si animus pendatur, satis magna; ob quam illa, domum reversa, ne a lacrymis quidem, nedum a dolore, sibi temperavit.

Sed ad viros revertar, quorum tanta est charitas atque sanctitas ut domos etiam meretricum circumeant (hoc vero non nisi pauci faciunt) ad poenitentiam adhortantes, idque securis illorum conjugibus neque quicquam de illorum virtute dubitantibus, ut quae et ipsae piis vacent operibus. Duo, ut caeteros omittam, paucis ante diebus domum meretriculae sunt ingressi, quorum alter crucifixum, alter mortui calvariam sub pallio gestabat; his autem velut armis illam aggressi atque ubertim lacrymas effundentes, ipsam quoque ad lacrymas compulerunt; coacta vero illuc repente vicinorum multitudine, adhortari eas coeperunt ad poenitentiam, neque, ut putamus, inutiliter. Dant quoque operam ut nunquam ad concionem veniant, quin aliquem secum adducant, gravi aliquo scelere implicitum. Per multos etiam ad confessionem adducunt, praeter illos, quos, e carceribus eductos, non prius dimittunt quam confessuros in templum nostrum deduxerint. Parant et domi suae pauperibus cibos eosque vel invitatis dispensant, vel domum mittunt, praesertim si sunt infirmi, ut venire invitati nequeant. Hoc postremum ad viros et mulieres juxta pertinet.

Hi sunt continuae confessionis concionisque proventus, quibus quotidie accedit aliquid Dei bonitate et clementia. Non enim defuere, qui cum per totam prope concionem flevissent, ea absoluta, perstiterint una hora lacrymantes, ac tandem, vocato aliquo ex nostris sacerdotibus, ejus se consiliis totos commiserint.

Nobilis illa et dives matrona, quam superius Donatam nominavimus, vidua, vineam in usum collegii hujus dedit dono.

Distat autem Messana fere 24 millibus passuum non longe ab oppido Mylis. Est spatio amplissima et numerantur in ea 18 milia vitium, praeter etiam domum ibi extrectam et latum quod-dam spatium, quod, nunc incultum, facile coli potest.

Magnum est in hac urbe hujus Societatis nomen, magna sanctitatis existimatio. Nec parum aucta est paucis ante diebus propter eorum nonnulla, quae hactenus recensui, ut non vulgo tantum, sed inter maximos quosque his de rebus habeatur sermo. Et ipse Pro-rex proximis diebus, cum reversum Catana R. P. Antonius eum invisisset, pauca primum de nostra omnium salute sciscitatus, statim, non interrogantis sed asseverantis in morem moto capite, suo idiomate ait: *se ha hecho frutto, Padre;* hoc est, ut verbum verbo reddam: factus est fructus, Pater. Parvum est hoc, sed in hoc viro majoris sensus erat indicium.

Major etiam appareat erga nos magnatum affectus. Et stratus, qui est Marchio Hierarchiensis¹, lectionibus aliquando² interesse voluit in scholis, concionibus autem non raro. Fratrem suum natu minorem nostris in scholis erudiendum tradidit. Tentaverat is in quadragesima ut posset quotidianam lectionem Evangeliorum et Epistolarum audire; sed quoniam tardius voluisse differri quam possemus propter scholarum lectiones, ideo obtemperare ei hac in re non potuimus. Haec fere Messanae facta sunt.

In Abbatia autem D. Joannis Osorii³, quae Sti. Philippi dicitur, et tribus ab hac urbe passuum millibus distat, R. P. Joannes Philippus Casinus diebus festis concionatus est jam a principio mensis Januarii hujus anni. Rogaverat enim primum Dominus Joannes Osorius sibi dari aliquem, qui continuo ibi maneret⁴; sed cum animadversum esset id nequaquam esse necesse, visum est satis si dies festos aliquis nostrum ibi totos ageret. Hoc cum ei R.^{do} Patri, quem modo nominavi, commissum esset, ita strenue vineam Domini coluit, ut multus inde

¹ Verba haec qui est Marchio Hierarchiensis, addita sunt a Polanco, qui tamen in *Chron.*, t. II, pag. 39, n. 80, hunc Marchionem de *Girasso*, et in pag. 554, n. 338 de *Jeraci* appellavit.

² aliquando scripsit Polancus ubi habebat Annibal uno die.

³ Vide supra, pag. 94, not. 2.

⁴ moram faceret scripserat Annibal.

animatorum profectus sit consequutus. Nam dulcedine ac suavitate verbi Dei, addam etiam novitate, ita gens illa, quantumlibet effera, et quae crudelitatis nomine supra hujus insulae reliquos populos male audiret, nunc delinita allectaque est, ut concionis audiendae gratia, duo triave millia passuum cum distarent permulti, venire tamen, seu accurrere potius, non dubitarent. Et quoniam matutinas horas sacro peragendo concionique impendebat, pomeridianis in docenda doctrina christiana occupabatur; qui longius adveniebant, ne horum altero carere cogerentur, si domum prandii gratia redirent, cibos secum adferebant, quo totum diem Domino impenderent. Ita haec vitae ratio illis placuit, ut secum felicissime actum dicant, quibus talis tantusque Abbas contigerit, cuius opera ingens hoc bonum, sic enim ipsi loquuntur, sint assequuti, quod nunc eo jucundius accipiunt quo ante fuerat insperatus. Neque vero vel frequentiae auditorum vel affectui fructus impar exstitit. Nam confessiones ita multae ibi auditae sunt, ut non festos tantum dies, sed saepe duobus tribusve diebus illic morari Patrem hunc oporteret; quadragesimae vero bonam partem ibi transegit; et paces aliquot confectae; et revocat exules, editis etiam in hoc publicis, ut vocant, actibus. Virgines nonnullae Deo se devovere sua sponte decreverunt. Aliqui generaliter confessi sunt; alii annorum aliquot confessiones repetere voluerunt; nam hoc praecipue ajebant nullum se hactenus tales confessarium fuisse expertos. Ut vero in summa dicam, dum ab his student sedulo cavere, quae in concionibus damnari audiunt, factum jam ut multi ad melioram vitae normam sese converterint. Nec laici modo, verum etiam presbyteri aliquot illarum regionum, qui, ludis et aliis dediti, nunc abstinent, et eos, qui suae curae sunt commissi, hortantur ut ad Sancti Philippi veniant conciones audituri. Ipsi vero etiam rogarunt ut peculiariter R. P. Philippus iis vivendi rationem traderet, quae sacerdotes deceret. Sed et confiteri ei voluerunt, quod nec ipse abnuit. Monachi quoque ordinis Sancti Basilii, qui in Abbatia habitant, lubentissime ejus se submittunt consilio rogaruntque ut suum vitae institutum (satis enim deflexit, propterea quod haec Abbatia in commendam, ut ajunt, abierat) ad divi Basilii normam emendari apud R.^m Abbatem curaret; se autem fore ad omnia promptissimos, dummodo in tuto posita salus eorum videatur. Nam hactenus liberiores

aequo se fuisse ipsi quoque et agnoscant et fatentur. Paulatim tamen jam meliores mores induere. Accessit ad caetera, quibus apud ejus regionis incolas Deo gratiae agebantur, evidens etiam miraculum. Cum enim a multis diebus nihil penitus plusisset, jamque desperare rustici de segetibus viderentur, die quodam, circumacta per agros a R.^{do} P. Joanne Philippo cruce pulcherrima, quae ex ligno crucis Dominicae confecta creditur, pretiosissimusque non immerito ejus loci habetur thesaurus, comitante longa hominum serie utriusque sexus, devote et cum lacrymis supplicantium divinamque implorantium misericordiam, eodem vespere, quo in Abbatiam crux sancta relata est, misit Deus clemens ac misericors copiosissimos imbres, neque nunquam postea pluviarum affluentia suo tempore desiderata est.

Catanae a R.^{do} P. Natale (hoc enim tantum superest ut huic muneri satisfaciam) tria praecipue facta sunt, quae scribantur non indigna. Is siquidem paucis diebus, quibus ibi fuerat cum Pro-rege, antequam, Romam profecturus, Messanam venisset, primum mille prope aureos coronatos haberi curavit ad erectionem domus orphanorum, qualis est Messanae. Deinde magnum pecuniarum numerum ad reaedificandum capuccinorum fratum monasterium paulo ab urbe longius, diruto priore, quod nimis imminentem moenibus videbatur, hoc praesertim rumore et incendio bellorum. Postremo in varios pauperes centum coronatos dispergi curavit.

Habes fere, P. in Christo observandissime, quae scribenda nobis occurunt, in quibus ut fateamur aliquid esse boni (tibi enim hoc relinquimus judicandum), negare tamen non possumus multo plura esse debuisse, nisi gratiae Dei occasionibusque datis nostra segnitie defuissemus. Petimus itaque veniam supplices, teque omnes quanto possumus affectu Patrem piissimum filii deprecamur ut precibus tuis sanctissimisque sacrificiis id assequamur quo hanc¹ a nobis expellere longeque abjicere possimus, ac tandem aliquando sollicitos Christo nos exhibeamus ministros. Qui unus dignus est cum Patre et Spiritu Sancto, cui laus, honor et gloria sit in perpetuum. Amen.

¹ Segnitiem.

R. P. T.

Mandato R.^{di} P. Antonio Vinck.

Servus inutilis et ingratus filius,

ANNIBAL A. COUDRETO.

Superscriptio in octava pagina: R.^{do} in Chro. Patri Domino Ignacio (*sic*) de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu.

Manu J. Ph. Vito: 1552, Mesanae. Quadri. messañ. 17 maji.

CXLIX

Robertus Clayssonius
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 18 Maii 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

Reverende in Christo Pater:

Nova negotii urgentis necessitas cogit nos ut saepius aribus tuis nostras litteras obstrepamus. Sed tua humanitas aequo animo feret quidquid scripserimus.

Jam bis terve monuimus Paternitatem tuam nos in angustum numerum redactos, nempe ternarium, excepto famulo², ob discessum sociorum, qui Romam missi sunt, et felicem evolatum in coelum fratris nostri magistri Caroli Commelini. Item dominum domus nostraes³ ad gregem suum ante festa paschalia profectum esse.

¹ Autographae in folio duplici n. 139.—Vere quadrimestres non sunt, sed quadrimestres compleint, quas supra n. cxlv dedimus, pag. 622.

² Vide supra, n. cxlv, not. 1, pag. 624.

³ Guilielmus du Prat, Claromontanus Episcopus.

Heri scripsit ad Patrem Baptistam Doctor ipsius, dominum domus nostrae habere Abbatiam quamdam monachorum, quam libenter vellet reformare; illum vero hujusmodi reformationis futurae non invenire meliorem modum quam ut novitios, quos vocant, alat in studiis et in bonorum hominum conversatione; eamque ob rem jam habere in collegio quodam hujus Academiae novitium quemdam scribebat, quem multis persuasionibus idem Doctor, loquens, ut credimus, in persona domini sui, petebat a Patre Baptista, ut reciperetur in consortium nostrum, donec studia absolvisset; ipsum Patrem Baptistam rem gratam facturum domino domus nostrae, si reciperetur.

Argumentum unum, quo persuadebat, erat amplitudo domus et vacuitas; alterum, si haec a nobis impetraret, forte dominum ejus bursam suam nobis aperitum. Tertium videbatur a charitate sumptum, scilicet, quia futuri essemus causa salutis illius monachi, si a nobis reciperetur. P. Baptista, quia valetudine, qua solet, adversa laborabat, et a receptione litterarum intra quatuor horas respondendum erat huic quaestioni, misit fratrem nostrum Jacobum Morellum in collegium illud, in quo ajebat Doctor habitare monachum. Is percontatus in quo cubiculo habitaret, audivit non amplius habitare in collegio illo. Rationem sciscitaturus quaesivit quisnam fuisse ibidem illius praceptor: atque demum invenit. Paedagogus ille respondit monachum quidem ingenii esse ad litteras nati, verum, quod ad mores attinet, dissolutum et effrenem; adeo ut numquam compesci potuerit blandis verbis aut minis quin quotidie exiret vel in urbem vel in agros, patremque ejus, qui alit eum in studiis, nolle eum cogi. Saepius etiam perturbasse juventutem quam erudiendam habebat paedagogus. Demum factum est ut, nolens vivere sub arbitrio praceptoris; e collegio discesserit in quamdam domum saecularem, multa detrac-ctans praceptoris suo, ut facilius persuaderet patri discessum a collegio.

His auditis voluit videre monachum, quem ait esse ordinis Divi Benedicti, aetatis septemdecim annorum, aut circiter, altioris quidem statura, humerale tantum ordinis insigne, quod italico more patientiam vocant, ferentem¹; reliquum

¹ Scapulare monasticum, *humeralē dictum* quia ab humeris pendet.

habitum esse scholasticum et clericalem: et ut ex facie licet conjicere, vagum; qui, ut ab ipso audivit, nunc primum initatus est dialecticae.

P. Baptista, his intellectis, multa animo volvens, scilicet, quantum incommodi posset hic juvenis nobis adferre et perturbationis, quodque ea de causa e Collegio Longobardorum recessimus ut soli essemus et quieti, quodque aditus unius monachi posset introducere multos alios, quum ampla sit domus et nos pauci, quodque hic monachus diu nobiscum esse deberet antequam absolverit philosophiae et theologiae cursus, quodque in victu quotidiano et obedientia diversi instituti homines vix convenire possint, quantumvis modesti, quanto vero minus hic qui depravatus est moribus? Adde quod hoc non conveniat instituto nostro ut curam habeamus juvenis alterius instituti. Ab altera vero parte mente agitabat, quemadmodum et quidam Doctor, amicus Societatis nostrae, superveniens, illi dixit, forte dominum domus hinc quaerere occasionem ut, si nos renuamus, hinc nos abigat, ut in locum nostri ponat hujuscemodi monachos Abbatiae suae. Forte enim piget eum promissionis iam factae; quum enim sciat nos nemini unquam, quamvis ei conjuncto, familiae nostrae consortium permisisse, cogitans quod multo minus huic monacho permittamus hoc ipsum, forte, ut dixi, quaerit occasionem; quamvis non audeat hoc Pater noster temere asserere.

Respondit autem Doctori in hanc sententiam, nesciens tam brevi tempore quid commodius responderet, se quidem par-tissimum esse domino suo et sibi satisfacere in omnibus, quae posset; verum tria obstare, ob quae minus posset certi aliquid respondere. P.^m quod sit instituti nostri neminem admittere, etiam unum e nostris alioqui futurum, qui semel gestaverit aut gestet habitum alterius professionis; quanto igitur minus admittendus esset tandemabiturus a nobis? Hoc autem non audere se infringere sine Superioris consensu et mandato. Secundum, quod hic parcissime viveremus et quod saepe esset olla igni apponenda, alioqui non apponenda, propter eum qui habet unde commode vivat, si eadem in mensa nobiscum comederet; quae res faceret ut subigeremus nos expensae, quam facere non possemus. Tertium, quod cum monachus hic sit inquietus et dissolutus, facile perturbaret nos omnes, qui in

quiete, et silentio et studio versari solemus; neminemque esse domi nostrae, qui posset monachum observare quid domi ageret, quove iret, aut quam consuetudinem haberet foris, et quos posset introducere, eo quod Pater noster saepe decubat in lectulo, quum vero potest exire, sit in urbem ad quaerendum victum: nos vero vel domi vel foris occupati lectionibus nostris. Tamen Pater dicebat se non fore in hoc animo obstinato, sed scripturum ad Paternitatem Tuam quid in hac re sentiret; demum se facturum quidquid illa imperaret; interim vero dum Paternitas tua responderet, monebat Doctorem ut scriberet monacho ut saepius nos inviseret, veniret ad D.^m Germanum ¹ confessurus atque communicaturus, etc., seque non defuturum monacho in omnibus spectantibus salutem animae ipsius. Curam vero illius particularem in victu et reliquis corporis spectantibus non audere suspicere sine mandato obedientiae, quum praefectus sit his, qui sunt sui instituti, non alterius. Quod si forte exspectatio haec responsionis Paternitatis Tuae gravis foret domino domus, se quidem non occlusurum fores domus nec negaturum cubiculum monacho, quum domus ejus sit; verum victus ejus et professionis observandae curam non suspecturum, donec abs te audierit quid facto opus sit.

En, R. Pater, rem a capite ad calcem tibi propositam cerne. Doctor quidem ille, amicus Societatis, de quo supra mentionem feci, dicebat monachum etiam in victum quotidianum nobiscum admittendum esse. Verum Patri Baptista placuit alia incedere via; ne quid temere ageret absque tuo consilio. Turpius enim ejicitur quam non admittitur hospes. Neque enim, si male monachus viveret, facile ejiceretur e domo Abbatis sui.

P. Baptista te enixe rogat in Domino ut sibi respondeas quid hac in re agere debeat; quin ut et ad ipsum dominum domus scribas de hoc negotio. Hocque quam ocyssime fieri poterit, ut Pater Baptista habeat quid respondeat domino domus vel Doctori ejus. Timet enim ne si forte hic monachus admittatur, oporteat etiam alios admittere, atque ita fiat ut in majori simus perturbatione quam antea, et tandem plus illis credatur

¹ Ad Sancti Germani templum, quo nostri Eucharistiam cum aliis Universitatis alumnis suscepturi conveniebant et ad aliqua Societati propria ministeria obeunda utebantur.

quam nobis. Negotium istud satis anceps est: si non admittatur, timemus ne sumat domus ipsius dominus occasionem abigendi nos. Sin admittatur, pertimescenda perturbatio, tum ab ipso, tum ab aliis, qui possent introduci; tum ne ex primis novissimi evadamus cavendum.

Hic jam tres tantum sumus, dempto famulo, ut credo te ex litteris meis praemissis jam intellexisse, quibus significavi mortem fratris nostri, Magistri Caroli Commelini. P. Baptista in lectulo decumbit pro more suo, vixque a Festo Paschatis aut raro exivit a lecto aut domo. Nos duo reliqui vacamus, partim studiis, partim negotiis familiaribus, et audiendis his, qui ad nos veniunt. Faxit Christus Jesus ut omnia cedant in gloriam suam.

Audiveramus Postellum¹ fuisse locutum de Societate²; verum hoc falsum esse certo scimus. Heri enim publice extulit illam usque in coelum, adeo ut etiam addiderit eam in India clarere miraculis. Habet adhuc phantasmata antiqua et ab illis divelli non potest. Quotidie bis legit cum frequentissimo auditorio in Collegio Longobardorum, ad quod etiam commigravit. Socio Domini Renati³, qui nos frequentat, intra paucos dies, ut spero, tradentur exercitia.

Quod ad audiendas confessiones attinet, et caetera spiritualia opera, apud S.^{um} Germanum, cessatum est a solemni festo Resurrectionis Dominicæ ob adversam valetudinem Patris Baptiste. Rogandus est Dominus ut vel liberetur ab infirmitate hac, vel succedat ei alter, qui vice ejus fungatur, tum in spiritualibus, tum in temporalibus.

Interim, R. Pater, bene vale in Domino Jesu una cum Partibus ac fratribus nostris, quorum omnium orationibus commendari summopere indigemus et cupimus.

Lutetiae, decimo octavo Maji 1552.

R. P. T.

Indignus in Christo Filius,

ROBERTUS CLAYSSONIUS, Brugensis.

¹ Guilelmus Postellus, de quo plurima in plurimis tum sacrис tum prophanis historiis, et in *Cartas de San Ignacio*, t. I et II, et in *Cartas del B. P. Pedro Fabro*, t. I.

² Sic; sed sensus est, ut ex sequentibus patet, *adversus, contra* Societatem.

³ Vide supra, pag. 512.

Superscriptio: R.º in Christo Domino Patri Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, apud Sanctum Marcum, in aedibus Sanctae Mariae de Strada, Romae.

Di porto , cinque baiochi.

Alia manu: Jesus. 1552. Pariggi. Di M. Roberto Clayssonio. De 18 di Maggio.

CL

P. Joannes Pelletarius
Patri Ignatio de Loyola.
Ferraria, 24 Maii 1552¹.

†

Dum quilibet tuorum pro suo modulo totis nervis proprio incumbit muneri, Pater nunquam non observande, sane conscribendarum quatuor mensium litterarum, quibus nostros conatus in Christi militia conspicuos reddere solemus P.º Tuae, memoria animis nostris excidisse videbatur. Verum spiritus ille divinus, qui docet suggeritque omnia, sua bonitate non defuit in sugerendo monendoque quid facto esset opus. Paucis igitur, quae ad gloriam Altissimi acta sunt, a nobis accipe.

Ac primum, quod ad gymnastica attinet, sane eumdem cursum tenent, quem olim, si ordinem spectaveris; si fructum, longe nec dubie uberiorem efferunt. Nam, ut de fratribus primus habeatur sermo, non absimiles foecundis agris eos judicavemus, qui longe plura solent suis reddere cultoribus quam acceperint. Illi enim, quotidianis non contenti lectionibus, alias per se assumunt, sibique ipsis magistri sunt; quin etiam caeteros instituunt; quibus nisi moderator accederet, ut vela expansa aliquantis per constringeret, putarint adeo felici navigatione se

¹ Apographum in foliis 46 et 48 Codicis 1551.

usuros, ut paucis annis ad eum eruditionis portum, quo per-
gunt, se evehendos non dubitent. Jam omnes in grammaticis
fideliter graecis latinisque fundamenta posuerunt. Primas An-
dreas ¹ tenet; secundas Dominicus; aequales fere caeteri.

Qui autem ad nos hactenus accesserunt extranei, mirum
quanta studiorum commoda reportarint, quantopereque in dies
accendantur. Ajunt (citra jactantiam dixerim) in aliis scholis
triennio, quid triennium? immo quadriennio tantos fructus a
nullo colligi quantos in nostra vel unico: sed haud dubie id
parum esset, nisi pietas in eorum mentibus, omnium dico, acre-
sceret, quae adeo in eis ardet ut vel judaeorum filios adducant,
eosque ad Christi jugum subeundum cohortentur; adeo sacris
concionibus, lectionibus, sacrificiis assidui, ut nefas deesse exi-
stiment; ut summatim dixerim: renati unico anno et alii plane
effecti censemur. Cujus fidele possunt, qui a confessionibus
sunt, praebere testimonium. Hoc unum vereor, ne odium pa-
rentum in nos concitemus, quod plerique ad coenobia se confe-
runt, iisque admodum tenelli. Mirum enim quam puellos hic re-
cipiant, nempe decem, undecim et duodecim annorum.

Convenerunt nos multi institutum nostrum comprobantes,
sequi cupientes; sed quia tantillos non admittimus, nihil nisi ad
perseverantiam cohortamur. Interea nonnulli, nescio quo genio
ducti, aliam religionem eligunt. Sane quo pacto in eis alendis
in hujusmodi spiritu et proposito sancto nos geramus, non ab
re a P. T. perscribetur ². Nunc duo fratres postulant, alter duo-
decim, alter decem [annorum], filii cujusdam vel amicissimi
pharmacopolae, in quibus maxima paucis ante diebus effecta
est morum mutatio. Quid de eis decernemus nondum constat.

Argentini, quorum mentem P. T. aperuimus erigendi Colle-
gi, nos summopere diligunt ac colunt, nulla cessatione contendentes
ut tandem sua non fraudentur exspectatione, utque
eorum apud te refricetur saepiuscule memoria, quod nunc fa-
cere non gravabor, ne tam sanctae petitioni invidere videar
neve rogatus ab eis noluisse suppetias ferre judicer. Haec sunt
commoda, Pater observande, quae foetus tui spirituales affe-
runt civitatibus, quae dignas sese illis exhibent; illa sunt lucra,

¹ Andreas, patria Bononiensis.

² Rescripsit Polancus, *ex commissione*, Aprilis 17 et Junii 18.

quae venantur sedulo; illa est merces, quam exspectant in hoc saeculo, nempe sicut Apostolus sine sumptu posuit evangelium (ita enim loquitur), ita tui, bonas litteras edocentes, nec piatem inserere cordibus auditorum omittentes, nullum ab hominibus exspectent praemium; abunde sibi satisfactum iri existimantes, si paterfamilias vineae suae, statis temporibus, collegerit fructus.

Ad majora conscendo. Communionis sacrae accrescit ardor; nam quae semel dumtaxat diebus octo se accingebant, nunc ter accedere non gravantur. Mulieres nomino; quandoquidem talium pauciores sunt viri; quorum (*sic*) omnium tanta est spiritus fitque in dies accessio, quanta esse et fieri solet in eis, qui sedulo ad coelestium donorum susceptionem corda parant, aperiunt, dilatant. Confessiones nusquam desunt, cum domi, tum foris, in xenodochiis aliisque locis.

Praeclara quaedam et insignia R.^{di} P. Provincialis ¹ commemorabo (satis enim mihi persuadeo non posse omnia). Miles quidam, qui omne vitae tempus bellis gerendis tribuerat, concone ter quaterve audita, Patrem alloquitur, cuius animum cum sagittis ejus, quem David potentem vocitat, vulneratum praesensit, more suo ad poenitentiam convocat, confiteri hor-tatur, immo persuadet; quod cum fecisset, ex milite Ducis Ferrariae evasit miles Regis supernae curiae; nam omnem operam collocat ut Carthusiam incolat. Hoc unum ausim dicere me nunquam (quod meminerim) talem cognovisse militem.

Incident in Patris manus quaedam, quae omnino statuerat cuipiam propinare venenum, idque exequi, qua poterat, sata-gebat industria; quod facinus adeo exaggeravit Pater, ut ab eo detestabili flagitio penitus eam revocarit, ejusque animum ita immutarit et commoverit, ut ab eodem, cui id venenum erat propinatura, nullo reecto crimine, veniam postularit supplex. Alia intestinum odium obstinato fovebat animo, nec a caeteris ab eo dimoveri poterat, asseverans se nunquam remissuram injuriam malleque cum odio mortem oppetere quam ei, qui laesis-set, parcere: sed nec ipse primo congressu, quod cupiebat, prae-stitit; siquidem, ut solet mentibus hominum adversarius tenebras offundere, ita excaecarat ipsam ut nullum in ea lumen

¹ P. Paschasius Broët.

relictum videretur. Attamen Ille, in cuius nomine daemonia cji-
ciuntur, quique venit ut opera diaboli dissolveret, tantum divi-
nae lucis in illius animam misit radium, ut se omnino Sathanae
insidiis delusam agnosceret eique profiteretur: tunc illa, expe-
rientialia, inquit, didici confessionem esse vitiorum expugnatri-
cem virtutisque cultricem. Quid juvenculae cuiusdam mentionem
fecerimus, quae, ut paucis ante mensibus, operi nefario incum-
bens, priorem Magdalena vitam omni studio sectabatur, ita
nunc in tantam sui ipsius cognitionem perducta est, ut poste-
riorem ejusdem vitam imitari et se ipsam Christo Domino sa-
crae sancte affirmarit; in qua eo dilucidius digitus Dei reluxit
quod fere omnia, quae in Magdalena, in ipsa erant, ea, videlicet,
quae ad id genus vitae solent puellas pertrahere? Quid de
alia commemorem, quae in longe graviora inciderat? Ecce ma-
trona quaedam, eaque magni nominis ac famae, cuius animi
tenebrae longo intervallo superiorum¹ post se relinquabant,
illa enim nou modo cum hominibus sed cum daemonibus erat
fornicata, quid plura? cum haereticis conglutinata ab iisque
adeo a Christiana religione et veritate aversa, ut haeresiarcam
dixisses; nam et rationibus, quibus poterat, et sacrae paginae
Doctorumque testimoniis suam tuebatur pervicaciam et haere-
ticam pravitatem; unde hic labor opusque fuit. Qui autem de-
ploratis et conclamatis rebus opitulari solet, benignitatis ac cle-
mentiae manum ei porrexit, navimque ejus, quae non jam agi-
tabatur sed operiebatur fluctibus, ad salutis portum deduxit.
Haec igitur, poenitentia ducta, ad mentem saniorem rediit, et
jam, quae velut deliramenta ducebatur, oracula certissima veris-
simaque inconcussa fide tenet. Sit Deus per infinita saecula be-
neditus.

Multos a pristina conversatione animae corporique pericu-
losa revocavit Pater; sed hic, quem recensebo, inter omnes in
conversione excelluit. Illi enim non satis erat vitam deploratis-
simam agere, sed in propriam uxorem manus violentas injice-
re, eamque morti tradere optabat et curabat, idque immerito,
quandoquidem eodem crimine, quo Susanna, a judicibus perni-
ciosis deferebat, et (quod scelestius est, quodque tunc non ad-
vertebat. scelestus ipse) quo ipsem detinebatur et hucusque

¹ supra dictarum peccatarium tenebras.

Venetiis, ubi sanitatem curat, detinetur. Hunc vero ita manus suefecit omnium mansuetissimus, Patris opera, ut etiam voto se adstrinxerit, si semel convaluerit, eo amore ac benevolentia uxorem prosecuturum, quam, in suscipiendo matrimonii sacramento, Deo optimo maximo est pollicitus. Nam successu temporis (ut solet Altissimus proborum virtutes et innocentiam patefacere, pravorum autem vitia detegere) illa non dubiis argumentis innoxia comprobata est. Haec agit Ferrariae; ille autem, ut praedixi, Venetiis morbi causa. Si eam spiritu exultantem cerneret, esset quod summas Omnipotenti Deo gratias ab omnibus agendas vel hoc uno opere judicares. Haec omnia sunt P. Paschasi gesta, et praeclera quidem, sed non omnia. Quis enim numeraverit? cum ille perpetuo in hujusmodi versetur, atque adeo oblectetur cum Spiritum Sanctum in suis creaturis talia agentem conspicit, ut ei (recumbentibus nobis saepissime accidit), ne cibum quidem sumendi piae laetitia et sollicitudine eorum, quae supersunt (semper enim habet quod agat), sit animus. Unde facile est colligere, maxime nobis ad edulium cohortantibus, illum intus loqui: *alium cibum habeo, quem vos nescitis.*

Omitto plerosque utriusque generis quotidie catechizari, demum autem baptizari; nunquam enim desunt qui ad D. Augustinum¹, xenodochii Sanctae Annae hospitalarium, tamquam ad sacrum asylum confugiant, alias perversorum judaeorum manus effugere nescientes. Ille autem adeo propagandae fidei et accrescendi dominici gregis studiosus est, ut quosvis in suum gremium recipiat, seseque velut murum pro eis opponat. Unde, quamvis etiam cum eo judicio contendunt, redi eos cupientes, tamen ille invicto animo lites suscipit, et ita tuetur, ut convincantur judaei. Evidem vir est ille, si quis Ferrariae, frugi ac Dei nostri amantissimus, nobisque conjunctissimus, noster deinde totus; adeo vero consuetudinis nostrae percupidus, ut ostium curaverit extruendum, quo a nostris ad suos hortos amoenissimos atque laetissimos spatiosissimosque animi gratia se conferre licet, mutuoque invisere, et de rebus et nostris et suis colloqui in Domino.

Nec puto his adjungendum illustrissimum Ducem, die dedi-

¹ Augustinus Musto.

cationis templi Divae Mariae de Rosa (ut dicunt), quo et in sacrificiis et in concionibus ac confessionibus et communionibus utimur, accessisse illuc, sacramque Missae sacrificium audisse.

Itidem nec de concionibus nostris sermonem habendum duixerim, cum de his alias scripserimus, nec quippiam fuerit immutatum, sed hoc adjunctum, ut etiam a prandio puellis solis quae in eo templo Rosae agunt, numero septuaginta, habeam concionem unam festivis diebus, quod publicam matutinam nequeant, ob loci angustias, percipere.

Jam jam fere omnium, cum plebeiorum et privatorum, tum nobilium ac magistratum, favorem benevolentiamque conciliamus. Mirum in modum oblectantur, cum forte accedunt ad Collegium nostrum, tantum ordinem intuentes adeoque sedulam curam gerentes.

Dominus Alexander¹, vir illustris et syncerus, sancte est pollicitus daturum operam, quo nos dilatari queamus, vicina nempe nostrae adjuncta domo.

Sed caetera leviora, quae multa sunt, praetermittam, maxime cum non patiantur negotia mea diutius hac in re moram facere.

Nos omnes uno ore te et oramus et obsecramus, semper venerande Pater, ut eo amoris complexu nos perpetuo foveas et amplectaris, quo hactenus, ne unquam nostri excidat apud te memoria. Gratia Dei nostri, et Christi Jesu, salvatoris, et Spiritus Sancti, rectoris, sit semper in visceribus animae tuae, Pater observande.

Ferrariae, 9 Cal. Junii 1552.

T.^{ae} R.^{dae} P.^{is}

Indignus filius in Christo Domino nostro,

JOANNES PELLETARIUS.

¹ Alexander Fieschi.

CLI

P. Hieronymus Domenech
 Patri Ignatio de Loyola.
 Valentia, 31 Maii 1552^{1.}

†

Admodum observande in Christo Pater.
 Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi abundet in cordibus
 nostris. Amen.

Juxta formam a P. V. praescriptam, referam paucis ea, quae
 Dominus sua misericordia dignatus est efficere per suos infimos
 servos hujus parvi Collegii Valentini, exactis quatuor mensi-
 bus; quo P. ^{ti} V. ^æ et Deo, ad cuius gloriam omnia referantur,
 obtemperem.

Sumus in hoc Collegio tredecim aut quatuordecim; quorum
 quatuor sunt sacerdotes, sex scholastici, reliqui Collegio inser-
 viunt. Ex scholasticis duo sacrae theologiae dant operam, duo
 philosophiae, qui brevi peripatetico cursui finem imponent;
 unus dialecticae, alius vero rhetoricae; qui omnes, Christi be-
 neficio, in dies magis in spiritu et litteris proficiunt, suisque
 communicationibus et aliis in eamdem academiam confluenti-
 bus sunt exemplo et admirationi.

Sacerdotes vero, secundum gratiae dispensationem eis da-
 tam, dant operam ut sint usui proximo in his praecipue, quae ad
 hujus Societatis institutum pertinent. Diebus dominicis et festis
 haud parvus hominum numerus, et praecipue scholasticorum,
 ad nos accedit ad confitendum; e quibus non pauci aliquando re-
 vertuntur, frustrati suo desiderio propter inopiam confessorum.

¹ Autographae in duplice folio nn. 224 et 225.

Diebus etiam operariis solent nonnulli eadem de causa ad nos venire.

Ego vero singulis dominicis et festis diebus, ut plurimum, confero me ad divi Joannis ecclesiam, quae est potissima parochia, auditurus nobiles aliquot matronas, foeminas quoque plebeias, omnes Deo toto pectore servientes, et nobis nostraeque religioni addictas; quae cum non possint ad nos venire propter inopiam templi¹, nos eo ad se vocant, precibus impellunt, et perseverantia cogunt. Viri etiam nonnulli ibidem mihi confitentur; quo fit ut, illuc mane profectum, usque ad horam prandii me retineant, nec tamen omnes audiantur, defectu temporis.

Proximo mense januarii profecti sunt Magister Baptista, Rector Gandiae, et nostér P. Balthasar² per aliquot dies ad populos quosdam vicinos Gandiae, ille ut concionaretur, hic ut poenitentes audiret, xenodochia invisentes et eleemosynis visitantes. Excepti vero fuere ab omnibus magno cum gaudio ac non minore, ut speratur, fructu; quod satis indicat illorum assidua efflagitatio ad Episcopum Segrian³, nostri amantisimsum, quo efficaret cum Archiepiscopo ut eo reverterentur: neque minori est argumento populus unus ex illis praecipuus, Ontinent⁴ nomine, qui nunquam quievit donec per Ducem Gandiae a nostro Provinciali obtinuit ut proxima quadragesima apud illos Magister Baptista concionetur.

Praeterito carnis privio quando, Valentiae potissimum, daemon, nullo impediente, tyrannidem suam exercere solet, populus vero furere et bacchari, sex ex nostris valde commoti fuero pio, ut creditur, zelo, tentarent, si possent cum Dei auxilio, aliquot a tanto furore revocare, aut saltem Christum tunc temporis palam profiterentur. Itaque ubi aliquandiu orassent, quid et quomodo facturi essent, convenit inter eos ut nudis pedibus, capite aperto, collo fune alligato in terramque demisso, manu Crucifixum gestans unus, alter vero caput mortui, bini darent sese turbas, discurrerent per loca, in quibus frequentior erat

¹ propter inopiam templi, sc., quia proprio templo caremus.

² PP. Joannes Baptista de Barma et Balthasar Diaz. Vide supra, n. CXXXVIII, pagina 589.

³ Dominus Joannes Segrian, Christopolitanus (*in partibus*) Episcopus, Sancti Thomae a Villanova, Archiepiscopi Valentini, suffraganeus seu potius coadjutor.

⁴ Onteniente.

hominum multitudo , adhortarenturque ad poenitentiam , con-
ciones fierent deinceps in locis tres aut quatuor, aptae huic
instituto , ut de morte, judicio, saeculi vanitate, poenitentiaeque
fructu. Egressi igitur sunt hoc animo Collegium nostrum bini
et bini, quorum duo flagellis carnes suas usque ad sanguinis
effusionem afficientes, tandem quod proposuerant effecerunt,
me quidem inscio. Successit tamen , Deo favente, zelus. Specta-
culum enim , licet novum, gratissimum fuit illis, qui incorrupto
sunt palato, admirationem attulit universis, multorum furorem
compressit, haud paucis profuit ad virtutem ; Deo tandem obse-
quutum est, ut speramus, cui honor et gloria.

His quatuor mensibus admissi sunt in Societatem theologi-
tres; quorum duo Gandiam profecti sunt; unus Ruvius ¹ appellatus;
alter vero Vincentius, qui nuper venerat Salmantica,
ubi theologiae studuerat duobus annis et in litteris graecis fece-
rat aliquem progressum; uterque doctus adolescens et optimae
spei. Tertius, nomine Cavaller, jam paulo grandior, nondum
tamen excedens vigesimum quintum annum, audivit tres annos
theologiae; totidem aut plures se exercuit in via spirituali; vir
optimi judicii et multae virtutis. Optaverat hunc multo tempore
P. Miro; sed ille, volens prius rem altius expendere, et impedi-
tus matre aegrotante, cui unicus erat filius, distulit ingressum
usque ad praesens tempus, quo Deus misericors majora ei dedit
suae vocationis signa, et unicum matris impedimentum abstu-
lit, sublata illa in coelum. Ipse igitur volens ac libens petiit re-
cipi in nostrum numerum; quod ubi concessum illi fuit a Patre
Provinciali ², decretum est quoque ab eodem ut mitteretur Sal-
manticam daturus magis operam divinis litteris duobus aut tri-
bus annis, suis impensis, ut in vinea Domini proferat deinde
fructus uberieores.

Agente etiam hoc Patre Provinciali, recepimus in Societatem
nostram adolescentem quindecim annos natum, acutum, in litteris
humanioribus satis eruditum, et in dialectica suis omnibus
condiscipulis ferme doctiorem: his omnibus cum pensaret aeta-
tis grandioris defectum, admissus est in religionem a nobis spe-
rantibus illum fore qualem naturae indicia promittunt.

¹ Vide supra , pag. 468.

² Antonius de Araoz.

Hujus condiscipulus quidam, eques nobilis, natione cathalanicus, cui nomen est Petrus Cabrera, multoties nos sollicitavit ut recipiteretur, adolescens modestus, satis acutus, verecundus et quietus, ac judicio praestans. Hactenus rem distulimus explorantes an mater ipsius vellet ut maneret in Collegio Gandiens, cum praeceptore suo, quemadmodum agit Valentiae; quae si reluctari perstat, et ille ingressum religionis urget, ut hactenus fecit, tandem recipietur¹.

Alius etiam horum condiscipulus, acumine ingenii et eruditione superans quatuordecim annos, quibus nondum natus est, singulari quadam modestia nos urget ut saltem cum quartum-decimum attigerit annum, eum in nostrum gremium recipiamus; et cum aliquam de hoc conceperit spem, bis in die nos visit, ut sui non obliviscamur, dum illud tempus tam avide prae-stolatur.

Adolescens quidam catalanus, Monserrat nomine², robusto corpore, ingenio, judicio ac eruditione praestans, theologus, dum ageret exercitia, constituit me sequi hinc proficiscentem. Erit hic decimus quartus aut decimus quintus theologus, qui, absente Patre Mirone, ad nos accesserunt. Abest autem ille ferme annum.

Alios praetermitto, qui ingredi voluerunt et ut assequerentur conati sunt; sed ex multis potiores eligimus. Cedant omnia in gloriam authoris.

Scripsi alias emptam fuisse a nobis domum, in qua agebamus, mille ducatis minus quinquaginta; hanc modo solvimus, hinc inde acceptis eleemosynis. Archiepiscopus numeravit ter-

¹ "El otro hermano" fué tambien de grande ejemplo, llamado Don Pedro de Cabra, que entonces en la Compañía se les quedaba el *Don* á los que le tenian en el siglo. Era este caballero hijo de los Vizcondes de Cabra, casa nobilísima en Cataluña, que despues se incorporó en la del Almirante de Castilla, mozo noble en linaje y más noble e illustre por su grande religión y virtud; que despues el año de 1558, á los 24 de Octubre, fué mártir de la caridad, sirviendo á los apestados en el Colegio de Murcia, donde era Ministro, dejando extraordinarios ejemplos de virtud en su muerte, no de menor edificación de los que había dejado en su vida, por haber querido dedicarse hasta la muerte á servir á sus hermanos y prójimos el que había y pudiera ser servido y regalado de muchos en el mundo; pero acertólo en tener por mayor regalo y honra el servir en la casa de Dios que no ser servido fuera della., *Historia de la fundación y progresos del Colegio de la Compañía de Jesus de San Pablo de Valencia, escrita año de 1712*, c. 11.

² P. Antonius Monserrat. Is pau o post Societatem ingressus est et novitus fuit, sub P. Francisco de Borja, Septimari is. Vide *Cartas de San Ignacio*, t. v, passim.

tiam partem; praefectus urbis, cui nomen est Ludovicus Ferrer, dedit centum aureos; aliis eques quinquaginta; Martinus Perez septuaginta quinque; reliquos omitto brevitatis causa; quos omnes maxime commendatos P. V. humillime petimus et optamus¹. Nunc studium nostrum est templum aedificare; jacta sunt fundamenta, quibus inniti debent columnae; speramus, Deo propitio, finem hoc praesenti anno. Deus, qui incoepit, provehat et perficiat in sui honorem. Amen.

Et haec a mense Januarii usque ad finem mensis Maji acta sunt 1552.

P. V.

Servus in Jesu X.^o

JO. HIERONYMUS DOMENECH.

Superscriptio: Al muy R.^{do} in X.^o Nro. S.^{or} Padre, el P. M. Ignatio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1552. Valen. Maii. et A.—Q. V.

Et alia: Ex Valentia.

¹ Aliorum benefactorum nomina, ne in oblivionem eant, hic habe: "Con parecer de sus parientes y amigos y con sus limosnas se resolvio el P. Domenech á comprar algunas casas en que pudieran vivir de asiento, y edificar poco á poco su iglesia. Para esto pidiole una limosna al santo Arzobispo, Don Thomas de Villanueva, el qual parece no vivia de otra cosa que de darla á todos: y asi con muestras de mucho cariño le respondio al Padre que la daria de muy buena voluntad á la Compañía, pues, teniéndola en su Arzobispado, quedaba muy descargada y descansada su conciencia; y dió luégo trescientos ducados, que no fueron pocos para Prelado que apenas permitia parar una blanca en su poder. Otros particulares contribuyeron tambien con sus limosnas para el mismo efecto. D. Luis Ferrer, nobilísimo caballero y Gobernador desta ciudad y reino, gran favorecedor de la Compañía, dió cien ducados; D. Francisco Exarch, D. Pedro Juan, y de Torres, y Martin Perez de Almazan (que fué el huésped de N.^o P.^e S. Ignacio, y ahora le volvió con usura los quatro doblones que le imbió desde Venecia), todos singulares protectores nuestros, concurrieron con cincuenta escudos cada qual; y con menores cantidades contribuyeron otros que menos podian...," *Historia del Colegio de Valencia*, c. 10.

CLII

P. Leonardus Kessel
 Patri Ignatio de Loyola.
 Colonia, 31 Maii 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax X.ⁱ sit semper cum omnibus nobis.
 R.^{dissime} in X.^o P.^r

Cum moris sit et statutum in nostra Societate ut quarto quoque mense scribamus ea, quae Dominus operari dignatus est quatuor mensibus praeteritis, ad ipsius gloriam et ad fratum omnium in Domino consolationem, paucis perstringere conabor ea, quae se scribenda offerent, ut omnium ea legentium precibus juvari valeamus, ut, in dies diligentiores facti, plus fructus Domino Jesu adferre valeamus.

Sed antequam aggrediar, hoc in primis dicendum venit, R.^{de} P.^r, quod quotidiana experientia edoceamur verissima esse illa Apostoli verba dicentis: *qui pie in X.^o Jesu vivere volunt, presequutionem patientur*. Sed plurimum in Domino consolamur attendentes nos per varias tribulationes et angustias tendere ad regnum coeleste. Non possum explicare quantum fructus et gaudii nostri spiritus adferant in Domino adversa et machinamenta omnia maligni spiritus.

Odor bonus Societatis hic longe lateque in dies spargitur. Plurimi ad hoc vitae institutum accedunt, ex quibus quinque adolescentes studiosi ipso die Circumcisionis Domini se totos Christo resignarunt, emitentes votum scholarium; plures alii postea idem facturi. Multi sacerdotes, canonici, et studiosi plurimi aedes nostras frequentant. Quidam regens Bursae Cuca-

¹ Autographae in fol. 123.

nae¹ institit multis precibus ut concionari vellem in quodam loco publico Coloniae diebus dominicis et festivis; quod hucusque feci et, spero, cum fructu.

Jam etiam in alio loco incipio concionari, ad hoc maxime rogatus a loci illius rectoribus. Pater Arnoldus supplet vices meas in loco illo, quod jam relinquo. Habet bonam gratiam dicendi et libenter eum audiunt.

Confessionum numerus augetur in dies.

Istis mensibus multi apud nos fuerunt in exercitiis magno cum fructu.

Confratres omnes diligenter tractant sua studia. Singulis sextis feriis aliquis domi nostrae habet orationem declamatoriam, ad quam multi extranei adveniunt nec parvo cum fructu.

Magna est nobis hic spes collegii, si Episcopus praesens esset. Omnes de nostra parochia bene favent nobis, similiter et noster pastor, et Decanus Noviomagensis, Suffraganeus noster, Decanus summi templi et plures alii, quos omnes commendo precibus P. V. cum tota nostra familia.

Bene valeat P. V. in X.^o semper.

1552. Ultima Maji.

R. V. servus in Domino,

LEONARDUS KESSEL.

¹ *Lucanae* scribebat Polanci librarius, in *Chron.* t. II, pág. 583.

CLIII

P. Leonardus Kessel
 Patri Ignatio de Loyola.
 Colonia, 31 Maii, 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax D. N. Jesuchristi sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Quotidiana experientia edocemur, R.^{de} P., verissima esse illa Apostoli verba: *Qui pie in Christo Jesu vivere volunt, persecutionem patientur*; sed plurimum in Domino consolamur, attendentes nos per varias tribulationes et angustias tendere ad coeleste Regnum. Bonus autem odor Societatis hic longe lateque in dies spargitur. Nobilis illa Abbatissa² in bono suo proposito fideliter proficit; partes nostras tuetur, ubicumque potest, non sine magno fructu; quam imitatur Pastor cum pluribus aliis; immo omnes nostrae Parochiae plurimum nobis favent. Similiter Decanus summi templi, suffraganeus noster, et plures alii.

Magna spes est collegii; major futura, praesente Episcopo. Decanus Noviomagensis toto corde ad vitam perfectiorem, aut certe emendatiorem anhelans, petiit a nobis sibi dari exercitia,

¹ Harum litterarum bina habemus apographa; unum in *Historia varia*, t. 1, fol. 290, alterum inter quadrimestres in folio duplici, n. 124.—Eas a Leonardo Kesselio numquam, prout hic sunt, scriptas fuisse sed a Polanco aliove Romae ex variis variarum Kesselii litterarum partibus, iis praesertim, quae praecedenti n. CLII et superius nn. LXXX et CII continentur, confectas esse, certum omnino videtur. Unde non tam quadrimestres quam *historicae seu de nuevas*, ex quadrimestribus depromptae, ut moris erat, quo ad Societatis domos transmitterentur, dicendae sunt. Hic tamen eas inserere non dubitamus, tum quia quaedam in eis, licet pauca, reperiuntur, quae frustra in Kesselii veris vereque quadrimestribus quaerentur; tum ne quid litterarum, sub hoc quadrimestriu[m] nomine ubivis a nobis inventarum, hic desideretur.

² Vide supra, n. CXII, pag. 464, not. 2.

cujuſ pio desyderio, ſpero, me Dei gratia ſatisfacturum. De hoc ſpeciali Societatis fauore multa bona ſperanda ſunt. Duos habet nepotes, ſtudiosos adolescentes, quos noſtris habi-
tare maxime cupit, ut proprias expenſas faciant, more omnium
aliorum, qui nobiſcum ſunt numero quatuordecim, quorum
quinque, poſt multas preces apud me profuſas, ac habilitatem
naturae, bonam denique ſui ſpem proditam, me permittente,
ipſo Circumciſionis Domini die votum ſtudiosorum Societatis,
magno cum gaudio et ſpiritus exultatione, emiſerunt. Quod et
juvenis alius naturalibus bene dotatus his proximis diebus
fecit: plures instant, inter quos eſt filius Praetoris Genippien-
ſis¹, adolescentis maximi ingenii. Adde quod fruiſius quidam,
dives, jurisprudentiae ſtudioſus, peractis jam magno cum fru-
ctu exercitiis; ſe totum Christo ac huic noſtræ Societati dare
deliberavit².

Multi Sacerdotes, canonici, et ſtudioſi plurimi aedes noſtras
requentant.

His mensibus non pauci fuerunt in exercitiis, nec citra am-
plum fructum.

Confitentium numerus augetur in dies.

Rogatus fui a Rectore Bursae Lucanae³, ut ſuo nomine con-
cionari vellem in quadam ecclesia publica diebus Dominicis ac
festiuis: quod non absque fructu, ut ſpero, et magna auditio-
rum frequentia, hactenus feci. Jam vero alibi incipio concio-
nari multum rogatus a loci illius rectoribus. Mihi eo in loco,
quem nunc relinquo, ſuccedit P. Arnoldus, qui magnam pro-
fecto dicendi gratiam habet, qua ſibi facile auditorum animos
conciliat.

In feſto sanctissimi nominis Ieſu, quod quidem valde ſole-
mniter celebravimus, egregiam habuit hic P. declamationem
cum magna auditorum ſatisfactione, qui (ut intellexi) trium
horarum eam voluiffent, quae duarum facile fuit. Aderant in
noſtra aula auditores plures centum, et inter hos non rari nobi-

¹ Sic utrumque noſtrum apographum; at in autographis Kesselii litteris ultima
Februarii hujus anni datis, quea ſupra n. CXXVIII habentur, ſcriptum perspicue (et re-
cte quidem, ut nobis videtur) *Genappiensis*, a *Génappe*, quod nomen eſt cujuſdam op-
pidi in Belgio. Reiffenberg tamen ſcribit *Gennepiensis*.

² Vide ſupra, n. CXXVIII, pag. 546, not. 2.

³ Ita perspicue utrumque apographum; ſed in Kesselii autographis eſt ſemper
Cucana, *Cucanae*, non minus perspicue, atque ita ſemper ſcribitur a Reiffenberg.

les. Nominabo autem tres filios Praefecti Leodiensis , quod hi praesertim unice videantur nobis affici.

Pater Arnoldus praeest disputationibus studiosorum , et pergit in sua lectione graeca. Denique multum proficit; ut et M.^r Gerardus Insulensis , cuius votum nuper ad P. V. misimus¹. Confratres reliqui diligenter student, quorum sexta quaque feria aliquis declamat, non parum fructuose. Quod ad primicias² P. Arnoldi, in nostra parochiali ecclesia celebratas, attinet, facile explicare non possem, quantae effunderentur lacrymae, quae suspiria audirentur, quam frequentes gemitus, cum nunquam antehac tantam in populo devotionem consperxerim. Omnes ad offerendum properabant, etsi offertorio non adstaremus³; plurima interim oblata sunt, sed omnia Pastori reliquimus, qui, nobis inconsulis, ecclesiam tapetis et ramis ornari procurarat. Sed quod relatu dignius est, magnum etiam hic Pater habuit numerum in prima sua Missa communicantium, qualis antea nunquam hic visus fuit, studiosorum adolescentium cum magna populi aedificatione.

Post dies vero aliquot incepit audire confessiones studientium , et in vigilia Beatae Mariae Virginis usque ad medium noctis confessionibus audiendis occupatus fuit; sed non sine fructu; quia ex ipsis tres adolescentes, accepturi habitum et leges S.^t Francisci ad inferiores partes profecti sunt.

Hujus sane Patris colloquio et conversatione multum in Domino reficer, nec parvo cum fructu Coloniae manet; corpore sanus et fortis est, laus Deo omnipotenti. Et haec hactenus.

Fui multum rogatus, ut ad quosdam proficiscerer, ad multorum conscientias juvandas, quae male satis habebant, et ad alia multa negotia expedienda; P. Arnoldi consensu et suasu profectus. Ipso igitur Laurentii in pago quodam, nomine Alphen, adhortationem habui cum magna omnium aedificatione, cui plures quadringentis homines intererant, quibus quantumvis importune id rogitantibus, ob temporis angustiam altero

Vox Insulensis addita est in uno ex apographis ad marginem. Estne hic alias a Gerardo Dordracensi?

² *primicias*, sc., primum sacrum.

³ *etsi offertorio non adstaremus*, sc., etsi offertorii tempore a fidelibus, ut mos est in parochialibus ecclesiis, oblata non recipere mus.

die concionari non potui. Plurimi parentes suos mihi offerebant filios, ut mecum eos ducerem; sed quia aliqui annum 14.^{um} aut 15.^{um} tantum agebant, eos apud parentes adhuc in studiis reliqui. Sed tribus adolescentibus bona naturae praesidia habentibus, dedi licentiam ad nos veniendi circa Natalem Domini, quia aliter fieri commode non poterat. Multa etiam cum Pastore hujus pagi egi, qui publice cum sua concubina manebat. Libenter nos audivit, promisitque emendationem in omnibus.

Post diem vero unum aut alterum, cum mea negotia expeditissem, ad civitatem quamdam, Tielt¹ dictam, profectus sum, ubi humaniter a quodam primatu civitatis acceptus fui: qui filium post unum annum destinabat mittere, et nisi defectus annorum obstitisset, jam mecum profectus fuisset. In hac civitate multi desiderabant aliquos de Societate Jesu.

Altera die negotiis expeditis, proiectus Noviomagum, ubi a quodam canonico valde amice acceptus sum, qui ad Societatem est valde affectus. Cum hic essem, amici R. P. Canisii multum orabant, ut semel ad eos venirem: sed quia eodem die mihi proficiscendum erat navigio Coloniam, non diu haerere potui. Cum jam ad eos venissem, inveni fratrem R. P. Canisii, qui propter infirmitatem, relictis ad tempus studiis, eo se contulerat; sed jam bene habebat. Valde ad Societatem Jesu est affectus. Postquam bona aliqua inter nos contulissemus, quantum tempus patiebatur, tandem vale dixi ei in osculo pacis et charitatis, et Jesu commendavi. Ipse vero cum canonico, meo hospite, in genua provolutus, benedictionem petivit, tunica me tenens ne evaderem, ob quam eorum humilitatem multum in me confusus fui: tandem certam ipsis benedictionem dare debui.

Deinde, navi Coloniam proficiscens, exhortationes habui, quibus certe effectum est ut multa audirentur suspiria, multae funderentur lacrymae cum melioris vitae proposito. Lutherani praesentes a suis calumniis desistebant. Quidam etiam studiosus promittebat se frequentius ad nos venturum, confidendi gratia.

Habemus novum cocum, 24 annorum, qui se in omnibus et ad omnia Christi Jesu amore resignare studet.

¹ Vide supra, pag. 403, not. 1.

Pater confratris nostri Erardi Leodiensis adduxit nobis filium suum majorem, cuius otia litteraria alebat, quem cum videremus multis naturae dotibus insignem, magnoque affectu a Domino trahi, in domum suscepimus. Alios quoque duos Leodienses habemus, magnae spei juvenes, cum nepote confratris Balduini ¹.

Litteras ² et votum Magistri Gerardi Dordracensis ad P. V. misimus; an P. V. receperit nescio. Romam profectus fuisset: sed ita fuit scabie impeditus, ut per aliquot dies domo egredi non potuerit. Nunc melius habere coepit. Res suas disponere decrevit quam primum potuerit consilio Patrum, sicut P. Magister Adrianus ab Antuerpia sua disposuit, ad usum studientium Societatis, de quibus ipse latius ad P. V. brevi scribet.

Misimus etiam litteras, et votum confratris nostri Magistri Joannis Redt ³, coloniensis, qui sua studia etiam diligenter tractat. Manet enim in Bursa sua, et praelegit studiosis bis quotidie, sicut fecit antea, quam se Societati dedisset; optimus est omnino, et bene proficit, ad omnia est paratissimus. Non dubito quin melius proficeret si patribus ⁴ adesset. Non satis scio quid magis expediret, an quod hic maneret, an quod proficeretur.

Plurimi adhuc adolescentes studiosi vitam in melius corrigerere student. Cum omnibus autem his, ut et aliis nos accedentibus conferimus de vita ordinanda ad debitum finem, qua in re pauci bene informati fuerunt, sua magis singuli quaerentes

¹ Vide supra, pag. 288, not. 1.

² Quae sequuntur ad finem usque, quasi *postscripta* in tertia alterius ex nostris apographis pagina reperiuntur, ab aliis separata, sed signo addito, ut hic inserantur, prout inserta sunt in primo apographo, quod est in *Historia varia*.

³ Redt habent nostra apographa. Sed audiendus Reiffenberg, qui sic scribit: "Primus, qui, anno superiore (1551) ad exitum vergente, Societatem ambit, fuit Joannes Rhetius, adolescens praenobili et antiquissima Patriitorum gente status, atque ad summa omnia natus Coloniae Claudioe Augustae Agrippinae, anno millesimo quingentesimo tricesimo secundo, patre quartum consule et in Comitis Augustanis nuper Legato, matre Catharina Kannengiesera, lectissima item ac consularis familie foemina." Et in animadversione ad paginae calcem: "Nomen Rhetii vernaculum erat Johann van Reidt. Retinuimus tamen nomen Rhetii, quod ipsem et omnibus deinceps in epistolis et monumentis usurparit." *Historia Societatis Jesu ad Rhenum inferiorem*, lib. II, c. vi, pag. 41. Voto tamen, quod ad S. Ignatium misit, et litteris paulo post ad ipsum datis, quas nuper a P. O. Braunsberger accepimus, nomen suum subscrispit hoc modo: *Joannes Riedtus*.

⁴ Unum ex apographis habet *pribus.*, quod quidem est contractum seu abbreviatum *patribus*, quod habet apographorum alterum: suspicamur tamen a Kesselio scriptum *sribus.*, hoc est, *fratribus*.

quam quae Jesu Christi. Sed intelligo magnum ex his colloquiis provenire fructum. De quibus alias plura.

Sunt hic adhuc alii, qui Romam proficisci decreverunt. Inter quos alii sunt ex Saxonia, bene dotati adolescentes. Sed de his alias plura. His P.^{is} Tuae precibus commendatos nos iterum atque iterum optamus.

Coloniae, ultima Maii anno 1552.

R. P. T. Servus indignus,

LEONARDUS KESSEL.

Alia manu in quarta pagina: Quad. Col. 1552, ult.^a Maii.

Et alia: Ex Colonia.

Et Jo. Ph. Vito: Jesus.

CLIV

P. Franciscus Palmius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Bononia, 2 Junii 1552¹.

IHS[†]

Gratia et pax X.ⁱ sit semper in cordibus nostris. Amen.

Hisce litteris breviter complectar, R.^{de} in C.^{to} Jesu P., quae apud nos Deo propitio hoc quadrimestri, necnon quaedam alia, quae ante praedictum tempus acta sunt, non satis a me alias explicita.

Itaque a schola exordium sumens, quam Tuae R.^{dae} P.^{tis} consilio aperuimus, id primum dicendum censeo fieri profectum magnum, cum et numerus studiosorum in dies augeatur (sunt enim circiter 126), quorum multi nobiles et claris natalibus orti, praeeminentium Bononiensium filii, et, quod majus est, videre eos liceat provehi in litteris et bonis moribus, et quidem non sine admiratione multorum, tum vero praecepue parentum, qui liberos suos erudiendos nobis tradunt, quorum cura industriaque adducti divulgare non cessant Societatis nostrae institutum omnibus sine discriminne prodesse, omniumque salutem quaerere. Haec fama vagatur de Societate Jesu.

In Adventu Domini, in templo divi Petronii, quo frequens populus tunc concurrebat ad audiendum verbum Domini a quo-

¹ Hujus litterarum Francisci Palmii, quae italicae procul dubio fuerunt, latinac versionis apographum, a Guilielmo Limburghio confectum, est in folio duplici nn. 52^a et 53. Sed aliis deletis, aliis intra lineas scriptis verbis ita est emendatum ut impossibile sit quid primo scriptum fuerit haurire. Hujus tamen ita emendati exemplaris nitidum exstat apographum in folio item duplici, et alterum in fol. 43 v.^o et 44 Codicis 1551 nn. 54 et 55; quod hic nos transcribemus.—De hoc Guilielmo ita Delplace, I. c.: “Guillaume Brochon (Limburgus), né à Dolhain en 1530, admis à Louvain en 1551, mort à Trèves en 1583.”

dam concionatore, fratre Joanne Antonio a Buxeto, ordinis Minorum, populo denunciatum est Societatem Jesu hoc sibi onus assumpsisse ad honorem Dei, ut juventutem bonis moribus simul et litteris imbuat, citra personarum discrimen, nullius praemii temporalis spe adductam. Atque hoc quidem fecit ille magna dexteritate, sed non minori charitate, ob singularem amorem, quo nostram prosequitur Societatem, quam nec sibi videtur unquam satis dignis laudibus efferre posse, propter ingentem, quam videt consecuturam, utilitatem ex hoc Societatis nostrae instituto.

Non multo post id temporis, nimirum in octava Sancti Joannis Evangelistae, habui orationem in Divae Luciae templo, qua ostendere conatus sum quid momenti haberet recta puerorum educatio et, quasi aliud agens, nominis Jesu Societatis institutum exponere. Huc convenerunt homines plus minus quingenti; adfuit uterque Episcopi Vicarius, sacerdotes plurimi, ex primis civitatis aliqui, doctores, equites, ingenuarum artium studiosi non pauci. Hic singulari Christi Jesu praesidio, ut alias nunquam, munitus, cum magno applausu et assensu, quae proposueram, peroravi.

Domi tres classes paravi satis commodas. Primae praefecti sunt Jacobus bononiensis et Balthasar hispanus, qui pueris Donatum discendum proponerent. Secundae constitui Joannem Franciscum Parmensem, ut is suis prima grammaticae rudimenta, Catonem et Terentium praelegeret. Tertiae vero classi Guilielmus fuit electus, qui exponeret familiares epistolas Ciceronis cum Virgilio. Hactenus cum praceptoribus suo munere probe functi sunt, tum vero pueri magnum in studiis progressum fecerunt. Postquam autem huc venit R. P. Andreas et P. Fulvius¹ hic (quia sibi a R. P. Provinciali, Domino Paschasio Broët, omnis regendae scholae provincia tradita erat, quod esset adolescens cum in humanioribus disciplinis versatus tum vita et moribus praeclarus) nonnihil ordinem antea servari solitum immutavit, ipseque majorum curam assumpsit. Antequam

¹ "Sexta Februarii Boniam P. Andreas Galvanellus et magister Fulvius Cardulus pervenerunt; et P. quidem Andreas nostrorum fratrum curam suscepit; quamvis P. Franciscus Palmius, quae ad sustentationem omnium necessaria erant, diligenter curabat. Fuit autem scholis praefectus magister Fulvius, qui omnia in meliorem ordinem redigit, et studiorum domesticorum, quod ad fratres nostros attinet, curam etiam gessit." POLANCUS, *Chron.*, t. II, pag. 503, nn. 216 et 217.

autem lectionem aggrederetur aut quicquam de studiis ordinaret, praesentibus multis ex praecipuis legum et philosophiae professoribus, sacerdotibus, religiosis, itemque studiosis plurimis, habuit orationem in laudem studiorum optimorum, et bonorum morum atque Societatis, non minus piam quam doctam, cum magna plurimorum aedificatione utilitateque. Nam in dicendo satis manifestum singularis modestiae et praestantis doctrinae suae argumentum dedit. Caeterum fratres pari diligentia suum munus administrant, cum in studiis privatis, tum in puerorum instructione, quoad postulat Societatis nostrae institutum. Quotidie pueri nonnihil ediscunt ex doctrina christiana, quam diebus festis a prandio ipsis et populo ad concionem venienti explano; singulis diebus ad templum ire solent, audituri sacrum, bini ordine longo; quisque singulis mensibus confitetur, et jam grandiores natuque majores devote communicant, perversam illam educationemexuentes, et a juramentis, blasphemis et aliis ejusmodi vitiis, quibus sane plus satis assueverant, omnino abstinentes. Quare commoti nonnulli parentum ad nos venerunt, et immortales gratias egerunt pro liberorum educatione, et egregia animi significatione sese et suas facultates Societati obtulerunt, quippe qui tanto ejus beneficio devincti sint, ut nemini se magis debere arbitrentur. Benedictus Dominus Deus, a quo omne bonum defluit, qui talia per nos, licet instrumenta vilissima, dignatus est operari. Hucusque de progressu scholae dictum sit.

Nunc vero de rebus ad Dei optimi maximi cultum et animarum profectum pertinentibus dicam. R.^{dus} P. Andreás et ego multa poenitentium frequentia occupamur, qui certe numerus in dies magis ac magis augetur, multisque spiritualia exercitia damus. Infirmos quoque visimus atque consolamur. Adimus aliquando hospitalia ad invisendum aegrotos, quibus grati admodum sumus, nec solum ipsis verum xenodochiorum procuratori.

Istud vero silentio praetereundum non videtur quod, cum hoc tempore hyemali maxima atque extrema egestate pauperes premi animadverterem, ita ut plurimi eorum fame morerentur, misericordia ductus, ut saltem his, qui sunt nostrae parochiae, subveniretur, contuli me ad nobiliores et opulentiores parochianos nostros, quos per Jesum Christum exoravi ut succur-

terent pauperibus, ad tantam inopiam redactis; et inveni eos satis promptos, qui sane liberaliter ad menses aliquot huic in commodo prospexerunt. Cum in quadam concione pauperes commendassem, ea absoluta, ad sublevandam pauperum miseriam aliqui pannum, nonnulli vestes, alii telam, quidam farinam, permulti panem, caeteri nummos atque id genus multa attulerunt. Insuper viros quosdam et mulieres, nobiles juxta ac pias, rogavimus ut pauperes et infirmos aliquando visitarent, consolarentur et eis subvenirent; quod fecerunt et adhuc cum magna charitate et consolatione exequuntur. Hinc materia laudandi et benedicendi Dominum nobis datur, qui semper pro sua bonitate subvenit omnibus, qui sperant in ipso.

Superioribus diebus decreverunt Reverendissimus Vicelegatus, Episcopi Vicarius et multi alii primates monasteria quaedam reformare, mihiique hanc provinciam delegarunt, ut horum alterum instituerem, et in altero concionarer; in quod quidem munus hucusque incubui et adhuc, Deo propitio, in eo persevero, non sine magna aedificatione monacharum et totius civitatis. In istis monasteriis et in populo videre est quantum brevi tempore recesserint a pristinis moribus et consuetudine prava. Non cessamus orare Divinam providentiam et potentiam ut liberare Ecclesiam suam dignetur a tantis malis, quibus nunc obvolvitur.

Nonnulli adolescentes, qui jam exercitia fecerant, ingressi sunt diversas religiones, quod minus apti viderentur ad Societatis nostrae institutum. Aliquae quoque virgines monialium monasteria ingressae sunt, nec desunt quae adhuc idem desiderent; ex quo colligere est quantus sit fervor virtutis in illis.

Superest ut unum adjiciam, quod non indignum relatu videatur. Nuper in quadam loco extra civitatem multi mendici fuerunt congregati, ubi et adhuc sunt, et ibidem eleemosynis sustentantur; tum quidam ex civibus primariis ad id deputati venerunt ad me, obnixe rogantes ut pauperes illos populo in concione commendarem; quod cum fecisset, iidem quoque me obsecrarunt ut aliquando ad eos ire non gravarer, et ad pie christianeque vivendum hortarer. Itaque diebus festis eo ire soleo, et eis in hebdomada semel aut iterum, quod est ipsis pergratum, concionor. Paucis abhinc diebus R. P. Andreas et ego coepimus audire eorum confessiones, et venerabile sacra-

mentum Eucharistiae illis administrare in proxima solemnitate Penthecostes censemus. Et cum paucissimi inter eos reperiantur qui Dominicam orationem, Angelicam salutationem, Symbolum Apostolicum, ut decet, teneant, id unum serio proposuimus studendum ut in his omnibus diligenter a nobis erudiantur. Spero, auxiliante nobis divina gratia, non eis infrugiferum futurum. Curamus item sedulo ut aliqui eorum operi manus admoveant, ne segnes otio torpescant, ex quo solent multi ad tantam inopiam devenire. Laus et gloria aeterno Regi, qui nobis tot sibi serviendi commoda praebet. Faxit ipse sua bonitate immensa ut accepta et grata sint ei omnia opera nostra.

Sunt et alia permulta, quae brevitatis studio praetermitto.

Restat ut R. P. T. exorem dignetur nos in suis sacrificiis Deo commendare.

Bononiae, 4 Nonas Junii 1552.

GUILIELMUS, *latine vertit.*

Superscriptio in autographis Guilielmi: † R.º admodum in Xpo. Pri. Dno. Ignatio Loyolae, Praeposito gnali. Societatis Jesu. Romae.

Alia manu: 1552. Q. Bologna, Junii.—Q. 5.

CLV

Petrus van der Bosch (Sylvius),
Ex commissione Patris Adriani Adriaenssens,
 Patri Ignatio de Loyola.
 Lovanio, 10 Junii 1552 ¹.

IHS [†]

Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi, sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Superioris quadrimestris, de R. P. T. mandato, rationem redditurus, colendissime in Christo Pater, illud primum recensabo felicissimam illam P. Adriani adversitatem ², adeo ab instituto nostro nulos revocasse, ut frigidis singularem virtutis ardorem accenderit, tepidis non mediocre calcar addiderit, fervidos mirum in modum animarit. Cum enim nulla calamitatum vi, nulloque aerumnarum concursu, mentis ille vigor labefactatur, constantiaque infamat aliorum infamiam, quotquot fere hic insigniores sunt concionatores hoc, ut suspicamur, exemplo provocati, alias alio idiomate, ad religionis ingressum alacriter, impavide, strenueque cohortantur. Quinimmo palmarium istud, si quod aliud, factum, tam alte radices egit, ut relatu Patris Leonardi ³ didicerimus Colonienses non satis condignas Christo laudes posse persolvere, quod et his, longe omnium corruptissimis, temporibus invenire sit, qui, divinae bonitatis amore animarumque salute ducti, humanis se casibus tam viriliter exponere non graventur.

Quanta denique omnium admiratione spectatus ille vir, Ma-

¹ Autographae Sylvii litterae sunt in folio duplici nn. 143 et 144. Est et apographum in foliis 7 v.^o et 8 Codicis 1551.

² Sermo est de Patris Adriani incarceratione, etc.

³ P. L. Kessel.

gister Quintinus Sarlart¹, cum eruditione tum pietate conspi-
cuus, ignoto adhuc S.^{mi} Jesu contubernio se adjunxit, qui ortos
equidem tumultus, jam degustatus exercitia, minimi fecit; quid
dico? immo maximi. Nam candidissimus omnium, solertia qua-
dam, quam ope solum solius spiritus eductus erat, quidquid
contingere potuit, in usum suum saluberrime convertit, omni
nimirum modo contestans se non Jesu tantum sed et crucis ama-
torem.

Ad me devenio, qui, incarcerationis die confessus Euchari-
stiaeque sacramento corroboratus, Falconem² ingressus sum,
locoque temporeque statutis cum aliis praeceptoribus pransu-
rus, coram quibus, audita quae agebatur fabula Patris Adriani
et Regentis, cum inter sese contulissent causas, contra Regen-
tem suffragabantur nobis, Paedagogioque magnam, ob hoc fa-
cinoris, cladem, praeter summum dedecus, imminere formida-
bant. Sed quod verebantur Deus avertat. Quantum mihi profe-
cerit illa tempestas, verbis consequi nequirem. Fuit enim unica
fere causa, quae ad studia Societatis me compulit non dubitan-
tem eos, qui hic persequotionem patiuntur propter justitiam,
futuros olim regni consortes ac pae caeteris gloriosos. Post-
quam autem me fratribus adjunctum rumor vulgavit, usus Col-
legii denegatus est nobis. Caeterum Doctor quidam theologiae,
nistro nomine, Rectorem Collegii, a Lilio denominati, super
hac re contulit, qui tandem non solum aditum concessit, sed et
ipsum funditus Collegium obtulit, duabus areis obice porta di-
stinctum ac velut duplex, cuius alteram partem fratrum habi-
tationi, alteram juventuti, eorumdem iudicio gubernandae, de-
putabat.

Alius quidam sacrae theologiae Licentiatus, Cancellario
quondam convictor, magnifice pollicetur, impetrata erigendi
Collegii facultate, se tantum annuorum redditum in Societatem
collaturum quantum quinque sexve fratribus sustentandis ho-

¹ Sic nitide et perspicue admodum tum autographae Sylvii, tum apographae, litterae. Mirae vere sunt in his monumentis, et etiam in editis libris, cognominum muta-
tiones et quasi metamorphoses. Hoc, quod plerique auctores scribunt *Charlart*, ab hoc
Sylvio, cui bene notus erat Quintinus, scribitur *Sarlart*; a Patrignani in *Menologio*,
Ciarlart; latinitate postea, ut moris erat, donatum et in hispanum conversum, hac
tandem forma apud NIEREMBERG, *Varones illustres*, prodit: *Carleto*.

² Collegium seu paedagogium Falconis.

neste sufficiat. Quid multis? hoc unum dicam: facta fundationis potestate, reliqua citra pulverem suppeditanda.

Nunc, ut ad id, unde digressus sum, recurrat dictio, factus est nobis Christi sanguine cognatus quidam hispanus, claro loco natus, humanioris litteraturae peritus, legum civilium studiosus, cultissimis purissimisque moribus insignis, animo ad magna ferenda paratissimo. Is quidem nobis nondum cohabitat, quemadmodum nec Dominus Licentiatus ¹, sed sanitatis ergo, non enim tam corpore quam animo valuit hactenus, Leodium profectus est, omnia R. P. T. capescere jussa promptissimus.

Quartus, hoc temporis curriculo, nobis voto conjunctorum, est Magister Artium jam ab annis undecim aut duodecim, natione gallus, cuiusdam cathedralis ecclesiae canonicus ac monialium quarumdam confessarius, cuius raram indolis integritatem omnia sua loquuntur. Is eodem consilio, quo Magister Quintinus, in patriam reversus est, puta, ut juxta rationis, spiritu affectae, dictamen possessiones suas distribuat. Ab illius namque tragœdiae prima scena, cubiculum, exercitandorum usui dicatum, numquam vacavit, sed suum semper habuit incolam. Quod et de hodierna luce vere dixerim. Siquidem Pater Leonardus ipso die Ascensionis huc duos juvenes misit, alterum fratrem, alterum jam exercitiis, non sine summa nostrum omnium spe (est enim miro animi candore multaque cognitio-
nis supellectili praeditus), operam dantem. Quibus autem ad Societatis perfectionem nondum licuit esse promotos, vel in hoc profecerunt, quod quotidianis auctibus seipsis fiant meliores et ad id imo pectoris desiderio feruntur, perfectius dico vitae genus, quo quidem ante illam turbam nihil minus meditabantur.

Adde juvenem illum, cuius, rerum commotio, occasione, sumpsit exordium, contemptis parentum illecebris neglectisque praceptorum comminationibus, lacrymabundum P. accessisse, eique confessum magna undarum gemituumque profusione, indicasse se nullo prorsus modo animum mutasse, sed sibi permanere simillimum. Cogitur tamen eorum, qui amici videri volunt, importunitate, mentis decretum dissimulare ac flagrantissimum numinis ignem tot mensibus celare. Faciat Deus ut, si solvere non possit, rumpat vincula. Adduxit autem, ut est

¹ Quintinus.

virtus sui diffusiva , commilitonem , qui, his nonis Maji , totius vitae sordes eluere satagens , generalem , ingeniosus ac pius masculus , protulit confessionem. Vere mirabilis Deus , qui nec adverso, vulgi quidem sententia, tempore nos felici suae vineae cultu exhilarare desivit.

De confessione atque communione pauca adjungam. Caterva singulis quibusque dominicis ac festis diebus communicantium in tantum numerum excrevit ut, quod tempore paschalis solemnitatis fieri dumtaxat assolet, calicem una cum hostiis consecratis aerae necessum sit imponi. Ascensionis vero die nostrae parochiae, in aliis enim vestigium vix appetet, omne genus homines adeo sedulo cum Domino ascendere, ut antehac numquam se ita defatigatum administrando Dominico corpore pronunciavit Pater. In his numerandum putat M.^{um} Theodoricum, R.^{di} Patris Canisii fratrem, aut certe ei prorsus facie cæterisque, quae sub sensum cadunt, consimilem.

Inter confessionis filios est qui Carthusiam Lovaniensem, caeteris tenuorem, semel ingressus, per amicorum immodestiam primi anni expensas solvere nolentium, egressus quidem est, sed ad aliud ejusdem ivit ordinis coenobium paulo opulentius. Alium Pater Adrianus, cui duobus annis ab animae secretis fuit, Coloniam deduci curavit, carthusianis adjungendum; jamque, quod feliciter ei cedat, est adjunctus. Ad haec quidam, cuiusdam ut opinor Episcopi germanus , rarissimis naturae donis praeditus, ab aliquot mensibus Patri Adriano confessus, etiam eodem administrante communicavit. Qui si vestitum aliaque, hisce genus hominibus familiaria, speces, nondum saeculi pompam deseruisse videtur, nunc se disponit ad suscipiendum Brunonis habitum , cuius statutis decretisque privato voto se subdidit. Ambstelredamus¹ quidam, Croci² quondam discipulus, Patri Adriano confiteri saepenumero consuevit. Quod parentes subodorati, statim accurrerunt et omnibus modis virum ab hac accedendi Patrem consuetudine avocare satagunt, eoque multis technis adducunt ut alium potius, assignarunt autem ei Petrum Curtium, summum Lovaniensis Academiae Doctorem, posthac se aditum polliceatur. Cum res ita per aliquot men-

¹ Ubi nos in autographis legimus *Ambstelredamus*, legit apographarum auctor *Ambestel Redamus*.

² Cornelii Croci (Saffraen), de quo saepius supra et in historiis Societatis.

ses ageretur, ecce tantus depromendorum Patri Adriano mentis arcanorum invasit impetus ut bonus Dominus eripiendus sibi videatur, nisi voti compos reddatur. Quapropter, cui convivit Licentiatu*s* juris in Hollandiam profectus est, rem totam, ut geritur, enarraturus; sed nondum reversus. Annue possidet 1200 carolos, praeclara stirpe satus; unde ne fallatur Dominus Jesus, multis precibus interpellandus est. Sed haec obiter.

Filias, cum alio sexu sanctimonia certantes, non prorsus tacebo. Sed post maximum earum numerum, hoc sciat R. P. T. quamdam Patrem orasse et tandem precibus exorasse ut nuda pedes, caetera lauto tecta panno, pane cum aqua reficienda, posset Beatissimam Dei Matrem invisere, quod et Dei gratia feliciter cessit. Adde aliam virginem copiosissimis fortunae blandimentis, quibus abundat, hactenus deliciatam, more aliquot mensibus servato, Patrem confessuram accessisse, deinde rogasse quibusnam tutiori conscientia usibus pristinae vanitatis phaleras applicaret, an vendere, an aliud potius expedire videatur. Respondit Pater Adrianus Dei amori¹ distractionem illam non satis respondere. Si enim, inquit, Deum quaeris, tam graviter feres ipsum ab aliis quam a temetipsa offendi. Quare melius feceris, si ecclesiis seu monasteriis dedicaveris. Sed bona filia non dubitavit replicare religiosos aut ecclesiasticos forte vendituros, ac ita similiter offensae Divinae Majestatis materiam hoc modo suppeditandam, non secus quam si ipsa divenderet. Huic scrupulo satisfecit Pater concludens tutissime acturam elargiendo aedilibus² ea conditione ut sanctorum imaginibus coaptentur, alioqui nequaquam. Huic paulo ante similis fuit domicella, sed nupta, ob idque mariti ratione sollicita aliquantulum, de qua idem prorsus judica. Utraque autem, auditio ultimo Patris consilio, laeta necnon secura recessit humiliter obeditura.

Ad Patrem venio, qui 3.^o calendas Junias certo spiritus impulsu professionem redintegravit ac velut renovavit eodem, quo superiori anno loco, magnum illud Deo sacrificium offerens. Altare magnifice ornatum, indumenta sacerdotalia pretiosa, magna piorum hominum copia, concio purissimae verita-

¹ Ubi habent autographae *Dei amori*, est in apographis vero *Dei timori*.

² Sic utrumque exemplar; fortasse rectius *aeditibus*.

tis a Doctore illo habita, qui, ut solet, acriter ac nervose res nostras coram omni auditorio tutatus est, ingenue fatens, quae hominis est modestia, se calceis Adriani dissolvendis indignum, atque id occasione injuriae nuper illatae, ob quam singularem hujus rei auctores calamitatem manere suspicatur¹. Tot communicarunt sub finem Missæ ut tria pocula vini exhausta sint², cum tamen nonnisi novem aut decem, praecedenti die confessis, indicatum esset. Et quod miraculi loco haberi posset, consecravit Pater citra numeri delectum nescio quot hostias, quibus, ut eventus docuit, nec pluribus nec paucioribus opus fuerit. Hoc nimirum est quod dubitanti superfuturaene an defuturae essent, intus suggerebatur: Tu securus esto; ad perpendiculum ego novi qui quotque me gustaturi sint.

Huc accedit quod duae viduae Antuerpienses, Patris sorores, in dies communicantes, omnia sua in pauperum subsidia Deique cultum erogantes, solis pietatis operibus intentae, denique monasticam potius quam saecularem vitam ducentes, supremi numinis stimulo, ob nullam certam causam, sed futurorum prorsus ignarae, huc advolare coactae sunt, ac tum solari tum lunari die venerabile corpus Christi una nobiscum degustarunt, ac in Domino gavisae, se domum ita receperunt.

Mater³ ejus hospitalis, ubi haec solemnitas celebrata est, graviter a multis mensibus decumbens, vires Eucharistiae sacramento munivit, quae nobis magis magisque semper afficitur, adeo ut tota civitas, fit enim mulier apud omnes maximi, non satis miretur quomodo, cum antea sapientissima judicata sit, jam a Societatis fratribus seduci se permittat. Hanc enim saepe admodum, praesertim ex quo tam periculose laborat, visitare consuevit Pater, sicut et alium bonum senem hominem, cuius duobus annis confessarius exstitit, cui cum familiariter de cruce Domini nuperrime colloqueretur, sic divinitus ordinatum est ut, confessus, paucis post horis

¹ Doctorem hunc, de quo ita loquitur Sylvius ac si Ignatio, proindeque Polanco, notissimus esset, Ruardum Tapper fuisse quis facile credet. Attamen Polancus, *Chron.*, t. II, pag. 589, n. 404, de eo tamquam sibi ignoto ait: "concionem habente Doctore quodam".

² Forte usus illo tempore Lovanii ferebat ut, quo facilius sacram hostiam deglutirent, vini haustus communicantibus offerretur.

³ Polancus in mss. habet *Mr.*, quod nos, perperam, ut hic appareat, interpretati sumus, dum illud opus edidimus, *Magister*. Vide *Chron.*, l. c.

saluberrimam, ut speramus, mortem obierit. Ejus uxor, juxta receptam consuetudinem, postridie Patri confessa est commendavitque mariti jam defuncti animam precibus forte sublevandam, quam consolatus est Pater fidem dans id sese praestitum posteriore die Missam ejus nomine lecturum. Accidit autem ut, cum celebraturus accesserat, eo adduci non potuerit ut ob quod venerat exequeretur, nesciens plane impedimenti causam. Domum reverso indagandae voluntatis gratia, cuius certior in templo factus non fuerat, suggestum est sacrificium pro illo viro offerendum; atque ita immensas Deo gratias agens quod tantam nostri gerat curam, modesta quadam hilaritate fidem liberavit; immo centum Missas audiri hujus causa curavit, et ipse tres praeterea legit. Omnia hujus Patris praeclara gesta narrantem tempus deficeret.

M. Cornelius studiis theologicis, ut uno verbo infinita complectar, immoritur, quem, quantum per corporis infirmitatem licet, imitatur Petrus Spiga. Arnoldus et Joannes Conspenanus diurna nocturnaque manu versant Aristotelem, magna cum omnium uterque exspectatione. Ego, spectator potius quam commilito, incipiam tamen, mei exercendi gratia, ab humanioribus litteris abhorrens, ut multi putant, grammaticam Cennardi graecam expendere; in hebraeis addiscendis nonnihil etiam operae colloco, multum interim distans a vigilantissima charissimorum fratrum diligentia.

Quamvis plura esse non dubitem, superioribus non minus memoratu digna aut fortassis digniora, ne R. P. T. molestus sim, ea omnia nosque totos tuis sanctissimis orationibus quam humillime commendamus.

Lovanii, 10 Junii a. 1552.

De mandato Patris Adriani,

PETRUS SILVIUS.

Superscriptio manu Patris Adriani Adriaenssens: IHS.[†]
R.^{do} in X.^o Patri Mgr. Ignatio de Loyola, Praeposito Societas Jesu, Romae.

Alia manu: Quad. Lova. 1552. x. Junii.

CLVI

P. Everardus Mercurianus
 Patri Ignatio de Loyola.
 Perusio, 25 Junii 1552¹.

†

Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi multiplicetur semper in cordibus nostris.

Statueram omnino, P. Rev.^{de}, prius ad vos non litteras dare quam istinc accepissemus, maxime nondum mutato rerum nostrarum statu. Verum, praeter obedientiae calcar, accessit et hoc vespere duos cives honoratos hujus civitatis adiisse nos, primum enarrantes quo pacto inter hujus reip. conservatores constet conclusumque sit ut Romam ad Pont. Sanctitatem legatum quemdam mittant adque Cardinalem Perusinum, non tam, inquietabant, vestra quam nostra causa; ut nimirum idem Sanctis-

¹ Autographae litterae Patris Everardi sunt in folio unico, n. 23.—Ut recte ea intelligentur, quae de Collegio Perusino, nunc inchoato, in iis et posterioribus litteris narrantur, oportet in memoriam revocare quae de iis initii breviter colligit Polancus his verbis: “Prima colonia hoc anno (1552) deducta ex domo ac Collegio Romano Collegium fuit Perusinum. Res cum Cardinali Fulvio Corneo, dicto Perusino, prius tractata fuerat, qui ad nobilis illius urbis ac patriae suae spirituale auxilium erigi Societatis nostrae in ea Collegium cupiebat, et cum episcopatus ejusdem urbis eidem commendatus esset, etiam hoc nomine subsidium hoc Collegii meditabatur. Prius tamen quam nostri ex Urbe mitterentur, cum magistratibus et aliis privatis, qui clari in ea civitate erant, res communicata fuerat, et locum Collegio designaverant, qui tamen certus non erat, sed haberi posse facile sibi persuadebant. Cum itaque partim civitatis ac civium subventione, partim suis expensis Cardinalis Perusinus Collegium hoc instrui et sustentari posse existimasset, decem aut duodecim ex nostris, accepta Summi Pontificis benedictione, Junio mense ex Urbe dimissi sunt.

“Rector primus, a P. Ignatio electus ut huic novo Collegio praeesset, P. Everardus Mercurianus fuit, post multos annos Praepositus Generalis Societatis effectus, qui initio hujus anni Parisiis, ut superius dictum est, Romam venerat. Adjunctus est illi sacerdos, P. Joannes Niger, natione gallus, Romae in Societatem admissus; et quia scholae ad institutionem juventutis essent aperiendae, präceptores futuri designati fuerunt, inter quos primas tenuit Edmundus Augerius, adolescens, qui anno jubilaei in Societatem Romae fuerat admissus., „Chron., t. II, pag. 431, nn. 32 et 33.

simus Societati assignet locum quemdam, vulgo *Sancta Maria de la Serva* nuncupatum, quo quidem loco hactenus propemodum fuit parochia illius partis civitatis; verum ante annos octo forte Pontifex Paulus aut resp., nescio quo pacto, ejusdem loci partem, qua templum erectum erat, exstruendae arci seu propugnaculo designarunt, adeo ut tota illa civitatis pars, absque templo suisque suorum parentum monumentis privata, prope modum peregrina per aliena templa erret, modo in hoc, modo in illud cursitet, non absque grandi jactura et spiritus et religio-*nis*. Primum autem erat monasterium quoddam. Caeterum Pontifex locum alium fratribus illis assignavit. Reliquam postmodum partem loci illius, nimirum claustrum integrum, ut dicunt, excepta ecclesia, quae diruta fuit, assignavit idem Pontifex studiosis quibusdam, qui facillimo negotio, immo lubentissime, ut ajunt isti, cederent, si quid a Pontifice loco hujus alibi rependeretur. Hoc itaque summopere nunc quaerunt cives isti, reputabuntque fore sibi beneficii ingentis loco, si hoc impetrarint. Rogarunt me plurimum vellem agere apud legatum illum ut quamprimum negotium sibi commissum curet. Quibus respondi non videri mihi aedificationi ut anxie admodum illud prosequar, quod vulgi judicio statim proprium censeretur; at per alias commodius posse. Quamquam dicunt hunc hominem vitam spiritualem non mediocriter excolere. Et hoc ipsis perplacuit.

Cupiebant porro ut hoc negotium litteris nostris commendarem R. V.; verum dixi plane ipsos idem, quod paulo ante, apud me quaerere; sed ipsimet ad P. V. scriberent, si quid sperarent hac via; quod omnino placuit. Ita laeti a nobis discesserunt.

Illud ipsum pene ab omnibus quotidie tractatur, quo nimirum pacto colloocabimur, ajuntque alii satius omnino esse nobis, si applicetur: proventus istorum professorum ac ludimagistrorum, qui officio satisfaciunt minime, unde etiam putamus aliquoties missos ad nos juvenes tentandi gratia, qui et a nostris, me absente, inquisierunt sedulo essemusne praelecturi litteras graecas. Sed etiam me ipsum adierunt, quibus ego: vultisne, inquam, studere litteris graecis? Hoc dicunt, quaerimus. Tum ego: estisne aliquantulum in ipsis provecti? Novimus, inquit, utcumque legere. Nondum, inquam, serio agimus, nam habemus jam quindecim discipulos et in dies novos adducunt parentes ipsi; ubi aderunt discipuli, tum non graecas litteras modo sed et alias.

linguas ac disciplinas pro ipsorum capacitatem profitebimur; et tum cuivis liberum erit accedere. Et ita a me recedunt. Ajunt amici ipsos plurimum a nobis sibi timere. Utinam adesset nobis, obedientia sancta auctore, Joachimus aliquis¹. Permagna sane sibi a nobis pollicentur.

Totos fere dies occupor domi visitationibus multorum, quos rerum spiritualium multum avidos reperio. Ingenio mihi videtur plurimum faciles. Utinam sint constanter perseverantes!

Atque ita, P. R., nobis hactenus transigitur tempus. Appulerunt fratres nostri, et bene quidem habet frater noster Emondus. Tam in rebus spiritualibus quam studiis multa adhuc desiderantur.

Est quidam Doctor legum, amicus non vulgaris Societatis, qui ad nos misit libros ultra viginti quatuor, tam in humanioribus litteris quam in philosophia quamque in theologia, sed et mensam ad componendos eos. Vocatur iste Marco Antonio².

Est et alius primi nominis hic, qui vocatur Guilielmus Pontanus, qui plurimum favet nobis misitque famulum suum ut officium omne nobis offerret, sed et libere aperiremus, si quid nobis deesset quod ad victimum attinet; et id praeter eleemosynam, quam confert, ut audio, in nos.

Quid messis hic? Multa. Rogate dominum messis, etc.

Haec obiter, P. R., admonenda duxi, humiliter hoc nostrum collegiolum, plurimum adhuc dispersum, R. P. V. orationibus Patrumque omnium ac fratrum commendans.

Perusii, ex aedibus episcopalibus, a 25.^a Junii.

R. P. V.

Alumnus inutilis,

EVERARDUS MERCURIANUS.

In altera pagina: 1552. Perugia. De M. Everardo. De 25 de Junio.

¹ Magister Joachimus, Parisiis Romam missus, "juvenis pietate et eruditione, linguarum praesertim, insignis," humaniores litteras cum laude in Romano Collegio hoc tempore legebat; "sed in gravissimum morbum incidit, quo paulatim consumptus est,". Vide POLANCO, *Chron.*, t. II.

² Marcus Antonius Oradinus. POLANCUS, l. c., pag. 438, n. 49.

CLVII

P. Andreas Frusius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Venetiis, 29 Junii 1552¹.

†

La gratia et pace di Christo nostro Signore sempre ci conservi tutti et aumenti d' ogni dono che sia per più glorificatione sua. Amen.

Molto R.^{do} P.

La presente sarà per apparenza più presto che per sufficienza della lettera generale, che habbiamo da mandare doppo gli quattro mesi ultimi passati, secondo l' ordine posto dalla P. V.; del quale, oltra l' altre utilità, che si ne cavano, io ne ritrovo una molto principale, cioè che ci fa ricordare del giorno del giudicio; imperocchè se noi, havendo di render conto di così pocha cosa senza pericolo, sentiamo non poca di confusione, perche la conscientia ci reprende di non aver fatto 'l debito nostro, et pur non facendosi mentione alcuna delli peccati et mancamenti nostri, ma solamente del bene che il Signore si sarà degnato fare per servi suoi, di nome, come indegnissimi; da questo conto si può stimare quanto pericolo d' estrema confusione et pena ci sarà all' hora che bisognarà render conto generale, non solamente delle buone opere fatte trascuratamente, et delli doni di Dio mal adoperati, ma anchora d' ogni error, fallo et vitio, delli quali adesso non si fa nessuna o pochissima mentione. So ben perchè lo dico, a che più tocca.

Hora venendo a pagar, como si può malamente dal canto

¹ Autographae litterae sunt in quadruplici folio nn. 4-420.

mio, il debito, parlando in commune de tutti che qui stiamo, acciocchè la mia parte del bene non paia tanto piccola, essendo mescolata con quella dell'i altri. Primieramente, stiamo qui al presente undeci, come sa la P. V., tutti per gratia d' Iddio sani d' anima et de corpo, attendendo ciascuno a gli officii, studii et essercitii suoi con mutua et charitevol benevolenza, in pace et quiete. Onde risulta buon' edificatione appresso di tutti che ci cognoscono et specialmente del molto R.^{do} Monsignore Prior¹, il quale ogni di più ci mostra quella sua veramente paterna dilettione, et noi ci sforziamo di far officio di buoni et bene subditi figliuoli, quanto porta la professione nostra.

Venendo al particolar dell'i essercitii nostri, oltre li privati dello studio, conferir insieme, parlar latino et comporre, etc., si mantiene la schola con augmento continuo, se non di numero di scholari, al meno in profitto di lettere et buone costume. Il numero può essere di cento quaranta cinque in circa, i quali sono divisi in quattro parti. Della schola maggior il preceptor è Maestro Gioanne Gambaro, Fiandrese, il qual legge alla maggior parte dell'i fratelli, insieme con alquanti di fuora, giovani di buona qualità et speranze. Le sue lettioni sono di humanità, et puotrà questo inverno cominciar l' arte oratoria. Adesso per questi caldi si essercitaranno nella versificatoria, non lasciando però la quotidiana compositione di prosa, essendo più necessaria. Et acciocchè li fratelli siano più svegliati per desiderio di far bene li suoi latini et vergogna del contrario, s' osserva che alcuni per ordine leggano al fine della tavola, o poco dopo, la sua compositione in presentia dell'i suoi; et par che riesca bene. Nella seconda scuola il Padre Don Cesare² legge Grammatica et Syntaxi con certi authori al proposito, secondo la capacità dell'i scholari. M. Gioan Francesco governa il resto, leggendo rudimenti et regole con diligentissime examinationi. Sono alquanti che non sanno troppo ben leggere; et per³ si tengono per preghiere di parenti, i quali dicono esser stracontenti, etiam che non facessero così frutto nelle lettere, pur che imparino buoni costumi. Facciamo confessar tutti pocco meno d' ogni mese, cioè alla Pasqua di Pentecoste et adesso che si guada-

¹ Prior Trinitatis, Andreas Lipomanus.

² P. Caesar Helmi.

³ Sic; rectius forte *pur*.

gna il giubileo. Si legge anchora in casa ad alcuni diversi la grammatica greca et duoi authori greci di humanità.

Il P. Maestro Andrea¹ predica ogni domenica et festa con buon auditorio, massime di gentilhuomini, li quali dimostrano pigliarne assai consolatione et devotione, facendosi eleemosine alli poveri, che si raccomandano, più che non sperarebbe in tal luocco per essere un pocco lontano dalla frequente habitatione. Et si maravigliano che molti scholari vengono così da lontano fin a doi o tre miglie, come dicono.

Il P. Don Cesare legge le domenicche, faccendo discorsi sopra li principali ponti della dottrina christiana, et più familiarmente la dichiara et fa imparar nella schola il venerdì.

Delle confessioni sono state molte, et massime nella quaresima, tanto che non si debbe far particolar mentione, se non de alcune poche delle più importanti, dove il nostro Signor ha mostrato singolar bontade et forza sua in cavar anime dalla gola o ventre dell' inimico; tra le quali furono in questi quattro mesi almeno cinque o sei lutherani et altri illacciati per molto tempo d' altri peccati gli più strani et disordinati che si puotesino imaginare, et persone di conto. Non dirò particolar alcuno delle qualità loro, talmente che, se questa lettera fusse publicata in Venetia, credo certamente che nessuno s' accorggerebbe di chi si parlasse, se non fusse forse il medesimo a chi toccasse; per che so esser così il voler et ordine della P. V.

Di quelli lutherani alcuni erano venuti in tanta accecatione di mente con la vita che suole seguir tal dottrina (come testimoniano loro haver conosciuto in se et in altri parecchi, anzi tutti che conoscono di quella setta), che non contentandosi dell' errori communi, ne tenivano molti altri insegnategli da quel maestro, padre della buggia. Et so d' un altro, pur assai dotto, che non teneva più l' anima esser immortale. Un' altro mi diceva altre pazzie grandi, come negar che füssino spiriti nè inspirati. Un' altro, venuto del suo paese, volendo risolversi dalli suoi dubpii, andò a dimandar da un frate, se si doveva adorar la Eucharistia; et gli fu risposto che era un' idolatria. Fu assai più d' affare a un anabaptista, il quale del resto pareva molto

¹ Videtur hic esse ipse litterarum scriptor, P. Andreas Frusius; nam P. Andreas Galvanellus, ut supra n. CLIV, pag. 677, vidimus, jam sexta Februarii hujus anni Bononię pervenerat.

costumato et chariteyole, ma venuto in tal frenesia che negava pertinacemente la divinità di Christo, la virginità di Maria, esser demonio altro che la prudenza della carne, et tutti gli atti esteriori del colto divino, fin a non voler per conto alcuno far il segno della croce, et altri errori stranissimi, che non voleva lasciar per paura di fuochi, al qual stava appresso se non che si era infirmato nella prigione, assai periculosamente per l' una et l' altra morte, di corpo et di anima; onde fu rilasciato con pleggieria¹ et sicurtà. Molte volte lo visitassimo nella prigione et fuora, et essendo una volta convinto et riconosciuto, con animo di volersi disdir in confessar etc., pocho dopoi visitato da noi per confirmarlo, lo trovassimo peggio che mai, lamentandosi molto di me, et dicendo che la notte Iddio le havea . terribilmente minacciato et spaventato, perche havesse così lasciato la verità et gloria sua per le nostre parole; et così non ci voleva più sentir ne veder, risoluto di correre alla morte quantunque grave gli fusse data. Ma il Signore Dio volse mostrare esser più potente dell' inimico, mettendo ostinatione contra ostinatione, di modo che finalmente venne all' effetto desiderato d' abiurarsi pubblicamente con molta sodisfattione del popolo.

Una persona di nome, havendo tenuto una concubina parecchi anni senza confessarsi, pur essendosi trovato più volte in pericolo di morte in mare et fra infideli, si è confessato molto contrito et determinato di mutar vita, mandando all' hora fuora la concubina, et facendo altre cose, che premevano la sua conscienza, con molte offerte et maraviglia che non volessimo pigliar niente.

Un altro di maggior grado ha fatto una confessione generale, nella quale il Signore Iddio, oltre la grande longanimità et misericordia sua, ha dimostrato come usa una incredibile giustitia per salvar un' anima, permettendo gravissime persecutioni et afflissioni per calumnia o falsi sospetti, castigando crimi enormi occolti al mondo.

D' un' altra, etiam persona di conto, la confessione fu tal, di tutta la vita, che fece sbigottir il confessore, massime che es-

¹ *Pleggieria*, obs. ital.; lat. *plegagium*, *plegeria*, *plegia*, etc: fidejussio, idem fere ea *sicurtà*, quod mox sequitur. Vide DU CANDE, *Glossarium*, verbo *Plegius*.

sendo estato admonito di far essame della vita sua, leggendo alcuni confessionali¹, se ne venne biasmando et quasi sbeffando la ignorantia dell*i* authori, et dicendo che non sapevano che cosa fusse peccato; et in effetto così lo provò in molte cose, perche non so che s' averia imaginato nè manco si doverebbono scriver mai tali cose.

Basta che non fusse mai fu veduta maggior efficacia dello inimico in male et d' Iddio in bene, per la cui somma misericordia quella anima fu ridutta dalla quasi total corruptione d' affetto et intelletto a vera ricognitione et emendatione, nella quale con buoni mezzi persevera.

Un matrimonio falso si è rettificato, con bisogno di molto diligente discussione, per dubbio che non havesse inevitabil' impedimento. Et alquanti altri casi matrimoniali d' assai difficoltà, li quali, parte già sono conciati, altri pendono con speranza di buon riuscimento, piacendo al Signore, et massime d' un gentilhuomo forastiero.

Similmente di casi d' usura, tanto sottili, che pocca differenza si vede tra il schietto et palliato; pur si confidiamo nel Signor che non ci lasciarà mai definir altro che verità con sicurtà delle anime.

Sono venuti anche alcuni gentiluomini forastieri, come Bresciani et Vicentini, mandati da persone che ci conoscono, et il Signor gli ha contentati.

Alcuni beneficiati, confessandosi spesso, o pigliando consiglio, procurano attendere alla salute sua et delle anime, che hanno in cura, con buona edificatione della vita sua, et provisone circa il governo, mentre per giusta ragione sono absenti.

Alcune donne di mala vita, confessandosi qui, sono intrate, altre per intrare, nelle Convertite; altre ritornano al marito vivo, o vero aspettano che sia fatta la mutua riconciliazione. Et così di altre confessioni notabili, come di dodici o venti anni, et generali.

Un giovane, partito dal suo monasterio, et non potendo esser riaccettato, è ridutto per gratia d' Iddio a intrare in altro più stretto, essendo già nella mondanità mezzo perso. Un' altro non

¹ "aliquos libellos, qui ad exomologesim hujusmodi faciendam conferunt." POLAVCUS, *Chron.*, t. II, pag. 483, n. 156. — "libellos, quos vocant, confessionales." Frusius infra n. CLIX.

vuol ritornar per niente; pur ha dato qualche speranza d' ascoltar quel che gli diremo. Un giovane anchora, havendo havuto un figlio per fornicatione, et non havendo oblico di matrimonio, pur rimostrandoli gli inconvenienti et pericoli delle anime, si è rimesso a quel che gli diremo, anchora che sia partito per lui discommodissimo, tanto che non ci basta l' animo determinare senza maggior consideratione. E stata confessata una povera incarcerata infirma; et la settimana santa furono eshortati gli prigionieri a confessarsi; et alcuni, benchè prima desperati, negando o biasmando la providentia sopra li giusti et ingiusti, pur promisero confessarsi, havendo la commodità di luogo, che non fu possibile per all' hora; et essendo noi assai occupati in la chiesa nostra, si è fatta qualche diligentia di fargli dar ordine per certi gentilhuomini.

Anchora si sono visitate et confessate alcune persone amalate in casa sua, et ben morte, come crediamo; et per una essendo chiamati doppo la Pascha, come per riconciliar solamente, fu trovato che haveva ben bisogno d' una confessione generale, come se mai non si fusse confessata. Benchè per gratia divina era più mancamento di cognitione et di commodità che di volontà, ma havendola il Signor mirabilmente conservata dalli pericoli. Si procura anche per alcune giovanette di trovargli ricapito in hospitali o altri luoghi sicuri. Et alcune donne si sono ritirate dalla conversatione mala di sacerdoti indiavolati, che dico mal volontieri, ma ogn' uno sa che tali molti si trovano.

Un hebreo, catechizzato da noi, si è batteggiato; et confessato uno che era stato in Turchia rinnegato per sedeci anni, il quale ha condutto qui et fatto batteggiar moglie et figlioli. Dapoi, venendo due navi di turchi et mori, il Signor ha fatto convertir alla fede sua parecchi, et altri rinnegati tornare alla chiesa, adoperando il nostro Monsignor come per generale ricapito ad ogni opera sua, et dandoci anchora qualche participatione in tal ministerio, massime servendosi del nostro Giovanne Battista ¹, già hebreo, per havergli dato notitia di varie lingue.

Molti giovani scholari, et anche altre persone di tempo et

¹ Joannes Baptista Elianus.

buone qualità, hanno mostrato animo di voler intrar nella Compagnia; ma ci è parso andar differendo, per far prova di loro più presto fuori che dentro, havendo rispetto a molte circonstantie. Però non scriveremo altro per adesso circa di questo.

Maestro Gio. Francesco, Parmesano, venuto pocho fa, s' è molto confirmato in questa vocatione et fatto gli voti. Maestro Desiderio si è ordinato et potrà presto dir la prima messa con gratia d' Iddio.

Aspettiamo il R.^{do} P. Provinciale ¹, con desiderio et speranza che ci aggiuti molto, vedendo tutte le cose nostre particolari et mettendo migliore ordine per tutto, come il Signor gli mostrerà.

Preghiamo humilmente la R.^{da} P. V. che, per amore di nostro Signor Jesu Christo et la singular charità sua verso tutti gli figliuoli suoi, ella ci voglia perdonare gli mancamenti nostri, et specialmente gli miei, quali se io volessi recitare per lettere, come gli vedo alla giornata, so che gli moverei gran compassione, et sarebbe cosa troppo longa et rincrescevole. Però non scrivo se non quello che richiede la sua santa ordinatione. Onde faremo fine raccomandandoci quanto possiamo humilmente et sforzatamente alle sue solite orationi, acciò che il Signor Iddio da tutti noi sia più servito et glorificato, con salute delle anime proprie et dell'i prossimi, all' aiuto dell'i quali grandemente ci obliga la santa vocatione et professione di questa Compagnia, la quale il benignissimo authore di essa conservi, conforti et aumenti sempre fin' al colmo di perfettione et compimento della santissima volontà sua. Amen.

Da Venetia alli 29 di Giugno 1552.

Della R.^{da} P. V.^a

Indegnissimo servo in Giesu Christo,

ANDREA DE' FRUSI.

¹ P. Jacobus Laynez, ut infra in litteris n. CLIX idem Frusius.—“Sub finem mensis Junii, cum jam a quartana, sed non ab ejus reliquiis liber esset, litteras a Patre Ignatio accepit, quibus gratum sibi fore scribebat, si Provincialis citra Italianam curam susiperet...., POLANCUS, *Chron.*, t. II, pag. 473, n. 137.—Patentes litterae, quibus Provincialis Italiae, loco Patris Paschasi Broët, creatus est, ab Ignatio datae fuerunt die 11.^a Junii. Die vero ejusdem mensis 28.^a Patri Andreae Frusio, ex commissione Ignatii scriptis Polancus, ne dum Pater Laynez, Provincialis, non bene valet, eum litteris, etc., opprimat.

Superscriptio: † Al Molto R.^{do} P. in Chro. M. Egnatio, Prepo.^{to} gnale. della Comp.^a di Giesù, Oss.^{mo} mio. Appresso a S. Marco. In Roma.

Un giulio di porto.

Et alia manu: 1552. Quad. Venet. 29 di Giugno.

Vestigia cerae et sigilli.

CLVIII

Alphonsus Barreto
Patri Ignatio de Loyola.
Evora, 30 Junii 1552[†].

IHS[†]

R. in Chro. Pater:

Gratia et pax Spirituſ Sancti adsint semper nobis. Amen.
Superiori quadrimestri scripsi quae tunc scribenda occurre-
runt; nunc, quoniam ita jussus sum, idem facere conabor.

Fratres, dante Domino, consuetis exercitationibus tum literarum tum virtutum cum augmento operam dant. Ad eorum numerum accesserunt duo Patres, Conimbrica missi modo, ut nobiscum litteris studerent. Exercemur autem frequentibus tum privatis tum publicis disputationibus; nam praeter quotidianam lectionum repetitionem et mutuam in ea (*sic*) disputationem, sustinentur fere alternis diebus dominicis conclusiones in scholis, modo in materia morali modo in speculativa; reliquis autem diebus dominicis domi habemus conclusiones, quibus praeest Doctor quidam insignis, dictus Margalho, ad quas omnibus, qui adesse volunt, facultas est conveniendi; publi-

[†] Alphonsi Barreto autographae litterae sunt in duabus prioribus paginis duplicitis foliis, cui n. 293.

cas autem conclusiones saepissime defensare cogimur, quia non magna est condiscipulorum multitudo.

Pater Melchior Carneiro in vinea Domini pro viribus laberat, atque, favente Domino, multo major in dies fructus succrescit. In hac quadragesima cum non exigua animarum utilitate concionatus est; ita tamen concionibus deserviebat, ut ab audiendis confessionibus non cessaret, neque, si vellet, credo, potuisset. Tantum enim animi affectum gerit hic populus erga Societatem, ut etiam invitum ad audiendum, ut videtur, essent pertracturi.

Transacta quadragesima, existimans majorem animarum utilitatem sequuturam, si totus se confessionibus dederet (abundat enim haec civitas concionatoribus, confessariorum autem, qui id munus digne exequantur, magna inopia est, si cum eorum numero comparetur, qui a sacramentis vulnerum suorum remedium expetunt), concionibus relictis, ad confessiones audiendas se totum convertit. Itaque in ecclesia majori, quae prope est, quotidie tam mane quam vespere sedebat, veluti ante quadragesimam facere consueverat; unde fere semper transacto prandii tempore ad prandium veniebat. Cogebatur tamen aliquando sedem in ecclesia majori ad tempus relinquere, ut multarum nobilium matronarum petitionibus satis faceret, confessiones suas ab ipso audiri postulantibus, quae, vel propter adversam valetudinem, vel alias ob causas, ad ecclesiam summam venire non poterant. Hac in re hactenus perseveravit, et semel tantum post quadragesimam concionatus est, petitionibus quarumdam monialium provocatus. Modo ut etiam iis satisfaceret, qui ab eo instrui in oratione et sanctis exercitiis desiderant, tempus quidem matutinum in audiendis confessionibus in cathedrali ecclesia consumit: vespertinum autem in audiendis confessionibus aliquorum, qui, ut dixi, ad eam ecclesiam venire nequeunt, et in exercendis atque in oratione instruendis proximis tribuere decrevit. Quod tempus, ut credo [non?] sufficiet, si omnium, qui id petunt, desideria expleturus sit.

A tribus monasteriis monialium accersitus est, quae ab eo in oratione instrui cupiunt. In uno eorum fructus, favente Domino, non mediocris coepit emergere, quantum ex mortificationis amore et vitae mutatione intueri licet. In alio quoque

monasterio multarum confessiones audivit simulque eas, quae aptae visae sunt, in oratione instruxit aliquantulum, ubi talis coepit esse poenitentiae fervor, ut necessarium existimaverit Pater eum aliqua ex parte reprimere, ne aliae, quae incipere volebant, terrorerentur. In hoc monasterio Abbatissa exercitia facere vult, atque, ut existimo, res ad effectum deducetur, quam multae aliae subsequentur. In alio autem ac tertio monasterio nihil adhuc Pater agere coepit, licet non semel tum a monialibus tum ab Abbatissa postulatum sit ut in oratione a Patre instruerentur: faciet tamen, cum per tempus licebit.

Canonicus etiam quidam, forte tibi notus, Romae enim, credo, per quinquennium fuit, missus a Cardinali ut pro cardinalitia dignitate ageret Suae Sanctitati, nomine Gaspar Barreiros, in cuius brachiis, ut ait, Pater Martinus Sanctae Crucis obiit, vir prudentissimus et litterarum non ignarus, a Patre in oratione instrui coepit, tantaque in eo per Dominum facta est mutatio morum, ut in hac civitate nihil, ut audivi, sic in omnium ore versetur. Nec solum se ad veritatis clariorem cognitionem venisse gaudet, verum et alios tamquam in tenebris ambulantes, quod orationis fructus non experiantur, ad Patris consuetudinem pellicere conatur, atque, ut spero, non frustra laborabit. Accedet jam, credo, ad exercitia spiritualia.

Aliqui etiam alii ad nos veniunt ut Patrem consulant et ab ipso in iis, quae ad animae salutem pertinent, instruantur.

Adit quoque Pater eos, qui, ratione criminum ad Inquisitionem pertinentium, in vinculis detinentur, confessionesque eorum audit exhortationesque congregatis facit. In his et similibus occupatur, verumtamen non sine magno labore. Solus enim est; habuit quidem hic alium sacerdotem, qui ei non parum adjumento fuit, sed evocatus est. Alterius tamen adventum exspectamus¹ simul et Patris Magistri Myronis, cuius praesentia nos cito fruituros speramus, qua hactenus Conimbricenses fratres potiti sunt.

In iis qui carcere detinentur, est vir quidam, alioqui nobilis et prudentia non mediocri, quem ex Hispania Nova huc

¹ Evocatus sacerdos fuit Joannes Covillonius, "cujus loco deinde missus est P. Emmanuel Leite, qui in confessionibus Rectorem juvabat." POLANCUS, *Chron.*, t. II, pag. 691, n. 603.

appellentem, cum nescio quid minus honestum diceret, jussu Inquisitoris in carcerem conjecterunt. Hunc Pater saepius alloquentus, et in Domino adhortatus consolatusque reperit capacem esse, cui exercitia darentur. Quare cum et locus esset commodus, solus enim propter suam dignitatem et ab aliis segregatus tenebatur, exerceri a Patre coepit, confessusque est jam generaliter; cui Dominus favere dignatus est; non parum enim profecit, atque quod antea maximum infortunium esse ducebat et consanguineorum dedecus, id sibi ad felicitatem facere et ad Dei honorem et animae suae utilitatem vergisse cognoscit et laetatur.

Collegii aedificium, quod a Domino Cardinali instrui coepit, in dies crescit. Existimo tamen ipsum ante annum non fore perfectum. Dominus in animabus nostris sibi sedem paret.

Tuam benedictionem suppliciter exposcimus.

Pridie calendas Julii 1552.

Tuus in X.^o filius et servus,

ALPHONSUS BARRETO.

Superscriptio: Pera o noso mui R. en X.^o Padre, o Padre Mestre Ignatio, Preposito geral da Companhia de Jesu em (*sic*).

En Roma.

Et alia manu: Quad. 1552. sine loco.

Et alia: Ebora.

CLIX

P. Andreas de Frusis
 Patri Ignatio de Loyola.
 Venetiis, 2 Julii 1552 ^{1.}



Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi habitet semper et crescat in nobis ad gloria suae incrementum. Amen.

En mittimus, P. in primis R.^{de}, litteras illas generales, quae quarto quoque mense scribi solent, licet jejuniores quam ut P.^{ti} Tuae vel appellationi suae respondeant. Parensum tamen fuit statuto optimo, ex quo, praeter caeteras utilitates, hanc ego unam vel praecipuam capio, quod mihi ob oculos ponere videatur extremi judicii diem. Sic enim apud me ratiocinor: si nos, minimae cujusdam rei et temporis rationem reddentes, erubescere cogimur, arguente nos conscientia officij parum accurate praestiti, cum nulla interim hic fiat mentio de peccatis aut erratis nostris, sed opera tantum efferantur Dei beneficio per nos facta; vel inde aestimari potest, quantae et confusionis et poenae periculum aderit, cum reddenda erit ratio illa generalis, non operum solum bonorum, quae negligentius facta fuerint, sed omnium quoque vitiorum et peccatorum, de quibus in praesentia vel nulla vel certe levissima ratio habetur. Scio cur haec dicam et in cuius recidant caput. Sed, his praetermissis, ad debiti praesentis solutionem qualecumque accedo, communis omnium, qui hic agimus, nomine res complectens, ut mea ipsius

¹ Autographae litterae sunt in dupli folio nn. 38 et 39.—In iis ultima tantum verba *R. P. T.... fratibus*, sunt manu Patris Andreae de Frusis.—Eae, ut legenti patet, non sunt aliud quam aliquantulum exornata latina versio earum, quas sub n. CLVII, supra, pag. 691, dedimus.

portiuncula, reliquorum partibus commixta, non tam exigua quam est appareat.

Primum itaque in hoc gymnasio undecim fratres sumus, quos satis per litteras alias nominatim declaravimus, ex Dei gratia tum animo tum corpore valentes, et suis quisque officiis seu ministeriis studiisque et exercitiis incumbentes, et mutuam foventes charitatem cum multa pace et quiete; unde bonus in Domino odor ad omnes emanat, quibuscum nobis conversatio aliqua vel notitia intercedit, prout peculiariter testatur Reverendus D. Antistes, a Trinitate nuncupatus, qui magis ac magis in dies eximiam illam suam ac vere paternam ostendit erga nos dilectionem: nos vicissim pro viribus enitimus ac studemus omnia praestare, quae nostrarum sunt partium, id est, filiorum proborum et ingratitudinis notam fugientium.

Jam vero ut ad singula exercitia nostra patefacienda veniamus, praeter privata illa, quae in studiis, disputatiunculis, latinis colloquiis et scriptis quotidie existunt, foventur augeturque in dies instituta schola magna que fit et continua tam literarii quam spiritualis, seu moralis, profectus accessio. Discipulorum vero numerus ad centum quadraginta quinque circiter perductus est.

Porro divisa est schola in quatuor classes. Primae praeest Joannes Gambarus, Flander, quem audiunt fratres prope omnes et exteri aliquot juvenes bonae indolis et spei. Profitetur autem litteras humaniores; sub hyemem, ni fallor, oratoriam artem aggressurus. Interim dum intensior est solis aestus, versificatoriā tradit et in scribendis versibus discipulos suos coepit exercere, non omissa tamen prosae orationis quotidiana scriptione. Ut insuper fratres ad latine scribendum studiosius invigilent, partim desiderio honestae laudis, partim etiam censurae metu ac verecundia compulsi, institutum est ut aliquis unoquoque die, post cibum sumptum, coram omnibus recitet quae scripsit; id quod non parum momenti adferre ad studia videtur.

In proxima classe P. D. Caesar grammaticam praelegit cum syntaxi et authoribus nonnullis pro discipulorum captu opportunis.

Joannes Franciscus, reliquis praefectus, rudimenta et regulas communes latinitatis docet. Sunt etiam aliquot nondum satis recte legere assueti, quos non excludimus parentum precibus

adducti, qui sibi satis superque esse dicunt, si discant illi bonos mores, licet in litteris nihil proficiant.

Curae nobis est ut semel per singulos menses in templo nostro peccatorum confessionem exercitent, vel paulo rarius, ut, puta, quatuor proximis mensibus confessi sunt, ineunte quadragesima, in Paschate et in Pentecoste; nunc vero audiri coeperunt promulgato hic jubilaeo.

Domi praeterea praeligitur nonnullis grammatica graeca et auctores duo ejusdem linguae.

Pater Andreas dominicis et festis aliis diebus conciones habet ad populum nec infrequentem nec incelebrem; quandoque multi nobiles intersunt, nec parum devotionis et consolationis sanctae auditoribus accrescere videtur, ac eleemosynae pauperibus per eum de suggestu commendatis erogantur, majores quam quis speraret, ob loci hujus a frequenti civitatis habitatione longam distantiam. Unde etiam miramur discipulos plerosque ex vicis procul, ut puta, duorum vel trium passuum milia dissitis, ad scholam nostram ventitare.

Pater Caesar dominicis diebus sermones facit in templo super praecepitis doctrinae christianaee partibus. In schola vero eamdem familiarius exponit, et discendam curat a discipulis diebus veneris.

De confessionibus auditis in templo nostro per hoc quadri mestre ratio particularis reddi non potest, praesertim quadragenarii jejunii tempore; quamobrem satis fuerit de quibusdam solum meminisse, in quibus visus est Dominus singularem com monstrasse pietatem suam ac virtutem, ereptis animabus plerisque ex diaboli faucibus ac de ventre inferi. In eo numero sunt quinque aut sex pridem lutheranae sectae addicti, immersi peccatis tam multis et tam gravibus, ut ne in imaginationem quidem venire possent, homines alioquin minime vulgares. Caeterum de peculiaribus ejusdam notis et conditionibus nihil dicam, quin potius adeo indistincte loquar ut, etiam si contin gagat has litteras Venetiis totis publicari, nemo percipere possit de quibus fiat sermo, nisi ipsimet fortasse.

Ex illis igitur lutheranis aliqui eo insaniae et caecitatis de venerant, una cum vitiis et peccatis hujusmodi doctrinam sequi solitus, id quod tum in se tum in aliis permultis sibi notis per spexisse testantur, ut non satis haberent communibus luthera-

norum erroribus involvi sed alios quoque novos per se inventrent excogitatos vel, quod magis sit verisimile, a magistro illo mendacii patre ingestos. Alius, licet judicio et doctrina non parva praeditus, animam humanam non minus quam corpus immortalem (*sic*) esse sibi persuaserat. Nec defuit unus, qui absurdia plane et intolerabilia dogmata tamquam certissima teneret, utpote negans cum Sadducaeis spiritus ullos esse vel energumenos. Quidam advena, variis circa fidem dubiis agitatus, in monasterium quoddam prius se conferens, quemdam consulens Patrem venerandum an hostia consecrata esset adoranda, audivit idololatriam esse. Quotquot accesserunt, per Dei gratiam intime resipuerunt.

Maxima omnium fuit collectatio cum quodam anabaptista, juvete aliquo corporis et animae dotibus, ut prae se ferebat, satis exornatus, in eam vero phraenesim redactus erat, ut sententia pertinaci negaret divinitatem Christi et Matris ejus virginitatem, ac ullum esse daemonium praeter carnis prudentiam, omnesque postremo externos cultus et ritus execraret, adeo ut ne crucis quidem signo munire se ullo pacto monentibus et increpantibus assentiretur; ut reliqui taceantur errores, quos nullo adactus metu relinquere volebat, quamvis ad ignem proxime adjudicandus esset; et fortasse id esset passus, nisi morbo gravi correptus esset ac propterea ex carcere, fidejubentibus propinquis, tantisper dimissus, donec valetudinem recuperet. Multoties a nobis et aliis inquisitus fuit, et benignis verbis admonitus, longisque etiam disputationibus convictus, et eo perductus ut semel errores suos agnoscens, abjurare publice eosdem et peccata sua confiteri certo statuerit; verum postridie aut perendie denuo inquisitus, ut animo ita confirmato quod promiserat praestaret, pejus se habere deprehensus est quam unquam antea, graviter de nobis conquerens quod se ad divinam veritatis viam deserendam argumentis falsis impulsemus. Unde ajebat Deum sibi noctu cum terrore horribili significasse. Jam itaque nos nec videre nec audire sustinebat, in quodvis mortis genus pro doctrina sua ruere paratus. At vero clementissimus Dominus sese ostendere volens diabolo esse fortiorum, ita tandem egit ut securus sit, qui desiderabatur, exitus, publicae scilicet abjurationis populo gratissimae.

Vir quidam, insignis notae, concubinam domi annos com-

plusculos cum jam aluisset, nec animum induxisset ad criminum confessionem, licet aliquoties in maximum vitae discrimen incurisset, confessus est tandem et, dimissa statim concubina, vitam emendare ferventissime exorsus est. Alter quoque vir eminentior generalem fecit confessionem, in qua Deus, praeter mirabilem longanimitatem et misericordiam, justitiam insuper suam innegabilem ostendit, qua utitur interdum ut servet animam, alias de salute omnino periclitantem, permisso nimis persecutionibus calumniosis et afflictionibus gravissimis, ut scelera detestabilia, hominibus occulta, occulte sic castiget. Confessus est item et aliis, conditione satis clarus, exhausta totius vitae sentina, tam foeda et abominabili, ut nulli non stomacho nauseam moveret molestissimam, nisi suavissimus emendationis odor omnem tolleret molestiam. Quanta fuerit et qualis sentina illa vel inde aestimari potest, quod, cum praemonitus esset ut, in peccatis ad memoriam revocandis, libellos, quos vocant, confessionales adhiberet, reversus est post triduum, id se asserens fecisse, sed authorum talium ignorantiam taxans et irridens, apud quos vix minimam suorum criminum particulam scriptam invenisset. Id quod res ipsa comprobavit. Nec mirum sane; neque enim quisquam facile potuisse in talium cogitationem devenire, neque, si venisset, forte scribere illa debuisset. Vix certe visa unquam fuit major simul et diaboli ad perditionem, et Dei ad salutem unius animae efficaciam. Is enim et affectu et intellectu prope jam funditus corruptis, pulchre per divinam misericordiam convaluisse videtur, et coepit emendationem melius in dies promovere.

Matrimonium quoddam adulterinum ad legitimum statum reductum est, non sine multa et perplexa discussione, cum subessem impedimenti etiam contractum dirimentis magna suspicio. Pleraque item alia de matrimonio dubia et pericula sublata sunt, aut, ut in Deo spes est, brevi auferenda; cujusmodi est casus nobilis cuiusdam viri externi sese ob eam causam exspectantis¹ et diutino a patria sua exilio mulcantis.

Idem accidit multoties et circa usurarum casus usque adeo subtile, ut inter purum et palliatum contractum discrimen aegre queat animadverti. Confidimus tamen in Domino nihil

¹ Atramento corrosa charta, haud clare quid scriptum fuerit percipitur.

nos unquam, nisi quod verum sit et salutiferum, esse decisuros.

Accesserunt etiam confessionis et consilii causa nobiles aliquot Brixiani atque Vicentini, ab amicis quibusdam nostris missi, quibus ex Dei gratia credimus esse satisfactum.

Nonnulli quoque, sacerdotiis et animarum curis impliciti, confitentes saepe apud nos, vel consilium petentes, tam sui ipsorum quam populi sibi commissi, prospicere saluti pergunt, et proximos omnes aedificare student, per bonum vitae exemplum et probi regiminis ordinationem, quamdui juxta de causa ab ecclesiis suis absunt.

Fuerunt item mulieres quae, cum prius vitam agerent impudicam, facta hic confessione, in Conversarum ordinem receptae jam sunt, vel brevi, ut speramus, recipiendae. Aliae viventi adhuc marito reconciliantur. Hactenus de confessionibus dictum sufficiat; quamvis merito addi possint inter quamplurimas aliquae insigniores ab iis factae, qui per duodecim, aut viginti, aut multos quotcumque annos animas suas misere affectas medicina omni privaverant. Factae sunt insuper multae generales.

Matrona quaedam nobilis jam senex, quae confessionem et communionem apud nos frequentat, quod et faciunt multi viri et mulieres, juvenes et puellae, vel dominicis et festis diebus vel non multo rarius, nonnullique saepius, nobis authoribus, animum induxit statis temporibus cum aliis inservire hospitali incurabilium et de suo nonnihil conferre.

Venit huc juvenis, a monasterio suo profugus, ac denuo admitti non valens, persuasus est divina ope ut in aliud arctius se conferret, alioqui facile periturus, ut qui aulicae jam vitae sese addixerat. Alter, eadem sorte ductus, coepit nos consulere, licet persuaderi nondum potuerit ut agat quod videtur securissimum; extorquebitur quod poterit, si, ut coepit, audiat.

Juvenis alius gravidam a se factam mulierem deserere volebat, nullo ei promissionis matrimonii vinculo adstrictus. Hic, auditis periculis animarum sic imminentibus, recepit tandem se facturum quod decreverimus, licet matrimonium tale sit ipsi incommodissimum; unde neandum visum est, re non magis in utramque partem considerata, ferre sententiam.

In carcere audita est confessio mulieris aegrotae ac prope-

modum desperatae simul et desperantis. Facta est insuper exhortatio in hebdomada sancta ad omnes in carcere conclusos, qui ad confitendum se paratum iri promiserunt, cum aliqui prius exhortationem respuerent, divinam providentiam et justitiam blasphemantes. Eos cum audire non possemus, tum propter templi nostri curam, tum etiam propter loci incommoditatem, egimus quod licuit cum nobilibus quibusdam ut illis prospectum foret.

Aliorum quoque aegrotantium domi suae confessiones audi-
vimus et ad feliciter migrandum pro Dei gratia disposuimus. Inter quos cum ad mulierem quamdam paulo post Pascha ac-
cessiti essemus, tamquam reconciliatione sola indigentem, com-
perimus generali potius confessione illi opus esse, perinde ac si Ecclesiae antea ignorasset consuetudinem.

Operam quoque et curam impendimus ut puellae quaedam periclitantes in hospitalia vel alia secura loca admittantur. Nec-
non ut mulierculae a captivitate aut conversatione mala homi-
num, non tam sacrorum quam execrandorum, liberentur. Et
jam liberatae sunt divino auxilio nonnullae.

Hebraeus per nos catechismum adeptus suscepit baptismum. Confessus est aliis, qui, ante sexdecim annos a turcis captus, et Christi fidem abnegare compulsus, inter eos vixerat, uxore sibi ducta et liberis susceptis, quos omnes nuper Venetias advexit et baptizandos curavit.

Non diu est cum huc appulerunt duae naves turcarum et maurorum propriae, quorum non pauci fidem et baptismum as-
sequuti sunt; et renegati, ut vocant, aliquot Ecclesiae reconciliati sunt; qua in re placuit misericordi Deo Domini Antistitis charitatem et diligentiam exercere, quippe quem omnium hu-
jusmodi operum pietatis ministrum videtur sibi elegisse. Nobis quoque aliquam hujus negotii partem largiri dignatus est opera praesertim utens Joannis Baptista nostri, genere hebreai, cui plurium linguarum externarum peritia nonnulla ad hoc confe-
rebat.

Juvenes plerique inter discipulos, et alii quoque, morum et conditionis qualitate satis laudabiles, peculiare desiderium ostendunt subeundae hujus Societatis. Nobis tamen hactenus visum est praestare ut foris potius quam domi genuina eorum mens et constantia probetur.

Joannes Franciscus, is de quo supra meminimus, ex quo hic appulit, mire confirmatus est in ea, quam prius satis non agnoverat, Christi vocatione, cui et sua vota nuncupavit.

Ad sacerdotium evectus est Desiderius noster, brevi, ut sperramus, primam Missam celebraturus.

Exspectamus hic in dies R. P. D. Laynez, Italiae Praepositorum, cum ingenti desiderio ac certa spe quod, inspectis particulatim rebus nostris, in emendandis multis ac prudentius ordinandis, multum huic loco et nobis profuturus sit.

Quod superest, humiliter deprecamur R. P. T. ut per dilectionem Domini nostri Jesu Christi et singularem illam erga filios suos omnes benevolentiam et pietatem suam, dignetur veniam nobis dare de negligentia et aliis delictis, quorum ego sane in primis mihi conscient sum, sique vellem ea exprimere, longiore pagina opus esset. Nunc satis sit optimo P.^{tis} T.^{ae} mandato, describendis hujusmodi generalibus litteris utcumque satisfecisse. Finem igitur faciemus, additis dumtaxat humillimis nostri omnium ac singulorum commendationibus ut, per consuetas ipsius P.^{tis} V.^{ae} preces, conservet nos benignus Dominus et bonis suis adaugeat, quorum usus in suam ipsius gloriam et quamplurimorum salutem convertere dignetur. Amen.

Venetiis, sexto nonas Julias 1552.

R. P. T.

Indignissimus servus in Christo Jesu,

ANDREAS FRUSIUS cum fratribus.

Alia manu ad oram paginae: 1552. Quad. Venet. 2 di Julio.

CLX

P. Joannes Baptista Viola
 P. Ignatio de Loyola.
 Parisiis, 15 Julii 1552¹.



Gratia et pax Domini Nostri Jesu Christi sit cum spiritu tuo.
 Amen.

Quae hoc quadrimestri praeterito apud nos, R. in Chro.
 P., contigerint, ea pauca sunt; quoniam fieri non potuit ut, in le-
 ctulo decumbens, aliquid eorum, quae ad aedificationem per-
 nent, expedire potuerim.

Quantum ad confessiones quidem attinet, dum potui, non
 defui. In festo Pentecostes, post sacramentum poenitentiae sus-
 ceptum, viginti duo juvenes communicaverunt. Bella ipsa
 multos hinc amoverunt ex iis, qui singulis festis communica-
 bant. Verum, quoniam eorum plerique Lovanium profecti sunt,
 arbitror apud fratres nostros ibidem ea praestare, quae hic
 praestare consueverunt. Non desunt qui ad confessionem et sa-
 cram synaxim singulis diebus festis accedunt.

Tres fratres postremo Romanam misimus, ante quorum adven-
 tum jam quinque alios spero adventasse.

Interea dum per sanitatem licuit, aegrotos visimus, nonnullas
 honestas matronas in confessione audivimus. Supervenit
 adversae meae valetudini intempestivus morbus et sequens
 mors fratris nostri, Magistri Caroli Commelini, qui nos diu ab
 aliorum cura revocavit. Verum, ut puto, non parum charitatis
 fuit illum adeo aegre laborantem adjuvare ut, sic fratum adjus-
 tus officio, magis pie et absque solicitudine sui corporis more-

¹ Autographa litterae in folio unico n. 138.

retur. Quanta animi constantia et intrepido vultu et absque ullo murmure acutissimam febrem viginti dies passus sit, nemo nostrum est qui nesciat, immo qui non intimis animi praecordiis talem sibi mortem eligat. Decreverat ille bona sua Societati testamento legare; sed nescio quis linguae morbus hominem corripuit adeo ut unico die linguae officium amiserit. Ejus animam precibus vestris commendamus.

Quidam sacerdos hispanus exercitia expedit; si perseveret voluntas ejus, forte communicabuntur illi. Quidam alius juvenis optimi ingenii, ut absolverit quaedam negotiola, facturus quoque est ipse exercitia.

Fieri non potest ut hinc abeam absque multorum lacrymis. Omnes me retinere satagunt. Et quidam moliebantur retardare discessum meum, cupientes ad te scribere hac de re, nisi dixisse sem me citius hinc abitulum quam eorum litterae Romam pervenient. Omnia hic, Deo duce, sunt optime digesta. Triticum emi pro anno et vinum pro quatuordecim mensibus, nisi major fiat numerus; ligna et carbones pro anno, carnes salsas pro anno. Relinquo pecunias Magistro Paschasio¹, si bene expendantur, pro anno; copiam librorum magnam in theologia, philosophia et humanioribus litteris, quae non est comparata centum quinquaginta aureis solaribus; supellectilem domus, quae sufficiat quindecim aut sexdecim hominibus. Faxit Deus optimus maximus ut, statuto tempore ab obedientia, hinc sanus abeam, aut saltem, aegrotus discedens, sanitatem aëris mutatione consequi possim.

Vale in Domino Jesu, R.^{de} Pater, et nostri sis memor in orationibus tuis.

Lutetiae, 15 Julii 1552.

R. P. T.

Indignus in Christo filius,

JOANNES BAPTISTA VIOLAEUS.

Superscriptio: R.^{do} in Chro. Patri Dno. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis nois. Jesu. Romae.

Manu J. Ph. Vito: Jesus. 1552. Paraggi. De M. Battista Viola, Di 15 di Julio.

¹ P. Paschasmus Broët. Vide POLONCI Chron., t. II, n. 409, pag. 597.

CLXI

P. Andreas Frusius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Venetiis, 16 Julii 1552 ^{1.}.



La gratia et pace di Christo Giesù , Nostro Signor , sia sempre con noi. Amen.

Molto Reverendo Padre :

La causa di scrivere la nostra lettera generale a questo tempo è stata perche sempre ho fatto principio della division dell' anno dal mese nel qual io venni qui, non essendo avisato dell' ordinario , al quale di giù innanzi mi ridurrò , piacendo al Signor , et a ogni altra cosa , qual m' accorgerò fallare .

Quanto al mandar un sacerdote in Ferrara , M. Gioan Pelletario lo domanda tanto buono et perfetto , allegando le circostanze di quel luoch , che non vedo come si possi servir da qui , essendo Don Cesare ² molto necessario qui , et massime che legge ié domeniche al popolo da poco tempo in qua ; et così par al Padre Provinciale ³ , per commission del quale hoggi scrivo al detto M. Gioan Pelletario certe buone parti che ha il M. Don Giovanni : et se si ne contentarà , subito lo mandaremo con gratia d' Iddio quest' altra settimana . Don Desiderio non è anchora idoneo per confessare , et sta in Padoa , essendo andato in casa sua per un pezzo di tempo il sacerdote Modenese . Habbiamo anchora mandato Aloisio , pigliando per ambidui Gasparo et un putto Bassanese pigliato dal Padre Provinciale ,

^{1.} Autographae in folio unico n. 43.

^{2.} P. Caesar Helmi.

^{3.} P. Jacobus Laynez.

acciò si contemperino l' uno et l' altro Collegio nella qualità de' scholari¹.

Ha piaciuto al Signore Iddio mettere tra gli angoli il nostro Maestro Angiolo², con molta nostra consolatione più presto che compassione. Solamente ci rincresce che non ha fatto questo transito in casa nostra. La causa fu perche, essendo già mezzo risanato et come sano al suo costume, venne in Venetia a casa de' fratelli per visitarli et congratular alla partita che facevano tutti tre verso Vienna, essendo il maggior mandato per ambasciata al Re de' Romani. Ma partiti loro, subito si amalò di novo, et havendo animo di tornar a Padoa per più commodità d' ogni bisogno, non volse far altra mutatione, con pensar di rihaversi presto; ma la cosa venne a tale fra pochi dì, che non si doveva movere per niente, et non lo haveressimo potuto condur da noi senza periculo di causarli o di accelerar la morte. Nè anche lo haverebbono permesso quei di casa. Non ci è mancato per la gratia divina d' ogni officio charitatevole et fraterno, visitandolo ogni giorno et accompagnando, non ostante la discommodità come la distantia d' un luochio all' altro, che è almeno un miglio. Io l' ho confessato più volte et communicato, dicendogli messa. Dopol hebbe la santa unctione, consolato et vigilato, fin all' hora del suo decesso molto edificativo et, come si può creder, certamente felicissimo. Nondimeno non ci è mancato nè manca di dargli, secondo la debita charità, le orationi et suffragii consueti. Et preghiamo la P. V. ch' ella faccia far il simile dove et come meglio li parerà. Io posso testificar ch' egli haveva una mirabile affectione a star a servir a Dio nella Compagnia, dando, se si voleva ricevere, tutto il suo temporal a dispositione di essa; ma per buoni rispetti non parse che accettar si dovesse. Pur fece un suo testamento con certi legati, che adesso bisognarà vedere di far che per la Signoria di Venetia sia approbato. Quanto al corpo di detto fratello, habbiamo fatto grande instantia per inhumarlo in la chiesa nostra, mostrando

¹ De iis quatuor, *D. Giovanni, Don Desiderio* (alius a Lotharingio, qui tunc temporis Tybure degebatur et jam ab aliquot annis sacerdos erat), *Aloisio et Gasparo*, licet eorum nomina saepius in his et in Ignatii atque Polanci litteris legerimus, certi nihil addere valemus.

² Angelus Surianus. De eo ejusque fratre natu majore, qui dicebatur Michaël, consule POLANCO, *Chron.*, t. II.

per i voti scritti con sua mano come era della Compagnia. Non l' hanno voluto assentir nè negar dal tutto, ma lo lasciano in deposito nella parrocchia, dicendo che fra giorni ha da venire uno delli fratelli et si risolverà la cosa. In tutto faremo il nostro possibile, col giudicio del P. nostro Provinciale, conferendo anchora con Monsignor et altri, che pareranno a proposito per consigliar et giovarci, massime in cose che paiono haver difficoltà a chi non sa l' usanze, rispetti et circonstanze di questi luochi, sopra tutto fidandosi della bontà divina, la quale tutti ci conservi nel suo santo servitio. Amen.

Da Venetia, alli 16 di Luglio 1552.

Della R.^{da} P. V.

Indegn.^{mo} servo in Giesù Christo.

ANDREA DE FRUZI.

Superscriptio: Al molto R.^{do} in Chro. M. Ignatio Prep.^{to} Gnale. Della Comp.^a di Giesù, oss.^{mo} mio. In Roma.

Alia manu: Jesus. 1552. Venetia, de M. Andrea de Frusi. De 16 de Luglio.

CLXII

F. Fructuosus Andreas
 Patri Ignatio de Loyola.
 Algarve, 22 Julii 1552 ^{1.}



De una del Padre Frutuoso André, que anda en el Algarve con el P. Gonzalo Vaz, de 22 de Julio de 1552.

Todo el tiempo de la quaresma pasada gastamos en exercicios espirituales de continuas confessiones y prédicas del Padre Gonzalo Vaz y otra multitud de negocios, que, por temer no los poder bien acabar, no pienso escribirlos en particular. Eran tanto continuos que de dia y de noche non nos dejaban. Duro esto hasta quince ó veinte dias despues de la Pascua de Resurreccion, en los cuales sentimos tanto el fruto, que en la quaresma se tenia hecho, que á todos nos espantó mucho ; porque habia todos los dias mucha frequentacion de confesiones y comuniones y gente que determinaba hacerlo continuamente. Ordenamos á algunos que comulgasen de quince en quince dias, otros cada mes, otros de ocho en ocho dias. Creed, hermanos, que no se hizo esto sin muy especial ayuda de Nuestro Señor, aunque con poco trabajo nuestro, por ser cosa muy desacostumbrada en la tierra y tan reprehendida de muchos, que quasi les tenian puesto en la contraria opinion; y no era mucho, pues le nacia esto de personas a quien tenian mucho crédito.

Quiso Nuestro Señor que, entre otras predicaciones que hizo el P. Gonzalo Vaz, hizo una en que exhortó mucho á esto,

^{1.} Apographum in folio duplici n. 274 et 275.

en que mucho se movió toda la gente, de manera que, pasada la quaresma, se empezó otra quaresma de nuevo, y todos los días oímos mucha gente de confesión, dándoles el Santísimo Sacramento. Otros estaban determinados de lo hacer de ocho en ocho días. Era tanta la frequentia que los mismos clérigos no se podían valer.

En este tiempo fué necesario dar una vuelta por todo el Obispado, lo que causó mucha tristeza en el pueblo. Empero Nuestro Señor suplió por otra vía la falta que se podía temer por nuestra ausencia, porque quedaron dos sacerdotes virtuosos y que nos habían conversado mucho todo el tiempo que estuvimos en Lagos. Estos dos Padres acompañaron el P. Gonzalo Vaz en las octavas de la Pascua por unas aldeas, que están alrededor de Lagos, adonde fué el Padre á predicar, y ellos oían muchas confesiones y exercitábanse en otras obras pías, adonde se hizo mucho servicio á Dios Nuestro Señor.

Acaeció en este tiempo de la quaresma haber mucha falta de trigo y encarecer mucho, y algunos vendían el trigo fiado por más del justo precio. Reprendió esto el Padre en el sermon; y entre otros mercaderes se movió uno y vino al Padre para que le diese su parecer en lo que haría, porque había empleado su hacienda en trigo, diciendo que, si fuese necesario perderla toda, con tanto que su conciencia no quedase encaregada, lo haría. Pasados dos ó tres días, dió el Padre la respuesta. En este tiempo, hallándose el mercader con otros, dió cuenta de lo que había hecho; pero los otros se burlaron de él, diciendo: bueno estaría si los Apóstoles ¹ hubiesen de taxar mi trigo. Pero el mercader no dejó por eso de aceptar el parecer del Padre, y vendió presto el trigo, quedando determinado de se confesar muchas veces y frequentar el Santísimo Sacramento, que fué la ganancia que sacó del trigo.

Tambien se van apartando, con la frequentacion de los sacramentos, de algunos contratos usurarios, en que empiezan á dudar ni los quieren hacer sin nuestro parecer.

Partidos de Lagos, llegamos á una aldea, donde el Padre predicó, aunque era un poco tarde. Y por la mañana otra vez. Tambien se hicieron algunas confesiones. Quasi noche nos par-

¹ Hoc nomine appellabantur illis initis Societatis Patres in Portugallia.

timos deste lugar, y encontramos en el camino una muger, que, viéndonos, mostró grande contentamiento, y despues de nos preguntar para donde nos encaminábamos, sabido el lugar, dijo: Loado sea Dios, que mucho tiempo há os deseaba hallar, para por vosotros haber de perdonar á muchas personas, que por mi causa están presas, sobre que me tienen hablado frailes capuchos y otras muchas personas, por quien yo no quise hacer nada, y ahora os esperaba para lo haber de hacer. Tiéneme Nuestro Señor dado á sentir haber de morir y ser todo nada. Esta muger se confesó despues con el Padre y hizo todo lo que dixo.

Despues nos partimos para otro lugar, que se dice Villanueva, adonde ya nos esperaban; aposentámonos en el hospital, donde hallamos un francés, que estaba muy cercano á morir de una arcabuzada por una pierna, que fuera tomado con otros, que andaban por la mar robando. Estaba muy desamparado, ni habia quien quisiese entender en su cura; porque tenia la pierna llena de vermes y podredumbre, que dificultosamente se podia sufrir el mal olor que salia della. Empezamos á entender en su cura espiritual y corporal, partiendo con él de las limosnas que teníamos; confesóse y recibió los sacramentos con arrepentimiento de sus culpas; sufria la enfermedad y los dolores, que eran grandes, con mucha paciencia. Algunos dias que duró, le limpiamos y curamos lo mejor que podiamos. Estuvimos con él quando murió, que fué bendiciendo y llamando ántes á Jesús. Los de la villa, viendo que nosotros tan particularmente entendíamos en esta obra, moviéronse y empezaron á visitarle, edificándose mucho. De todo sea gloria á Nuestro Señor.

Quiéros, hermanos mios, descubrir lo que pretendia en escribir esto particularmente, y es para vos hacer saber que dentro del hospital da Nuestro Señor tesoros grandes de su servicio. Por amor dél que no nos tengais envidia. Sabed que como teneis mayor charidad, *majora vos manent pro Christi fide certamina.*

En este lugar hay muchas personas que se dan mucho á Dios, y va creciendo cada dia el número. El cura deste lugar tomó parte de los exercicios, y ayudóle Nuestro Señor en ellos. Queda con tener sus meditaciones y confiesa continuamente.

Pasados veinte dias nos partimos para la ciudad de Silvis, adonde está la iglesia mayor deste Obispado, adonde nos recibieron con mucha alegría. Aposentámonos en el hospital, adonde nos proveyeron de limosnas necesarias. Aquí hay muchas personas, que se tienen mucho aprovechado de los Padres, y van en continuo augmento por la bondad del Señor.

El Domingo siguiente predicó el P. Gonzalo Vaz en la iglesia mayor con determinacion de nos partirnos luégo á la tarde y visitar las aldeas, que tienen más necesidad; pero el cabildo envió un Arcediano, pidiendo que non nos partiésemos, mas que aguardásemos algunos dias, porque querian hacer algunas procesiones generales por la Iglesia universal y por la paz, y enviaban á pedir en esto nuestro parecer cerca del número y los dias. Quedamos más tiempo, y predicó el P. los dias de las procesiones con mucha edificacion y devucion de todos. Algunas amistades se hicieron en aquella ciudad, en estos dias, de mucho servicio de Dios Nuestro Señor, por ser muy envejecidas y entre personas principales. Una señora devota tomó por devucion de provehernos de lo necesario todo aquel tiempo, y con ella se acabó una de las principales amistades. Parece que quiso Nuestro Señor empezar luégo á remunerar su buena charidad.

Partímonos y corrimos otros lugares del mismo Obispado, en los quales por gracia de Nuestro Señor se hizo mucho en confesiones y predicaciones, aunque por algunos dias no fueron tan continuas por el P. Gonzalo Vaz echar sangre por la boca; todavía, *his non obstantibus*, oia confesiones. Plugo á Nuestro Señor que cesase la sangre, y volvió á continuar sus sermones y los más exercicios que teníamos; y desta manera visitamos otros lugares, en que Nuestro Señor por su bondad obró mucho fruto en las almas de sus fieles; y así nos volvimos otra vez en Lagos.

Muchas cosas particulares se hicieron de gran provecho espiritual y edificacion de las almas, que no se pueden especialmente escribir. De todo sea gloria á Nuestro Señor, que lo obró por medio de nosotros, indignos instrumentos de su santa Compañía.

Alia manu in quarta pagina: De una del Padre Fruttuoso Andre del Algarve, 22 de Julio 1552. Para Roma; 1552.

CLXIII

Petrus de Rivadeneira,
Ex commissione Patris Pauli d' Achillis,
 Patri Ignatio de Loyola.
 Panormo, 28 Augusti 1552 ^{1.}.

JHS[†]

La gratia et pace di Christo Nostro Signore sia sempre et cresca nelli cuori nostri. Amen.

Doppo che nel principio di Maggio scrivessimo alla P. V. di quanto il Signore si era degnato quivi per i Padri et fratelli della Compagnia operar, tutti per la gratia di Dio sono stati in varii et sancti essercitii lodevolmente occupatissimi, chi in leggere, chi in predicar, altri in confessar, molti di loro in duoi o tutti tre questi essercitii si sono adoperati; la onde non pocco frutto dell' anime ne è seguito, il quale per sodisfar all' ubedienza della P. V. brevemente con la presente scrivo.

Tuttavia vanno continuandosi con accrescimento le confes-sioni et communioni di molti nella nostra chiesa, non senza grande maraviglia et edificatione di tutti in questa città; specialmente nel giubileo di Sua Santità per la pace de' principi christiani concesso, fu tanto il concorso del popolo d' ogni stato et conditione, che si cognobbe bene quanto fussi la penuria di operarii per tanta messe, sì che era necessario spessissime volte la mattina a buon hora, avanti che aggiornassi, che tutti li quattro sacerdoti di casa si ritrovassino in chiesa et che durassino per sino due et tre hore di notte, senza poter pur respirar nè haver appena spatio di pigliar un boccon; la cual cosa, per

¹ Autographae in folio duplice n. 106.

esser in tempi caldi et travagliosi, al corpo era molto noioso, aspro et duro (*sic*), ma all' anima, che d'altro cibo si pasce, agevole et facile. Et con tutto ciò non di manco una gran parte rimaneva in dietro et sconsolata si partiva per non haver havuto luoco di confessarsi. Sta ¹ Madonna di Agosto parimente vi è stato grandissimo numero di penitenti et communicanti, tra li quali (come anchora tutte le altre volte) molti principali gentilhuomini et gentildonne di questa città ne vengano, o tirati per la buona fama, o commossi per la santa vita et buono esempio, o allechiti ² dalla dolce conversatione, o vero spinti et accesiti per la gran utilità che vi riportano del buon conseglie de' nostri, e, quel che io credo, da tutte queste cause infiammati et rapiti corrono volontieri a quei ne' quali tanti doni del Signor insieme congregati veggono.

Il frutto che di questo ne è seguito, è, oltra la buona fama et odor della Compagnia, che per tutta la città a gloria del Signore ogni giorno più si sparge, che molti, che già lungo tempo non si erano confessati, sono venuti a penitentia; molti, che erano stati parecchi anni in concubinato et altri peccati mortali, si sono emendati et ridotti a miglior vita. Si è ritrovata persona, che era già stata venti anni in fornicatione, et in questo tempo si confessava et comunicava, ne mai poteva cavarne di tal fango i piedi, la quale, confessata che fu con li nostri Padri, fece subito quel che già tanti anni non havea potuto, o vero non havea voluto far. Altri dicono mai haversi confessato ne saputo che fossi confessarsi, se non doppo che hanno cominciato a confessarsi con quei della Compagnia, per la differentia del spirito, prudenza et conseglie, che tra loro et gli altri trovano. Appresso molti di questi ne restano nella rete per confessarsi ogni otto giorni, o al meno ogni mese, come continuamente lo fanno.

Altri essortati et spinti dalli nostri abbracciano con grande animo la vita monastica et fannosi religiosi. Mi diceva il Guardiano de' Capuccini l' altro giorno che molti di questi nostri devoti si fanno frati nel loro convento con grande spirito et che tutti provano benissimo.

¹ Sic pro questa. La Madonna di Agosto est festum Assumptionis B. Mariae Virginis, Augusti die 15.^a

² Sic; alleltati, allecti.

Delle donne similmente sono molte che hanno proposto di conservar la sua virginità a Dio et pigliar per sposo, non huomo carnale et terreno, ma quello, *cujus pulchritudinem*, come diceva Sancta Agnese, *sol et luna mirantur, qui est speciosus forma p̄ae filiis hominum*, tutto celeste et puro, acciochè con macchia carnale non imbrattate sequantur agnum quoquaque ierit et possino cantar cantici, *quos nemo potest discere (sic) nisi illi qui empti sunt de terra et sine macula sunt ante thronum Dei.*

Di più s' è seguito che ogni giorno quasi sono chiamati li nostri per confessar li ammalati, etiam molto principali, i quali in simili casi et tempo più si fidano delli Padri della Compagnia per la buona opinion et credito che di loro tengono; la qual cosa eglino tutti fanno con grande charità et edificatione di tutti. Sono anchora preghati a interporre la sua autorità et pacificar alcuni discordati et nemici, il che si fa con maturità et prudenza a gloria del Signor.

Le prediche ho continuato nella nostra chiesa ogni domenica con frequentia di auditori et gentilhuomini et dotti d' ogni qualità, et per gratia di Dio con assai loro satisfazione et frutto spiritual; la qual cosa in Palermo (dove, come ben disse un predicatore, le prediche et li porri solo si vendono la quaresima et in questi caldi)¹ non si stima poco. Uno delli frutti che delle prediche se ne è seguito et, al parer, grande, è che, dove hora duoi anni, prima che se cominciasse a predicar in Sto. Antonio, era un miracolo parlar di prediche in Palermo fuori dalla quaresima, come ho detto, et le quattro domeniche dell' Advento, et fuori di questi tempi ricercar prediche era ricercar nel inverno rose, o nella giazza² gigli, hora (mercè a Dio) non solo non par cosa nuova et fuor di tempo, ma per nostro esempio incitati i dominicani hanno, già tre mesi fa, cominciato anche loro a predicar ogni domenica nella sua chiesa, avvenghachè in altra hora che noi, cioè doppo disnar, et così mostrano voler perseverare in questo buon proposito, che il

¹ Alter hic uncinus seu parenthesis nota ab ipso Petro de Rivadeneira hic post verbum *caldi* positus est. Opinamur tamen, ut hujus sententiae sensus cum sequentium cohaereat, parenthesis hanc claudi oportere non post vocem *caldi* sed paulo superius post vocem *quaresima*. Et ita sensisse videtur qui has litteras latinas fecit.

² Sic; *ghiaccia?*, *ghiaccio*. *Glacie* vertit infra Rogerius:

Signor per sua bontà lo faccia, acciò siamo più operatori nella sua vigna.

Oltra le communi prediche della nostra chiesa, si è ancor atteso a predicar in alcuni monasterii; et precipuamente nel monasterio di Sta. Catharina, che è il più principal di questa città, dove sono più di trecento monache, tutte quasi gentildonne, et altre molte figliuole di signori principali, ha predicato Mtro. Michael Botelho molte volte. Nel principio vi erano alcune che (riputandosi offese dalla Signora Vice-regina, la quale, come a tutti li altri monasterii, fece chiudere le porte dil suo che risguardavano troppo palesamente di fuori, sapendo elle esser stato il P. Maestro Hieronimo Domenech l' author o fattor di questo bene) non potevano patir che vi fussi chiamato alcuno di nostra casa a predicar là; ma doppo che cominciò a predicar, fu tanta la loro mutatione, che già non possono udir altro predicatore che uno delli nostri, cioè Mtro. Bothello, de sì fatta maniera che etiandio il giorno di S. Domenico (sotto cui professione et regola vivono) nel quale suole predicar uno de' frati Domenicani, quello lasciato et impetrata licentia del Superior, con grandissima instantia per il suo confessore pregarno che volessi tal giorno predicarli; il che, non potendosi a tanta divotione negar, fu fatto con grande loro satisfattione. Si sono ancora molte di loro mosse a riformarsi, et metter ogni cosa in commune, et a communicarsi ogni otto giorni, et hanno alcune delle principali parlato a M.^o Michele acciò l' impetrasssi la facultà, per communicarsi ogni domenica, dall' Abbadessa. Et la Signora Donna Melchiora Ventimiglia, parente del Marchese de Iraci¹ et moglie del Signor D. Berenghel, Capitano Generale delle galere di Sicilia, l' ha parlato con grande fervor, pregandogli voglia continuare et mostrandogli che tutto il convento è mosso et che vi è grande speranza che si riformi questo monastero, il quale riformato, per esser il più principale, è facil cosa che tutti l' altri seguano loro buon esempio et per vie di spirito et predicationi si ottenga in puoco tempo quello, che molti signori et principali con molta violenza in tanto tempo non hanno potuto far. Il Signor lo guidi a gloria sua.

¹ Sic; eritne hacc quarta forma scribendi nomen *Gerace*, oppidi in Calabria, aut melius forte *Geraci*, oppiduli in Sicilia? Vide POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 39 et 554, et in eodem volumine locorum Indicem.

Il medesimo Mtro. Michael ha perseverato nelle prediche delle gentildonne ogni prima domenica del mese, et delle peccatrici ogni primo sabbato, con sodisfattione et frutto.

Il P. D. Pauolo¹, oltra li travagli dil regimento della casa et molte confessioni, che continuamente ha per le mani, sempre per fin' hora ha perseverato nella lettione della dottrina christiana ogni venerdì, et di Sto. Pauolo ogni domenica, dil che se ne segue non poco frutto.

Li studii et amaestramento de' scholari si continua con buon frutto dell'i giovani si in lettere come in spirito; et hora s' aspetta la venuta di Sua Excellenza², con cui presenza et dil P. Maestro Hieronimo Natal, si farà la rinnovatione dello studio et cominciaranno nuove lettioni et nuovi modi. Si ha speranza nel Signor che con loro venuta le cose per l' advenir andaranno di bene in meglio et che si multiplicerà la messe et frutto spiritual in ogni cosa, il che si degni l' autor d' ogni bene far et a noi ci dia sua s.^{ma} gratia, acciò sentiamo la sua s.^{ma} volontà et quella con ogni studio si sforziamo adimpir, camminando di giorno in giorno di virtù in virtù a gloria sua.

Di Palermo 28 d' Agosto 1552.

Per commissione dil P. D. Pauolo.

Della vostra Paternità indegno figliuolo in Christo,

PIETRO RIVADENEIRA.

Superscriptio in quarta pagina: + Al Molto R.^{do} in Chro. Padre, il p. m. Ignatio de Loyola, Preposito general della Comp.^a di Giesù, A Roma.

Alia manu: 1552. Quad. Paler. 28 di Agosto.

Vestigium cerae rubrae et sigilli.

¹ P. Paulus d'Achillis.

² Pro-rex Joannes de Vega.

CLXIV

Joannes Rogerius
 Patri Ignatio de Loyola.
 Panormo, 28 Augusti 1552¹.

†

Ex quo te, R. ^{de} in Christo Pater, de iis, quae observandorum Patrum charissimorumque fratrum ministerio Dominus hic operari dignatus est, ineunte Majo certiorem fecimus, aliae, porridente Domino, spirituales, quibus vacarent, non defuerunt occupationes; sed omnes variis et frequentibus exercitiis, quidam lectionibus, alii concionibus, nonnulli confessionibus audiendis, eorum multi duobus vel tribus istis intentis muneribus desidiae vel ignaviae locum nullum reliquerunt. Sed superiores sudores, vel novis succrescentibus, vel iisdem, velut Sisyphi saxo, semper eodem recidentibus laboribus diligentissime cumularunt. Unde non inferior Dei gratia fructus, non solito minor utilitas, sed aliquanto copiosior, sicut in posterum semper in Domino futurum confidimus, emanavit. Quae qualis quantave fuerit, paucis, ut obedientiae P. V. pareamus, exolvemus.

In ecclesia nostra a quamplurimis, augescente in dies numero, confessionis neconon communionis sacramenta, multis cum admirantibus tum probantibus, assidue frequentantur. Verum praecipuus quidam concursus, cuiuslibet hominum conditionis ac status, in jubilaeo, quem summus Pontifex pro imploranda christianorum principum pace benigne concesserat, apud nos exstitit. Tantus enim fuit ut apertissime quanta esset ope-

¹ Apographum in fol. 41 Cod. 1551.—Aliud non sunt hae Rogerii litterae nisi praecedentium Petri de Rivadeneira in paucis emendatarum litterarum latina versio.

rariorum nostrorum penuria in illa messis abundantia perspicere-
retur. Siquidem diebus aliquot necesse fuit, ut piis numerosi po-
puli desideriis satisfacerent, omnes quatuor sacerdotes ante so-
lis ortum ad secundam usque, nonnumquam etiam tertiam, no-
ctis horam, ita ut ne loco quidem, vel ad paulisper respiran-
dum vel cibum capiendum, moverentur, confessionibus audien-
dis occupati considerent. Quod in his aestatis potissimum caloribus
corpori quidem non esse molestum, durum asque asperum
vix potuit; sed animae, quae aliis quam corpus cibis pascitur,
aliis refocillatur deliciis, tam gratum fuit quam quod gratissi-
mum. Hoc unum dolebat nostris, quod, cum omnia quae possent
praestarent, omnibus tamen satisfacere non valerent. Nam
magna pars sua spe frustrata non sine ingenti, quem non occul-
tis prae se ferebant indiciis, dolore alio se recipere cogebantur.
In festo Assumptionis Beatae Mariae maximus confluxit confi-
tentium necnon communicantium numerus. Inter quos (velut
alias) fuerunt non pauci nobiles, praincipui civitatis viri, per-
multae etiam clarae et illustres matronae.

Fructus qui ex crebris istis confessionibus nascitur, praeter
odoriferam Societatis famam, quae fuse lateque in Dei gloriam
propagata per omnes civitatis partes disseminatur, est certe
non mediocris. Nam multi, qui plurimos annos ab iis alieni fue-
rant sacramentis, resipuerunt et sese Deo optimo maximo, a
quo defecisse videbantur, proprius admoverunt. Alii, qui concu-
binatus vitium et alia exitialia peccata multo tempore nutritive-
rant, vitam in melius commutarunt. Non defuit quaedam, no-
stra nunc digna congratulatione, mulier, cui viginti annis fami-
liaris fuerat pellicatus, quo etiam tempore, quamvis confessionis
et communionis sacramento uteretur, nihilominus hujusmodi
pestifera familiaritate sese eximere non potuerat; sed ad-
juta nostrorum Patrum monitionibus et salubri consilio fuit sub-
inde liberata. Fuerunt nonnulli qui ne semel quidem se tota vita
confessos affirmarent, et plane faterentur quid esset confessio
penitus ignorasse, donec a nostris didicerunt: atque id ab illis
ita dicebatur non quod alias confessi non fuissent, sed propter
causam spiritus, prudentiae, consiliique differentiam, quam
nostros inter et alios animadvertebant. Ex his omnibus plerique
octavo quoque die, vel saltem singulis mensibus, confiteri in
animum induxerunt, quod impigre satis haec tenus exequuntur.

Sunt qui vitam monasticam summis amplexentur fervoribus et religioni totis se devoveant animis. Nuper colloquenti D. Petro de Rivadeneira Capuccinorum praepositus referebat multos ex his, qui nostros frequentare consueverunt, et a nostris velut propinatum religionis amorem imbiberunt, divino quodam spiritu flagrantissimos, in eorum coenobium cooptatos, miro quodam caeterorum exemplo, augescente in dies spiritus ardore, magnas progressiones facere.

Item mulieres non rarae illaesum virginitatis candorem Deo optimo maximo consecrare statuerunt, nec huoi (*sic*) carnali vel mundano sed illi nubere, *cujus pulchritudinem*, sicut Beata Agnes testabatur, *sol et luna mirantur, qui est speciosus forma p̄ae filii hominum*, totus coelestis et omnis expers corruptio-
nis, ut albis induitae stolis sequantur Agnum quocumque ierit, et possint harmonia quadam suavissima illud canticum conci-
nere quod nemo potest, nisi *qui empti sunt de terra et sine ma-
culâ sunt ante thronum Dei*.

Praeterea nostri ad aegrotos ex multis civitatis partibus audiendos frequenter accersuntur, saepius a nobilioribus, qui in hujusmodi statu multo magis Patribus Societatis quam reliquis videntur confidere propter optimam opinionem, quam de illis conceperunt. Id nostri muneris obeunt summa cum charitate et satisfactione cunctorum. Nonnumquam ad restinguenda sua au-
toritate diurna multorum odia gravissimasque simultates sol-
licitantur, quod ab illis maturo quodam consilio prudentiaque in Dei gloriam conficitur.

D. Petrus de Rivadeneira solitis in concionibus hactenus in ecclesia nostra singulis dominicis diebus magno concursu frequentiaque auditorum nobilium necnon in sacris (quibus haud parum delectari videtur) litteris versatorum, aliorum quoque diversae conditionis hominum, progressus est. Quibus videlicet Dei optimi maximi beneficio credimus satisfieri, non sine ma-
xima spiritualis fructus accessione, quod Panormi in summis praesertim aestatis caloribus multis admirationem non vulga-
rem parit. Inter reliquos hujusmodi concionum fructus, qui sunt sane uberrimi, hic parvi ducendus non est, quod cum superio-
ribus annis, antequam concionari coepisset; mirum vel absurdum potius videbatur de concionibus loqui vel etiam cogitare praeterquam quadragesimali tempore et quatuor dominicis Ad-

ventus, quibus exemptis diebus, si quis conciones expetiisset, non minus insanire putabatur quam qui rosas hyeme vel in glacie lilium quaevisisset; nunc non solum non novum et intempestivum videtur, sed nostro exemplo excitati et velut exercefacti dominicani singulis dominicis coeperunt alia qua nos hora, nempe promeridiana, tribus abhinc mensibus in ecclesia sua concionari; et videntur in hoc instituto perseveraturi, quippe quibus perfacile est, diversis et quamplurimis hoc onus alternatim subeuntibus. Dominus et nos et ipsos fulciat et utrisque perseverandi vires sua solita liberalitate largiatur, quo plures simus in ejus vinea operantes.

Praeter solitas ecclesiae nostrae conciones, aliae diversis in monasteriis habentur monacharum; praecipue in coenobio Sanctae Catherinae, quod famosissimum totius civitatis est, in quo plures ter centum sunt monachae, omnes fere nobiles, cum quibus domestice quamplurimae potentiorum quorumque filiae, quo ab illis optimis imbuantur moribus, conversantur. Apud quas D. Michaël Boteglio saepius est concionatus. In principio, earum nonnullae, sibi persuadentes se ab Illustrissima quondam¹ Pro-regina injuriam accepisse, quod illa quasdam januas earum monasterii, sicut aliorum, quae liberiorem in vicis haberent prospectum, jusserat obturari, scientes hujus rei authorem R. P. D. Hieronymum Dominicum extitisse, pati nullo modo potuerant ut quis nostrum eo concionaturus vocaretur. Sed ex quo coepit D. Michaël concionari, tanta repente animi mutatio facta est ut nunc alterius ordinis concionatorem ferre non possint; ita sunt illi modo addictae ut in festo Divi Dominici, cuius professioni et regulae subjacent, quo die consueverat unus Dominicanorum concionari, solito concionatore relieto, facta per superiorem conventus Dominicani potestate, obnixe, quodam dominicano, qui illis est a confessionibus, earum nomine intercedente, rogarunt ut D. Michaël tunc apud eas dignaretur concionari; quarum tantae devotioni cum abnuere non posset, petitioni acquievit nec eas spectata spiritus interna laetitia frustratus est. Earum multas ad vitae perfectioris institutionem concitavit persuasitque ut, rebus omnibus propriis abnegatis et in medium productis, in commune vellent in posterum vivere.

¹ Quondam ait, quia Dominica Palmarum, sc., 22.^a Martii praecedentis anni 1551, diem supremum obierat. Vide POLANCO, Chron., t. II, pag. 40, n. 81.

Ad haec effecit ut octavo quoque die altaris sacramentum frequentarent. Quod quum nisi consentiente Antistite facere non poterant, D.^m Michaël sollicitarunt ut illius intercessione potestas illis fieret octavo quoque die communicandi. Illustris quedam matrona D. Melchiora Vintimiglia, consanguinea Marchionis Iracensis, uxor D. Berenghelii, praefecti triremium sicularum, quae monialibus illis familiarissime utitur, summis precibus a D.^{nō} Michaële contendit ne conciones incoepitas intermitteret, proposita illius conventus admiranda quadam repentinaque in melius commutatione, quam iisdem, quibus exorta fuerat, concionibus fovendam retinendamque censebat; insuper fore ut, illo monasterio melioribus legibus et institutis temperato, reliqua sibi illud tamquam typum quemdam et exemplar quod imitentur, quoniam totius civitatis est celeberrimum, sibi ob oculos ponant. Denique futurum ut concionibus et via ista spirituali brevi conficiatur, quod multi nobiles atque adeo principes multa vi ne incipere quidem potuerunt. Dominus hoc opus in suam gloriam dirigat.

R. P. D. Paulus, praeter grave satis et onerosum totius nostrae domus et familiae regimen, praeter multas et creberrimas, quibus distrahitur, confessiones, hactenus semper in doctrina christiana singulis diebus veneris, epistola divi Pauli ad Romanos singulis dominicis non infructuose perrexit.

Studiorum nostrorum munera nulla solitorum laborum diligentiaeque remissione a praceptoribus exercentur, non absque multa juvenum, cum in doctrina tum in spiritu, promotione. Nunc Pro-regis exspectatur adventus, quo, necnon R. P. D. Natali, nostra studia novis et lectionibus et rationibus instaurabuntur. Spem concepimus in Domino certissimam res felicius multo eorum praesentia progressuras. Quod opitulante nobis Domino et gratiam suam liberaliter indulgente succedat, ut tuis nos impetraturus precibus reliquorumque in Christo Reverendorum Patrum charissimorumque fratrum, qui istic sunt, confidimus.

Vale. Panormi, V cal. Septembr. anno 1552.

R. P. T. indignus in Christo filius,

JOANNES ROGERIUS.

CLXV

Petrus Scorichius,
Ex commissione Patris Nicolai de Lanoy,
 Patri Ignatio de Loyola.
 Vienna, 29 Augusti 1552¹.



Reverende in Christo observandissimeque Pater:
 Gratia et pax Christi sit atque augeatur in cordibus nostris
 omniumque semper. Amen.

Injunctum est mihi rursus ut successum et statum rerum nostrarum, a quatuor proxime elapsis mensibus, unis his litteris breviter comprehendam, tibique, Pater in Christo Reverende, legendum proponam. Quod munus, quia a me removere nec potui nec debui, dabis, spero ac precor, veniam, si quid delicti in eo a me fuerit admissum. Sic autem instituam et prosequar hanc de rebus a nostris cum Patribus tum fratribus gestis narrationem ut publica tantum commemorem. De privatis enim (quae alias satis fuerunt explicata) dicere nihil attinet, hoc est, de studiis fratrum domesticis in litteris politioribus linguae latinae graecaeque, tum etiam in philosophia; ubi illi omnes propter summam suam contentionem et assiduitatem progressus longe maximos faciunt. De cursu etiam pietatis in prioribus litteris meis satis est dictum. Nam non solum ex eo quicquam non remittunt fratres, verum etiam, velut obliti posteriorum, ad anterora semper diligentissimeque properant et vocationi suae quisquam satisfacere in dies magis ac magis studet et elaborat.

¹ Autographae Petri Scorichii litterae sunt in folio duplici nn. 113 et 114.—Sunt et bina apographa exemplaria in Codice 1551; unum in foliis 17 et 18; alterum in fol. 33 v.^o Hoc autem postremum haud integrum est, quia abscissa ablataque charta fuit, quae inter folia 33.^m et 34.^m olim erat.

His igitur omissis, ea breviter recensebo, quae apud proximum a nostris gesta sunt.

Ubi primo loco sese offerunt theologicae Patrum nostrorum Reverendorum publicae lectiones, quas quia rara quadam diligentia praelegunt et fide, fit ut auditorii frequentia cum quovis professorum (qui complures tamen in hac Academia sunt et insigniter quidem docti) certent. Superant autem omnes in hoc, quod hi adolescentes, theologiae studio addicti, magna sint praediti modestia, patientia constantiaque in audiendo.

R. ^{dus} P.^r Goudanus successit P. Claudio ¹ (quem certe virum absque maximo animi mei dolore, propter summas ipsius virtutes nominare vix possum) in lectione Paulina ad Romanos, quam ita exponit, ut nec nos nec alii quicquam amplius desideremus. Breviter, aperte, docte, difficillima quaeque loca, quibus epistola illa plena est, enarrat, haereticorum insanias indoctasque persuasiones, quas inde ut plurimum rapiunt, confutat et subvertit, ipsamque veritatem catholicam defendit, roborat atque confirmat. Unde fit ut studiosi aequius ferant inopinatum inexspectatumque decessum R.^{di} P. Claudii (qui quantum amaretur in hac Academia, facile licuit in funere videre, quod magnis professorum, magistrorum, nobilium et studiosorum querelis, iuctu et lamentationibus ad sepulchrum est deportatum), quem alioqui perquam moleste sane laturi erant, ut non obscure ex quibusdam indicis id deprehendimus.

P. Canisius pergit summo cum applauso, et pari cum utilitate docere ac explicare christianaे doctrinae methodum illam quam Serenissimus Rex pridem a nostris petierat. Faxit Dominus Jesus Christus ut possit ita et provehere et ad finem tandem perducere pulcherrimum hoc et restaurandae in Germania Catholicae Religioni plurimum adjumenti allaturum opus, ad laudem sanctissimi nominis sui. Amen.

Redit igitur fructus ad studiosos non exiguis ex lectionibus Patrum; sed non inde solum; nam et concionibus germanicis P. Canisii, ad quas illi praecipue veniunt, non parum juvantur. Non enim ea tantum, quae ad morum correctionem pertinent, vehementi spiritu ibi monet Pater, verum etiam, quae ad confutandas haereses faciunt, gravissime tractat.

¹ P. Claudio Jaius, qui sexta Augusti die hujus anni 1552 spiritum Domino reddiderat.

P. Victoria progreditur in concionibus italicis et numerosiori quidem auditorio quam hactenus. Qui etiam, ut speramus, brevi docturus est et interpretatur pueris italis fidei nostrae initia, in quibus illi tanto sunt rudiores quo longius a patria absunt quoque magis ope institutorum destituuntur. Magna profecto laude dignus mihi videtur hic labor, quem in juvandis italicorum animabus Patres nostri sumere voluerunt. Quantam enim illi divini verbi penuriam hic paterentur, quantisque in periculis perditionis ante adventum Patrum nostrorum versarentur facile aestimaverit R. P. T. Benedictus ille in aeternum, qui non solum vult omnes fieri salvos, sed etiam hoc abunde efficit, qua via et ratione salutem animae quilibet adipiscatur.

Profuerunt ergo Patres proximo cum in studiis tum in concionibus. Redierunt ex Hungaria et redeunt milites itali complures, partim adversa valetudine, partim vulneribus, corpore graviter eisdem affecti, sed peccatorum plurimorum tabe, ut solet hoc hominum genus, in anima plane confecti; qui confessionis pharmaco a nostris blande oblato, quod ad interiore quidem animi luem attinet, integerrime curati sunt, et curantur. Rursum alii, itali pariter, non pauci ex hac vita in coelestem migraturi, ut levior certiorque ipsis esset profectio, peccatorum suorum sarcinas apud nostros libenter depositarunt et reliquerunt.

Apud Germanos fuit hactenus fere insuetum saepius iterare confessionem. At audent et hi paulatim suasu nostrorum novam hanc hoc in loco consuetudinem inducere. Ex studiosis saepe habuimus aliquot, qui domi nostrae et confiterentur et communicarent; immo etiam ex primo professorum ordine. Nuper, in festo D. Virginis assumptae ad coelos, habuit P. Canisius messem mulierum Germanarum valde copiosam, ex quibus octo circiter, et inter eas aliquot nobiles, nobiscum in templo nostro sanctissimae Eucharistiae Sacramentum summa cum devotione receperunt.

Spero eisdem fore ut plures generet Christo cum filias tum filios hic Pater, ubi Viennenses vitam ipsius et mores inculpatissimos penitus cognoverint. Accersitur etiam ad infirmos nonnunquam ut spiritualis medicus spirituali animae sanando languori spiritualem quoque medicinam proponat. Vocatus semel ad daemoniacam quamdam mulierem, ut, si quid posset in

repellendo ab ea diabolo, praestaret, licet etiam extrema quaeque multi alii tentassent; minime tamen deterritus est, sed Christum assumens comitem, fidenti animo illam accessit, et post colloquium non ita diuturnum, persuasa ipsi auditaque confessione, hoc profecit, ut non solum valetudinem, ex diutina cum diabolo conflictatione graviter afflictam, integrum reciperet ut domo post nonum quidem mensem statim ad templum nostrum egrederetur, ibique sanctissimo Christi corpori communicaret, verum etiam a molesta maligni spiritus vexatione ad multos dies immunis esset. Quae res sumnum gaudium toti illi familiae peperit, Patri vero Canisio, quin etiam Societati nostrae, plurimam autoritatem conciliavit. Venit jam diligenter ad conciones P. Canisii mulier illa, una cum marito et matre, quae confessa quoque est eidem P. Canisio et communicavit in ecclesia nostra, elegantemque puerum offert Societati, filium, ni fallor, suum, licet paulo juniores quam qui possit admitti. Christo, omnis boni primario authori, sit omnis honor et gloria in perpetuum.

Patri Victoriae offertur sua quoque messis, nec sterilis quidem illa. Frequentes habet Hispanos pariter et Italos interpellatores, quos omni qua potest diligentia ad pietatem informat. Visitat et ipse subinde earumdem nationum homines ut vitae emendationem ipsis persuadeat. Tradit jam exercitia nobilissimae illi Dominae, Mariae Manrique de Lara, quae primaria praefecta est cubicolorum Serenissimae Reginae Bohemorum, traditurus mox et alii Dominae non multo minoris conditionis in aula. Quarum exemplo minime dubitamus, si non totam aulam, partem certe praecipuam non tantum mulierum sed etiam virorum iri adductam, ut usu exercitorum vitam suam in Christo pie innovent. Quin etiam de Regina ipsa spem nobis praebent illae Dominae, quam putant se facillime eo permoturas ut per aliquot dies sese dedicet considerationi exercitorum. Habet idem P. Victoria plurimos poenitentes, si potestate clavium uteretur. Non potuit tamen quin audiret his elapsis diebus confessionem unius mulieris Hispanae, quae licet frequenter passa esset repulsam, redibat tamen et urgebat tamdiu donec animum Patris expugnaret. Aliae etiam matronae nobiles cupiunt omnino ipsi confiteri. Nobilis quoque aulicus quidam ita profecit admonitionibus institutionibusque Patris, ut certo secum

statuerit generali totius vitae confessione suam conscientiam repurgare. Illam vero confessionem nemini alteri se facturum ait quam Patri Victoriae.

P. Nicolaus Lannoy singularem gerit curam infirmorum, in hospitale decubentium, et aliorum quoque pauperum aliis in locis hic commorantium. Quorum appellari pater optime meretur. Nam licet satisfacere videatur suo officio, dum quae ad animae ipsorum salutem necessaria sunt diligentissime administrat, sibi ipsi tamen minime satisfacit, nisi et corpora illorum curet. Milites illi, quorum superius feci mentionem, quamvis sic affecti ex Hungaria hue venirent ut vel saxum ad commiserationem excitarent, homines tamen ne tantillum quidem commovere potuerunt. Non solum enim nihil invenerunt hic subsidiis, quod tamen sperabant, recuperandae sanitati, verum etiam in deterius omni ex parte illa urgebatur et protrudebatur. Laceri erant et ita nudi quidam ut partes illas corporis, quas natura voluit velari, vix occultarent. Nemo tamen vel palmum panni obtulisset. Nimia inedia erant adeo exhausti, ut prae debilitate in plateis aliquando misere procumberent; pereundum adhuc fame nonnullis fuit. Tantum abest ut quisquam tantae necessitati succurreret! Lassi et imbecilles sic erant, ut vix corpus movere possent; at vix inventus fuit, qui rarissimas paleas nudae humo supersterneret. Hanc illorum calamitatem et extremam necessitatem cum diebus aliquot videret P. Lannoy a nemine sublevari, putabat id negotii a Christo sibi dari ut pauperibus illis suis opem ferret. Effecit itaque, tum apud eleemosynarium Serenissimae Reginae Bohemorum, tum apud alios quosdam pios homines, ut cibos, vestes, lectos, quantum satis esset, et hui milites, et alii quoque pauperes, qui his rebus destituti erant, haberent.

A pauperibus ad aulam revertor. Serenissima Regina Bohemiae solet se diligenter et ex animo commendare precibus nostrorum, quoties vel infirmitatis aliquid patitur, vel aliae etiam causae, in quibus divinum sit implorandum auxilium, fuerint obortae. Tempore partus devote orabat ut ad sesquimensem quatuor quotidie sacra a nostris Patribus pro se fierent. Quod diligenter curatum est, omniaque prospere successerunt. Est valde benevolo propensissimoque animo, cum erga hoc Collegium, tum erga totam Societatem, operamque suam pollicetur

et sponte offert in hoc absolvendo Collegio. Et in Bohemia præterea sese erecturam Collegium promittit, ubi Deus Optim. Maxim. tranquilliora paulo tempora concesserit. De favore etiam præcipui Mecaenatis nostri, Regis Romanorum clementissimi, rursum Legati Apostolici et item Rmi. Laibacensis ideo hic nihil opus est longius me scribere, quod alias diffuse id exposuerim. Ominabant plurimi benignitatem regiam propter obitum R.^{di} P. Claudii clausam erga nos iri, qui quidem vates ab ipso Rege falsitatis convicti sunt. Is enim, vocatis duobus Patribus nostris, omnem liberalitatem clementiamque huic suo Collegio non rogatus pollicitus est jussitque audacter ad se accedere, quotiescumque favore et auxilio suo indigerent. Paucis etiam post diebus dono nobis rursum misit sacra sacerdotum induimenta una cum calicibus. Et ut uno verbo dicam, si non maiorem, eamdem certe quam prius omnibus in rebus clementiam praestat et exhibit. Rmus. in Christo Legatus, ut vivente P. Claudio (quem unice complectebatur), ita, mortuo, ex animo nobis bene vult, nos tuetur et promovet. Qui etiam saepe utitur opera nostrorum Patrum in rebus haud parvi momenti. Et fratrem quoque suum, D. Comitem de Martinengo, moriturum, curiae eorumdem Patrum commisit, qui, ut christianum hominem decet, spiritum Domino reddidit. De R.^{mi} Laybacensis erga nos animo nihil sane dignum queam dicere: qui ut non sat habet, non equidem servos, sed amicos, fratres et filios nos appellitare, ita etiam omni illa pro nobis sollicitudine et liberalitate, quam in dies fere novam ostendit, non sibi satisfacit. Totus certe ardet nostrorum desiderio et amore, adeo ut nunquam fere capiat cibum, quin duos semper ad convivium vocet, quos ad multam usque noctem saepe apud se detinet. Et cum omnium aliorum animi maxime intenti sint bello, ipse de novo Collegio nobis aedificando sedulo cogitat, fundum quaerit, Regem item atque item interpellat. Vincit utique nostram tenuitatem R.^{mus} hic præsul, adeo ut solvendo nunquam esse possimus. Dominum igitur precabimur ut, quod in manu nostra non est, ipse velit præstare et huic et aliis omnibus, qui de nobis bene merentur.

Haec habui, R.^{de} Pater, quae de rebus nostris ad te nunc scriberem, quae quia nullo pacto queunt conferri cum iis, quae aliis in locis a nostris geruntur, propterea oro et obstestor te, mi R.^{de} Pater, ut boni consulas hanc horum filiorum tuorum in-

utilitatem. Deinde ut Christum pro nobis precere, primum, ut messem semper copiosam nobis praeparet, postea ut falcem Sancti Spiritus, qua messem suam demetamus, largiatur, ad honorem Sanctissimi nominis sui, qui est benedictus in aeternum. Amen.

Viennae Austriae, ex Coenobio Dominicanorum, 29 Augusti, A.^o M. D. LII.

R.^{dae} P. T. servus et indignus filius,

Ex mandato R.^{di} P. Nicolai Lannoy,

PETRUS SCHORICHIUS.

Superscriptio: † R.^{do} in Chro. Patri Domino Ignatio de Loyola, Generali Societatis Jesu Praeposito, etc. Romae.

Alia manu: Ex Viena (*sic*). 1552. 29 Aug.^{ti}

Vestigium cerae et sigilli.

CLXVI

P. Joannes Gamero
 Patri Ignatio de Loyola.
 Valentia, 31 Augusti 1552 ^{1.}

[†]
 IHS

Muy R.^{do} en Christo Padre.
 La gracia y paz de Jesucristo sea en nuestro continuo favor
 y ayuda.

No podré dar tan cumplida relacion de lo que el Señor por su bondad ha obrado en esta ciudad de cuatro meses á esta parte por medio de la Compañía, como fuera razon, porque, ocupado en mis estudios y bien descuidado de pensar que yo habia de tener este cargo de escribir, no procuraba saber con diligencia lo que se hacia; mas por cumplir con la obediencia escribiré lo que supiere.

La frecuentacion de los Sacramentos va muy adelante y crece siempre el número. Suelen irse, los que vienen á confesarse, á otras partes, viendo los muchos penitentes y pocos confesores que hay.

Las pláticas, que se suelen hacer aquí en el Colegio los domingos y fiestas de guardar, se continúan, y viene grande y noble auditorio á ellas. Al Señor sea de todo gloria.

Muchas doncellas hay que se han recogido y les han dado algunos ejercicios espirituales, en los cuales se han aprovechado mucho y han hecho voto de castidad. Hay algunas cuya

^{1.} Autographae Joannis Gamero litterae sunt in folio duplici n. 226.

conversion ha sido de gran edificacion á todos los que las conocen.

El P. Mtro. Domenech y el P. Baltasar ¹ salieron á un lugar que se dice Mulviedre ², y estuvieron poco, porque era necesario que se volviesen luego; hicieron mucho fruto en las confesiones, predicaciones y pláticas otras espirituales. Uno, que no se había confesado por no querer perdonar la muerte de un hijo suyo, la perdonó y se confesó. Otro, hombre rico, estaba en esta ciudad, que estaba amancebado tres años había y no quería hacer vida con su mujer, porque era pobre; y ahora por la gracia del Señor la ha recibido en su compañía y se han confesado los dos.

La obra de la iglesia va adelante; pienso que esta semana se acabarán dos pilares de piedra, de cuatro que se han de hacer. El Señor lo ordene todo como sea su mayor gloria.

El P. Domenech se partió de aquí el dia de San Bartolomé y con él un Padre y cinco hermanos ³. Cuánto se haya sentido su partida de todos, no lo sabré decir, porque me parece que cada dia oigo quejas nuevas de su ida. Particularmente lo han sentido aquellas doncellas, que dije, como buenas hijas que amaban á su padre, que había sido causa ó medio para las sacar de la vida pasada, y traerlas á hacer vida tan agradable á Dios como ahora hacen.

Entre estas lo sintió mucho la hermana del P. Mtro. Domenech, la cual queda muy aficionada á la Compañía y con voluntad de ayudar y favorecer en todo lo que pudiere ⁴.

El P. Mtro. Baptista, Rector del Colegio de Gandia, quedó aquí por algunos días para consolar á todos, y cierto fué un medio muy conveniente para ello. El Señor por su bondad nos consuele á todos, dándonos su santa gracia para en todo hacer su santísima voluntad puramente.

Todos, así Padres como hermanos, estamos buenos y deseamos ser encomendados en las oraciones de V. P. y los demás Padres y hermanos.

¹ PP. Hieronymus Domenech et Balthasar Diaz.

² Nunc Murviedro, "ubi Saguntum olim fuisse memorant".^{..} POLANCUS, Chron., t. II, pag. 650, n. 527.

³ Vide POLANCI Chron., t. II, pag. 655, n. 536.

⁴ Vide Pol. Chron., t. II, pag. 652, n. 532.

De Valencia, último de Agosto 1552.
De V. P. siervo indigno en el Señor,

GAMERO.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.^{do} en X.^{to} padre, el p.^e maestro Ignacio de Loiola, prepósito general de la Compañía de IHS en Roma.

Polanci manu: Valentia.

Alia: Q. 1552. Aug.^{ti} — Q. et A. S.

Praecedentium Joannis Gamero litterarum latina versio ¹.

IHS[†]

Perquam Reverende in Christo Pater.

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi abundant in cordibus nostris.

Nequaquam potero, R.^{de} in Christo Pater, justam rationem eorum reddere, quae per vicinos quatuor menses nostri Padres fecerunt. Quoniam detentus theologiae studiis, quibus incumbo, et nimis inscius et imprudens hujus muneric, quo modo fungor, negligentius curabam scire quae diligentissime oportet nunc scribi. Quare danda mihi venia, si non tam rebus multis, Valentiae ministerio Societatis hucusque peractis, quam obedientiae jussui satisfecero.

Confitentium et Sacrosanctam Eucharistiam recipientium crescit in dies multitudine, adeo ut cogantur nonnulli ad alias ecclesias se conferre, cum hic videant et magnum numerum confessionem exspectantium et parvam copiam sacerdotum, qui tot audiendis satis esse possint. Glorificetur Deus in omnibus.

Tempore pomeridiano in Sanctorum celebritatibus et domi-

¹ Autographae manu ipsius Joannis Gamero in folio duplo n. 223.

nicias quoque diebus ingens ac nobilis turba in nostras aedes confluit, ut post quartam horam conciones audiant; quae partim a Patribus, partim a fratribus, non sine diviti foenore haberri solent. Non est praetereundum, sed imprimis memorandum, virgines quasdam, tum generis et natalium splendore, tum divitiarum abundantia, claras, aliquibus exercitiis spiritualibus instructas, longum vale nuptiarum thalamis dixisse atque virginitatis sacramento libenti animo sese devovisse. Quae quantum sibi, quantum et aliis, hac mutatione profecrint, si ad unguem enarrandum esset, non minima opera explicari posset. Faxit Deus ut quod feliciter incooperunt, felicissime perficiant et absolvant.

Non admodum diu est quod ex nostris P. Domenech et P. Balthasar abierunt in oppidum quoddam, nomine Molviedre, ubi per paucos dies remorantes, quoniam diutius abesse non licebat, non paucos fructus ex confessionum atque concionum (ut interim praetermittam confabulationes proficuas) agricultura collegerunt. Ex quibus unus praecipuus decerptus est, hominem quemdam, qui antea ob cujusdam filii interfectionem nec peccata aperuerat, nec pepercerat, aperuisse et pepercisse. Christo gloria.

Ecclesia hujus Collegii ante quadragesimam incopta est fieri; columnae lapideae nunc eriguntur, quas suspicor hebdomada hac, Dei omnipotentis auxilio, ad coronidem usque perducendas fore. Ita perficiat Majestas divina, sicut nos, et qui nobis bene volunt, exoptant et indigent.

Noster P. Domenech profectus est hinc solemnitate Divi Bartholomaei, comitante unico Patre cum quinque fratribus; cuius discessum omnes ploramus, praesertim virgines illae, quarum superius memini. Pater Baptista, Rector Collegii Gandiensis, apud nos per aliquot dies remansit, ut omnium orbitati mederetur; cuius praesentia absentis desiderium mitigatur et remittitur. Hoc remedio opus fuit non solum nobis, sed etiam aliis multis, inter quos omnes maxime sorori P. Domenech. Mirum est quam nostram Societatem haec diligat, usque adeo ut non minus illam habere hic possimus ac matrem omnium benignissimam et fautricem pientissimam. Jesus illam et omnes perpetuo consoletur.

Non tacebo hominem quemdam (ut fertur) divitem, qui tres

annos vixerat cum pellice, et uxorem, quod esset pauper, excluderat, nunc illam recepisse et ambos sua crimina detexisse.

Reliqui, qui Valentiae mansimus, recte (Deo laus et honor) valemus; orantes te, Pater admodum suspiciende, ut filios hos tuos piis orationibus apud Deum nostrum juvare non desinas.

Valentiae, pridie Kalendas Septembris, anno ab orbe redempto 1552.

Tuus indignissimus servus in Christo,

† GAMERO.

Superscriptio in quarta pagina: IHS A1 muy R.^{do} en X.^o padre, el p.^e maestro Ignacio de Loiola, prepósito general de la Compañía de IHS en Roma.

Alia manu: 1552. Q. Valent. Sept.

Alia: Ex Valentia.—R.

CLXVII

P. Michaël Govierno,
Ex commissione Patris Joannis Baptistae de Barma,
 Patri Ignatio de Loyola.
 Gandia, 31 Augusti 1552^{1.}

IHS[†]

Muy Reverendo en Christo Padre:
 La gracia y paz de Christo Nuestro Señor sea siempre en
 nuestras almas.

Lo que se ofrece avisar á V. P. de las cosas que el Señor ha
 obrado por estos sus siervos en estos cuatro meses, es lo si-
 guiente. Y primero, de la ida de nuestro P. Doctor Baptista,
 que hizo á Denia, por visitar aquellas ovejas, que tiene enco-
 mendadas; donde en dos dias hizo cuatro sermones con harto
 fruto, porque se confesaron muchos, y se confesaran más, si
 no le hiciera volver tan presto el cuidado que de nosotros tiene.
 Llegaron al hospital de Denia Nuestro P.^e y otro Padre en su
 compañía, á muy acertado tiempo para confesar al hospita-
 lero, que aquella noche habian herido unos mancebos de mu-
 chas y mortales heridas, y recabóse de él, ántes que muriese,
 perdon para los que le hirieron; y hablando un P.^e con el Go-
 bernador recabó que soltase un mancebo, que tenian preso por-
 que sospechaban ser aquel uno de los que se hallaron en ma-
 tarle; y, allende de esto, le ofrecia el Gobernador de soltar
 otro, que tenia allí muy encadenado por otro delito.

Estando nuestro P.^e en Denia, acertaron á pasar por allí
 doce hombres, que los llevaban sentenciados á las galeras,

^{1.} Autographae in folio duplice nn. 207 et 208.

cuyo mantenimiento era vizcocho y agua; y nuestro P. Doctor Baptista les hizo una muy buena plática, y confesáronse algunos de ellos, y se confesaran quasi todos, sino que iban encadenados de dos en dos, teniendo metidos en unos mismos grillos el uno un pie y el otro otro; y porque estándolos soltando el que tenia de ellos cargo, se le quebraron unos grillos, no se pudo recabar con él que soltase los demás que quedaban. Despidióse nuestro P.^e de todos ellos, dándoles primero muy bien de comer, porque tenían de ello muy grande necesidad.

Ordenó en aquella villa nuestro Padre que ayuntándose todos los niños los domingos y fiestas dijesen la doctrina chris-tiana, como él lo suele ordenar en cada ciudad do predica.

El domingo despues de la festividad del Corpus, predicó nuestro P. Baptista en el asceu ¹ de aquí de Gandía, habiéndoselo pedido el dia de ántes con mucha instancia; que es cosa harto nueva, porque habian pasado muchos dias que no lo habian pedido. Y en el mismo dia hubo en nuestra iglesia muchas más confesiones que solia, con haber siempre hartas; gracias sean dadas al Señor.

En este mismo dia despues de vísperas se hizo en este Colegio la procesion del Corpus por el patio de las escuelas, con muy grande solemnidad de tapicerías, que cubrian todas las paredes del patio, de altares en las cuatro esquinas, de gran concurso de gente del pueblo, y muchos caballeros, que vinieron con el Señor Duque, habiendo tambien gran música de cantores y ministriiles, cantándose y componiéndose algunos versos latinos, que era todo para gozarse en el Señor y darle gracias, en ver tanta diversidad de criaturas ayuntadas para su santo servicio y alabanza. Acabada la procesion, predicó nuestro P. Doctor Baptista un sermon muy breve y que movió mucho á todos, principalmente á los caballeros.

Un domingo, víspera del Señor Santiago, se ganó el jubileo en esta villa de Gandía, recibiendo todo el pueblo el Santísimo Sacramento, y recibiéndole en nuestra iglesia hasta cuatrocientas personas; por lo cual toda aquella semana estuvieron

¹ Sic; scribitur tamen *Seo* (*a sede*) et est cathedralis ecclesia. Quandoque vero, ut hic, dicitur *Seo* primaria alicujus urbis ecclesia, licet cathedralis seu Episcopi sedes nec sit nec unquam fuerit.

los Padres muy ocupados en confesiones: tanto que con confesar todos entre semana mucha gente, la postrera noche se hubo de quedar abierta la puerta de la iglesia, habiendo toda la noche gente á quien confesar.

Despues de haber ganado el jubileo, se pusieron el dia siguiente á correr toros los de este pueblo, como lo acostumbran los dias del Sr. Santiago; y habian de durar las fiestas de los toros y juego de cañas, que estaba aparejado, para aquel dia y el siguiente de Santa Ana; y pesándoles á nuestros Padres y Hermanos de aquel ejercicio, principalmente por haber precedido el jubileo, se ajuntaron cuatro Padres y cuatro Hermanos con ánimo de estorbarlo, y salieron con obediencia del ministro de casa (que nuestro P. Dr. Baptista estaba en Valencia por estar indisuesto) y fueron á la plaza, primero cuatro con un crucifijo y otros con una calavera, descalzos, sin bonetes y con sogas á la garganta; con ellos iban dos disciplinantes, y llegaron á la plaza, donde toda la gente comenzó á decir á grandes voces: *misericordia*. Predicó el uno de ellos en la picota, y entre tanto, saliendo los otros cuatro con semejante orden, y comenzando en la primera calle á dar voces de misericordia, tocó el Señor en el corazon á un negro, y con las mismas voces fué corriendo al Colegio á pedir confesion, y con el mismo fuego fué y vino tres ó cuatro veces hasta que vino un Padre y lo confesó. Entrando en la plaza, y renovándose en todos las lágrimas y voces de misericordia, se fueron á la otra parte de la plaza, donde estaba el Señor Duque¹, y todos los caballeros, y la Sra. Duquesa, y las damas, y toda la clerecía, y predicó el uno de ellos con grande hervor, levantándose de rato en rato en toda la plaza grandes voces de misericordia, llorando la Señora Duquesa con los demas, bajándose la gente de los tablados, yéndose tras ellos con grandes lágrimas y voces de misericordia. Con esta compañía se fueron todos ocho hacia el Colegio, adelantándose entre toda la gente dos hombres, que vinieron de su propio motivo á curar los disciplinantes, y una mujer trajo tovajas y otros aparejos para ser curados. Alguna gente, que se habia quedado sin ganar el jubileo, fué con esto movida á confesarse y recibir el Santísimo Sacramen-

¹ Carolus de Borja, Gandiae Dux.

to; y con esto al fin cesaron los toros y juegos de cañas, aunque estaban hechos para ello grandes gastos.

Venido ya nuestro Padre de Valencia, yendo á hablar al Señor Duque, fué de él recibido con una nueva alegría y reverencia, y sabiendo nuestro Padre que había sentenciado á un hombre para ser azotado, puesto de rodillas se lo pidió de merced, y el Señor Duque con confusión le levantó, y dejándolo en sus manos, hizo nuestro Padre que lo soltaran libremente.

En estos días que nuestro Padre estaba en Valencia, recibió un caballero mancebo, que se dice D. Pedro de Cabrera, sobrino del Almirante de Castilla, y nos le envió á Gandia, mancebo cierto humilde, y de gran sosiego, y juicio claro, y tan amador de la pobreza que, enviándolo esotro dia fuera de casa, diciendo que su manteo era muy pesado, tomó uno todo roto y descolorido, que solamente sirve para mortificación del que le trae, y se va con él con grande alegría¹.

Estando nuestro Padre aquí en Gandia, recibió una carta de Concentaina, en que le era pedido, de parte de los que perseveraron en la frequentación de los Sacramentos desde el tiempo que en una peregrinación les predicó, con mucha instancia, que los fuese á visitar y confortar con su predicación, porque padecían muchas contradicciones; y nuestro Padre lo hizo así, y ellos quedaron consolados; y tuvieron en aquella villa tanta copia de confesiones, que les convenía velar hasta media noche y á la mañana madrugar mucho para confesar con nuestro Padre y sus compañeros.

Estotro dia vino una mujer á casa, pública pecadora, diciendo que le diesen un buen confesor, porque era grandísima pecadora, y se confesó por la bondad del Señor.

De los ejercicios acostumbrados del estudio, y la doctrina, sermones y confesiones, hay el mismo orden y frequentación, que hasta aquí, sin haber mutación. Los otros ejercicios de humildad y mortificación van cada dia en mayor aumento, provocándose á ello el ejemplo y admonestaciones del P. Doctor Baptista, el cual no es negligente, en faltando ó deteniéndose el que sirve á la mesa, en levantarse y servirnos con grande humildad, y yéndose también muchas veces á la cocina á fre-

¹ Vide supra, pag. 666.

gar, por ayudar á llevar la cruz al cocinero. Y una tarde en la huerta, diciendo á dos hermanos se resignasen y fuesen hacer una breve oracion, ofreciendo á Nuestro Señor lo que él queria hacer, y ofreciéndose á sí mismos para obedecerle, escogió el uno de ellos, y tendiéndose nuestro Padre de espaldas en el suelo, le dijo que le pusiese él un pie en la garganta y el otro en la boca, y estando así, le dijese: Padre, considere sus defectos y procure de enmendarlos; y aquel hermano, con harta confusion suya y de los que lo miraban, lo hizo así; y luégo se encendieron todos en deseos grandes de semejante mortificacion, pidiéndola á nuestro Padre; y él les dió otra en negárselo. Procura con toda diligencia buscar cosas y ejercicios que nos hagan crecer en el amor de Dios y aborrecimiento propio.

El dia de los Apóstoles San Pedro y San Pablo, habiendo predicado nuestro Padre, y habiéndonos encomendado mucho despues del sermon á todos que procurásemos en la festividad de cada Santo imitar sus virtudes, haciendo algun acto particular de humildad, ó reverencia, ó caridad, ó penitencia, y que les tuviésemos gran devocion, principalmente á los Apóstoles, para esto echamos de los Apóstoles suertes, para que aquel que diese la suerte á cada uno, fuese su abogado por toda su vida; y recibia cada uno con gran regocijo aquel que le cabia. Desde este dia se ha quedado por costumbre hacer un acto de imitacion cada dia del Santo, teniendo cargo un hermano de avisar á todos.

Hanos tambien este mes dado dos ejercicios: el uno, que cada uno tenga cuidado de hacer cinco actos de mortificacion cada dia; el otro, que tenga cada uno cuidado de inquirir los defectos del otro que tiene señalados; y recogidos todos y vistos primero por el Superior, borrando los que le pareciere, se lean los demas en el refectorio, estando aquel en cruz en medio y amonestándole á la enmienda; de los cuales dos ejercicios se muestra y se espera gran fruto.

Précianse tanto todos estos Padres y hermanos de la virtud de la obediencia, que muchas veces advierte nuestro Padre, no sin gran placer suyo, que á la letra se procura cumplir lo que dice, con ser así que nunca se acuerda haber mandado por obediencia alguna cosa, sino que basta que se sepa cuál es la

voluntad. Diciendo á un Padre una mañana que bajase prestamente á la iglesia, se levantó luego de la cama, y sin detenerse en vestir, se fué á la iglesia en camisa, y se estaba allí orando, entendiendo que eso le habian dicho. Otro Padre salió por obediencia en camisa para ir á la plaza así, aunque es natural de esta villa, hasta que un hermano le salió al encuentro y le hizo volver sin ser visto. Lo mismo hizo con otro hermano, que enviaba el ministro de casa con un caldero á cuestas; y un hermano, que sentia repugnancia en traer sayo, se le hicieron luego vestir, dejando la ropa larga, que traia, y que fuese en cuerpo por la villa; lo cual hecho, volvió á casa con gran alegría y libertad.

Estando esta tierra muy necesitada de agua por haber muchos meses que no llovia, y estando puesta en grandes angustias, porque vino nueva que el Turco con grande armada determinaba venir sobre ella, queriendo Nuestro Padre que nos armásemos de nuestras armas, así como en esta villa se armanban todos de las suyas, y, congregados todos los hermanos, les propuso las necesidades de la Iglesia y en particular las de esta tierra, pidiéndoles qué armas serian buenas para nosotros; á lo cual unos decian que viva fe; otros resignacion, conociendo que del Señor viene todo; otros oracion; otros confesiones y comuniones; otros considerar lo que merecemos y compararlo con todo el mal que nos puede venir; otros considerar que todo el mal, que todos nos pueden hacer, es mal de pena, etc. Determinóse que, pues el dia siguiente era dia de N.^a Sra. de Agosto, en todo aquel octavario recibiesen el Smo. Sacramento tres veces, y se disciplinasen otras tres veces, congregándose todos en la iglesia delante del Smo. Sacramento; y que húbiese cada dia, desde las cinco de la mañana hasta la nueve de la noche, oracion continua, repartiéndose los hermanos entre sí esas horas concertadamente. Y aquella misma noche, entrando todos en la iglesia, se dieron la primera disciplina; y quiso Nuestro Señor que comenzásemos en buena noche; porque, despues de todos acostados, comenzó Nuestro Señor á enviar agua en tanta abundancia, que duró toda aquella noche y los dias siguientes el llover abundantísimamente, tanto que, despues de harta la tierra, estaban los campos cubiertos de agua; y despues luego nos enviaron á decir de Valencia que la nueva

de la armada del Turco no era verdadera. No por eso dejó Nuestro Señor de sacar el fruto, que suele, de todas las obras buenas y malas; porque con este temor se vino á confesar gente nueva.

